BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
29 B
49

A
54.

6-12-F-112

Digitized by Google

642.639

Google


Digitized by Google

VIRTVTVM VITIORVMQVE EXEMPLA, EX VTRIVSQVE LEGIS promptuario decerpta,

PER R. D. D. GVLIELMVM Peraldum, Epiſcopum Lugdunenſem, ordinis Prædicatorum, nunc duobus antiquiſsimis Exemplaribus reformata.

EDITIO VLTIMA.

IN VIRTVTE, ET FORTVNA.



LVGDVNI,

APVD HÆRED. GVL. ROVILLII.

M. DC. VIII.

BIBLIOTECA NAZIONALE V. E. ROMA

Liber S. Petri in Monte aureo ad usum Rmi Pris Caroli Fran. Varesij

Ex charitate ac benignitate eiusdem Dni Pris Caroli Francisci Varesij

[illegible]

Digitized by Google

F. MAXIMVS TROCHÆVS TARVISINVS ALMI Prædicatorum ordinis, feruentiſſimo diuini eloquij declamatori.

S. P. D.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE ROMA

CVm ſuperioribus diebus, duo antiquiſſima exemplaria diuini Opuſculi huius, quod paulò ante bis iam impreſſum fuerat, caſu ad manus deueniſſent, hoc ipſum illis comparandum cenſui. Et id quidem non ſine huiuſcemodi ingenioli noſtri magno labore, ſummaq; vigilantia perlegi. Prima itaque facie, Authoris Procemium: deinde toto libelli corpore diligenter perluſtrato, alia nonnulla ipſi deeſſe comperi. Quæ omnia, congruis propriiſq; locis maxima cum diligentia collocaui. Verùm Procemium ipſum, & ſcriptoris inſcitia, & vetuſtatis cauſa adeò confuſum. adeóque corruptum reperis vt vix mente quod

contineret, eo quo cernis modo colligere valuerim. Materias inſuper quæ in libelli capitibus confusè tantum aßignatæ fuerant, ordine alphabetico ita digeſsi, vt quæ deſideras primo intuitu ſeſe tibi offerant: margineas poſtremò quotationes fideles, ac (vt ita dixerim) veridicas habes, quæ omnes in aliis antea impreſsis mendaciſsimæ inueniuntur. Hunc autem laborem eò libentius ſuſcepi, quo libellum ipſum tam ſalubrem, tamq; rebus ſpiritualibus ac diuinis refertum comperi. Author namque ipſius, vt verus Dei cultor & amator, hominum vtilitati & ſaluti conſulens, fertili ac florigero vtriuſque legis agro perluſtrato, validißimis ſententiis efficaciſsimis teſtimoniis, veraciſsimiſque exemplis in vnum coaceruatis, ipſum, veluti quodam copioſo florum cumulo, inſtar iucundißimi hortuli exornauit. Quibus omnibus quaſi expeditißimis armis pro vitæ Chriſtianæ inſtauratione ſimul & componendis moribus vti poßis. Hunc itaque libellum ſimplici corde, benignoq; ſuſcipe vultu. Sciens hæc fidelibus Chriſti magis profutura quàm Philoſophorum ſcripta, qui ſemper adiſcentes, nunquam ad ſcientiam veritatis peruenerunt, vale.

AVTHO

AVTHORIS PROOEMIVM.

TANTA pollet excellentia officium prædicationis, quòd Chriſtus Dominus & Saluator noſter, dum vitam hãc viueret, illud exercere nunquam dedignatus fuerit, quod & diſcipulis ſuis ante eius in cœlum Aſcenſionem ad vniuerſorum ſalutem exercendum faciendumque præcepit. *Euntes*, inquit, *in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ*. Euangelium quippe prædicandum inſtituit, non inutiles Philoſophorum ac poëtarum vanitates, aut proprias fictiones, vt nũc à multis, Euangelium erubeſcentibus, fieri perſpicuè cernitur. Cõtra quos Chriſtus ait: *Qui me erubuerit, & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet, quum venerit, &c.* At cur ſic obſecro? Nonne Deus huius mundi ſapientiam ſtultam fecit? Nonne ſapientiſſimus Paulus vas electionis, Prædicator veritatis, & doctor gentium Euangelium prædicabat? Ait enim ſe non erubeſcere Euãgeliũ. Prædicator itaque aſſumpto tantæ dignitatis munere, omni ſtudio & vigilantia,

Matt. 16.

Luc. 9.

Rom. 1.

Notetur prædicator.

totóque mẽtis affectu Chriſtum eiúſque diſcipulos imitari ſtudeat, vtilia magis quàm ſubtilia diligentius exquirẽdo. Diuinam igitur ſanámque doctrinam,& non indoctas ſequi fabulas conetur, vel ob inanem gloriam,perpolito ſermone,diuerſas,& pene infinitas inuoluendos ſententias,ſciolus videri. Nam quæ ſcientia tam digna,tam nobilis, tam præclara támque ſublimis inueniri poterit,quæ diuinæ æquiparari valeat? Quum ipſa, vt diuus quoque teſtatur Auguſtinus, omnium Gentilium ſcientiis, tum ſubiecti nobilitate,tum etiam ſolidæ omnino, & indubiæ veritatis excellentia præſtet, ac è mediis Philoſophorum tenebris, ſeu Sydus fulgentiſſimum eluceſcat? Tot inſuper ac tanta in ſe vberrimè continet, vt vel indocto cuilibet fœcundiſſimã ſuppeditet prædicationem. Quæ tamen omnia eo maioris ſunt ponderis & valoris, quo ſublimiori authoritate, ac certiori, vt ſtatim dixi, veritatis lumine nitêre conſpiciuntur. Concionator igitur ſermones ſuos tutius, copioſius, & nobilius dilatare poterit, ſacratiſſimam exponendo ſcripturam, ipſiúſque ſaluberrimis verbis, ſententiis,ac exemplis vtendo, quàm ſi cuiuſuis alterius ſcientiæ, licet exquiſitæ materias vel cuiuſcunque hiſtoriæ geſta pertractaret: & quoniam, vt clarè patet, antiquorum geſta & exempla ad excitandas hominum mẽtes: animóſq; mouẽdos,tanti ſunt roboris & poteſtatis,vt nihil aptius,nihilve fortius inueniri queat: ſiquidem maiorem vim ſecum afferre videntur, & eorum quę dicuntur pleniorem tribuere cognitionem quàm verba: quod ego perpendens zelo charitatis ductus, vniuerſa ferè exẽpla in vtriuſque teſtamenti libris diſperſa, quadam breuitate, ac ſub

De ciuitate Dei.

Exempla magis mouet quàm verba.

ac ſub diuerſarum materiarum tituli,eo quo ſciui ordine, in vnum redigere laboraui: formalia verò textuum verbalia : non inuenies, ſed breuitatis cauſa factum eſſe cognoſes. Cæterùm non te moueat, optime lector, ſi aliquod me hic exemplum quod ad hanc vel illam materiam applicari potuerat omiſiſſe,vel aliquod etiã vni materię, quod fortaſſe alter congruentius tribuendum erat, dediſſe deprehenderis,quoniam homo ſum.Satiſque tibi videatur, hoc in libello nobiliora & vtiliora omnia copioſiſſimè contineri, quæ profectò mirum in modum vtrique hominum ſaluti conducent, ſi habita nihilominus ſemper loci, temporis, & audientium ratione: eo modo & ordine, quo ſermonis materia expoſtulare videbitur, fuerit enarrata. Nam placidis aliquando mitioribúſque verbis vtendum erit, durioribus interdum,& fortiori,ſeu vehementiori quodam ſpiritu prolatis. His enim modis & auſcultantium animi deliniri & allici facilè poterunt, & eorum mentes admiratione quadam maxima repleri, ac ingenti ſtupore concuti: quo fit vt ea quæ dicis adeo tenaciter memoriæ infigantur, vt nulla poſſint obliuione deleri.Hoc vnũ poſtremo te admonitum velim,idem exemplum diuerſis tam virtutũ quàm vitiorum materiis nonnumquam deſeruire poſſe: quod, vt clarius apertiúſque intelligas, vnico duntaxat exemplo declarabo. Ioſeph optimus adoleſcens,vt habetur in Geneſi, procaci Putifaris vxori ipſum ſolicitanti, vt ſuis inhoneſtis voluptatibus indulgeret, acquieſcere noluit, & hac cauſa carceri traditus fu t,&c. Hoc quippe exemplum multa continet & reſpicit,vt puta,iuuenum conſtantiam aduerſus res venereas & caſtitatem. *Gen. 39.*

ac ſeruorum fidelitatem. Item mulierum infidelitatem, falſitatem, volubilitatem, inſatiabilitatem, mendacitatem, malitiam, arrogantiam, & credulitatem maximam. Reſpicit rurſus inconſideratos homines, corúmque nimiam & crudelitatem & leuitatem atque imprudentiam. Nam Pharao mentiæ vxori cito & leuiter credidit, ac innocétem (nulla præmiſſa inquiſitione veritatis) damnauit. Super hoc denique poteris de occultis Dei iudiciis, & iuſtitia atque miſericordia verba facere. Qui quum æquiſſimus ſit iudex & miſericors, in ſe ſperantium dereliquit neminem, at potius inopinatis ſubleuat ſubſidiis, quemadmodum Ioſeph huic (quem ita exaltari voluit) feciſſe legitur.

INDEX

INDEX ALPHABETICVS CAPITVLORVM.

ABſtinentia & ſobrietas. 322
Acidia & negligentia. 509
Adoratio & cultus Dei. 510
Adulatio. 296
Affectus carnalis. 407
Amicitia. 213
Ambitioſi. 451
Angeli ſeu ſpiritus boni. 152
Angeli ſeu ſpiritus mali. 157
Apparitiones factæ ſanctis patribus. 145
Aſtutia & calliditas mala. 244
Auditio verbi Dei. 140
Auaritia. 313
*Benignitas Dei ad ſeruos ſuos. 39
Benedictio, quam Deus dat homini. 49
Benedictio qua homo Deum benedicit. 52
Benedictio qua homo homini benedicit. 56
Bellum corporale & victoria vt plurimum diuinitus obtenta. 356
Boni inter malos latentes. 492
Blaſphemia contra Deum. 117
*Caſtitas. 397
Conſolatio diuina. 45
Conſilia & perſuaſiones malæ. 137
Compaßio habenda ad proximum. 205

Cõſiliis bonis nõ acquieſcere periculoſum eſt. 253
Confidentia & magnanimitas. 335
Conſtantia & perſeuerantia in propoſitis. 353
Confeſsio peccati. 459
Correptio fraterna. 194
Curioſitas mundana. 525.
* *Deus magis operantem quàm opus reſpicit.* 71
Deriſio & conuitia. 299
Detractores & maledici. 301
Dilectio Dei. 185. *Dilectio proximi.* 188
Diſcordia, lites, vel rixæ. 226
Duritia & obſtinatio malorum. 465.
**Electiones.* 432
Eruditio liberorum. 251
Exhortatio bona & prædicatio verbi Dei. 131
**Fides, quam homo debet habere ad Deum.* 162
Fidelitas homini ſeruanda. 169
Fides magna mulierum. 527
Fletus. 92
Fortitudo & ſtrenuitas. 329
Fortitudo ad faciendum malum. 319.
**Gratia in beneficiis ab homine acceptis.* 278
Gratia agendæ pro beneficiis Dei. 274
Gula & ebrietas. 389
**Homo non debet tentare Deum.* 75
Homicidium. 315
Honor parentum. 270
Hoſpitalitas exhibenda. 211
Humilitas. 414
Hypo

Hypocriſis & ſimulatio. 323
**Iactantia.* 429
Iudicia hominum recta aut praua. 262
Iuramentum. 101
Iuſtitia & æquitas. 259
Idololatria. 114
Immortalitas rationalis animæ. 139
Impatientia & murmur. 366
Incantus aſpectus. 442
Ingratitudo. 282
Inimicitia & odium. 216
Ira & furor Dei. 66
Ira hominis per zelum. 409
Ira hominis per vitium. 410
Intentio recta in opere habenda. 506
Inuidia. 196
**Liberalitas,miſericordia & illiberalitas.* 306
Longanimitas,ſpes,ſeu confidentia in Dño. 177
Luxuria & incontinentia. 399
**Maledictio,qua Deus homini maledicit.* 51
Maledictio,qua homo homini maledicit. 59
Matrimonium. 393
Mendacium. 288
Miracula diuina poteſtate facta. 114
Mobilitas populi. 495
Mors in generali. 547
Mors malorum horrenda. 532
Mors iuſtorum pretioſa. 557
Mulierum ſapientia. 529

Mulie

Mulierum pietas & compaſsio. 532
Mulierum fortitudo. 535
Mulierum auiditas. 537
Mulierum fallaciæ. 540
Mulierum ſtultiloquium. 542
Mulierum ornatus ſuperfluus. 544
* *Nequitia tyrannorum.* 472
* *Oblatio & acceptio munerum.* 525
Obedientia & inobedientia. 123
Operatio bona. 486
Oppreſsio bonorum per malos. 477
Oratio. 79
* *Pax & concordia.* 220
Paupertas. 320
Patientia & manſuetudo in iniuriis & tormentis. 341
Peccatum in generali, & pœnæ variæ quæ ex peccato ſequuntur. 458
Peruerſitas quorundam. 466
Pœnitentia. 267
Puſillanimitas. 309
Pueri bonæ indolis. 493
Prauitas proſperitatis mundanæ. 520
Præcepta Dei & eorum obſeruatio. 119
Prouidentia Dei & occulta eius iudicia. 27
Proditio. 293
Prudentia & diſcretio. 237
Principes & Prælati mali. 446
Principes & Prælati boni. 435
*Quies

*Quies & mentis illuſtratio. 172
*Reuerentia templo exhibenda. 107
*Sabbati obſeruatio. 103
Sancti viri permittunt aliqua fieri non libenter. 258
Sepultura. 547
Seueritas Dei erga delinquentes. 61
Silentium & loquacitas. 443
Societas bonorum. 512
Societas malorum. 515
Suſpicio & falſa credulitas. 255
Superbia. 424
Scriptura ſacra. 128
Strages hominum diuerſa. 318
*Tentatio Dei, qua tentat, vel tentari permittit hominem. 73
Tentatio diaboli. 454
Timor Dei. 181
Timor quo mali timent bonos. 184
Tribulationes & earum vtilitates. 481
*Vana & ſtulta confidentia. 178
Veritas odium parit. 285
Votum. 77
Vnitas & communis conſenſus. 223
*Zelus bonus contra peccatores. 234
Zelus indiſcretus.

FINIS.

EXEMPLA VIRTVTVM ET VITIORVM.

De miraculis diuina poteſtate factis.

CAP. I.

Greg. ſuper Exec. Hom. 1. Geneſ. 1. CREATIO rerum fuit ita mirabilis, quòd eius notitia non niſi per reuelationem venire potuit ad hominem. Nam ſecundum
Geneſ. 7. Gregorium de præteritis Moyſes prophetauit, dicens: In principio creauit Deus cœlum & terram: non quia prædixit ventura, ſed quia prodidit occulta.

Tempore diluuij ſaluauit Dominus Noë cum vxore, & tribus filiis ſuis, & vxoribus eorum: tum etiam de cunctis animalibus maſculum & fœminam fecit ſeruari per arcam.

Geneſ. 11. Præſumptionem hominũ turrim vſque ad cœlum ædificare volentium, repreſsit Dominus, confundendo linguas eorum.

Gene. 21. & 22. Mirabiliter natus eſt Iſaac, idem mirabiliter liberatus, quãdo debuit immolari, ariete inter vepres hærente.

Quàm

Quàm multa Dominus fecerit miracu- *Exo.*7. 8.
la per Moyſen, cùm eduxerit filios Iſrael 9.*&* 10.
de Ægypto.

Grande miraculum fuit, quod nunquam *Exod.*18.
defuit columna nubis per diē, nec colum- *&* 14.
na ignis per noctem populo exeunti de
Ægypto ad terram promiſſionis.

Memorandum & terribile miraculum *Exod.*14.
fuit in diuiſione & exiccatione maris ru-
bri, quando tranſierunt filij Iſrael ſicco
pede, Ægyptii verò in mediis fluctibus
obuoluti.

Per lignum Moyſi oſtenſum dulcoratæ *Exod.*15.
ſunt aquæ.

Miſit Dominus murmuranti populo co- *Exod.*16.
turnices: & poſtea pluit illis manna ad mā-
ducandum: & eduxit aquam de petra in
abundantia ad bibendum.

Murmurantibus, & deſiderio carnium *Exod.*17.
flagrantibus in deſerto filijs Iſrael, miſit
Deus carnes in abundantia, licet in malum
eorum. Nume. 11. Vbi notari poteſt, quòd
miracula non ſunt ſemper ſigna diuinæ
dilectionis in eos quibus fiunt.

Occaſione ſeditionis Chore & compli- *Num.* 16.
cum ſuorum miracula contigerunt. *&* 17.

Percuſſi filij Iſrael à ſerpentibus igni- *Num.* 21.
tis, aſpicientes ſerpentem æneum, cura-
bantur.

Veniens

Num.22. Veniens Balaan ad maledicendum populo Dei, redargutus fuit ab aſina cui inſidebat.

Deut.29. Adduxit Dominus filios Iſrael per deſertum quadraginta annis, & non ſunt attrita veſtimenta eorum, nec calceamenta vetuſtate conſumpta.

Ioſue 3. Ingreſſis filijs Iſrael fluuium Iordanis, intumeſcebant aquæ ſuperiores ad inſtar montis inferiores in mare mortuum deſcenderunt.

Ioſue 6. Poſt ſeptem circuitus filiorum Iſrael, muri Iericho corruerunt.

Ioſue 10 Obediuit Dominus voci Ioſue dicentis, Sol contra Gabaon non mouearis.

Iudit.7. Immiſit Dominus gladium in omnibus caſtris Madian, & mutua ſe cæde truncabant, ſicque per paucos multi debellati fuerunt.

1.Reg.5. Per arcam Domini à Philiſtæis captam multa fuerunt facta miracula.

1.Reg.14. Ionathas & armiger eius tot de Philiſtæis percuſſerunt quòd factum eſt miraculum, & turbata ſunt caſtra.

1.Reg.17. Magnum fuit & hoc, Dauid iuuenis inexpertus, inermis præualuit aduerſus Philiſtæum fortem armatum Goliath.

3.Reg.13. Cùm extenderet Ieroboam brachium vt virum Dei capi faceret, exaruit manus

nus eius, & altare ſciſſum eſt.

Helias legitur feciſſe miracula in petẽdo fieri ſiccitatem, ita quòd non plueri super turram annos tres, menſes, ſex. Corui quoque detulerunt ei panem & carnes bis in die. Oleum & farina non defecit. *3. Re. 17. 18. & 19*

Conſequenter ſuſcitauit filium matrisfamilias: poſtea ignem holocauſtum mirabiliter conſumentem à Domino præcibus impetrauit: demum poſt orationem eius facta eſt pluuia grandis.

De hinc Angelus Dñi panem & aquam ei oſtendit. *4. Reg. 1.*

Item ad preces eius duos quinquagenarios ignis de cœlo conſumpſit: quinquaginta viros ſimiliter cum vnoquoque.

Tandem dimiſit pallio aquas Iordanis & in curru igneo receptus eſt in cœlum. *4. Reg. 2.*

Similia multa de Eliſeo quoque. Eliſeus mulieris viduæ debitis obligatæ oleum augmentauit. *4. Re. 4.*

Idẽ mulierem Sunamitem filium habere fecit: deinde eundẽ mortuũ ſuſcitauit.

Appoſita farina in olla, prius amara olera dulcorauit, & panes multiplicauit filiis prophetarum. Ibidem.

Sanauit idem à lepra Naaman Syrum: fecit ſuper aquas natare ferrum. *4. Reg. 5.*

Abſens tanquam præſens multa cogno- *4. Reg. 6.*

uit. Currus igneos angelorum à puero ſuo videri fecit. Item exercitum regis Syriæ, *Ibidem.* cæcitate percuſſit. Item multoties futura *Ibidem.* prædixit: vt patet 4. Reg 7. 8. & 13.

4. Reg. 13 Cadauer homins mortui, tangens ipſius oſſa, defunctus reſurrexit.

4. Re. 19. Obſidente rege Sēnacherib ciuitatem Lachis, percuſſi fuerunt vna nocte centum octoginta quinque millia virorum tempore Ezechiæ.

4. Re. 20. Mirabile fuit valde quando ad petitionem Ezechiæ Sol retroceſsit per decem lineas in horologio Achaz.

2. Pa. 20. Congregati ſunt contra Ioſaphat filij Ammon & Moab & de monte Seir, cùm canerent laudes Deo Leuitæ in exercitu Ioſaphat, aduerſarij in ſemetipſos verſi mutuis concidere vulneribus.

Tob. 11. Tobias quatuor annis fuit cæcus, & deinde iuxta conſilium angeli ad linitionem de felle piſcis, lumen recepit.

Dan. 3. Memorandum fuit miraculum de tribus ſociis Danielis de fornace ignis ardentis magnificè liberatis.

Dan. 6. & 14. Tum etiam & quòd Daniel ipſe cum leonibus vno die & poſtea ſeptem diebus remanſit illæſus.

Ionæ 12. Occaſione Ionę mare fuit commotum, quo proiecto, piſcis eum glutiuit, & per

tri

triduum ibi vixit,& poſtea ſanus exiuit.

Expertus eſt Heliodorus diuinam virtutem, quando voluit ſpoliare templum, fuitque à duobus iuuenibus grauiſsimè verberatus. *2.Ma.2.*

Aduerſus Calatas in Babyl.6000.hominum peremerunt 1200.hominum propter auxilium illis è cœlo datum. *2.Mac.8.*

Angelus Domini apparuit Zachariæ nuncians ei ex parte Dei, quòd vxor eius Elizabeth ſterilis & anus pareret ei filium qui incredulus ad verbum Angeli, mutus effectus eſt vſque ad circunciſionẽ pueri, & tunc loquela reſtituta eſt ei. *Luc.1.*

Mirum dulce,& pium valde fuit,quando ad ſalutationem B.mariæ,quæ nouiter conceperat Saluatorem. Ioannes in vtero matris exiſtẽs exultauit, beatáque Elizabeth hoc cognoſcens exultauit dicens: Benedicta tu in mulieribus,&c. *Eodem.*

Idem,& quòd magi venerunt ab Oriente, ſtella duce Ierololymam. *Marc. 2.*

Quantum ad miracula quæ Saluator noſter cum hominibus cõuerſatus dignatus eſt operari, ex Euangelica colligitur hiſtoria. *Luc.4.6.* *ua.*

Qui vocatus ad nuptias dominus Ieſus initio ſignorum aquam in vinum vertit. *Ioan. 2.*

Non fuit paruum domini miraculum *Luc 4.*

quando illi de Nazaret ira repleti, duxerunt eum ad ſupercilium montis,vt pręcipitarent eum : ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat.

Matth.4. Circuibat Ieſus,obtulerúntque ei omnes malè habentes,& curauit eos.

Matth.9. Item ipſe tres mortuos ſuſcitauit:vide-
Marc.5. licet, filiam Archiſynagogi, filium viduæ
Luc.8. extra portam ciuitatis delatum.Lu.7.ter-
Ioan.11. tium Lazarum.

Leproſi. Deinde leproſos vndecim.De vno Mat. 8.Luc.5. De aliis decem ſimul mundatis Luc.17.

Cæci. Poſtea ſex cæcos legitur illuminaſſe.De duobus ſimul Matth. 9. De aliis duobus Matt.20 De vno alio Marc. 8. Veniunt Bethſaida.&c.de cæco.Io.9.

Dæmoniaci. Dæmoniacos autem ſeptem ſpecialiter liberauit.De duobus Mat.8.quorum vnus qui erat famoſior,& nomen ſibi legionem eſſe dicebat, tangitur hic Luc. 8. De vno alio, qui erat cæcus & mutus Matt.12.De quodam lunatico, qui non poterat liberari, niſi ieiunio & oratione, Matth. 17. Marc.9.Luc.9.Et quodam ſpiritu immundo ab homine, in ſinagoga Iudæorum eiecto, tangitur Marc.1.Luc.4. Et de filia mulieris Chananeæ ab inſtantiam matris ſanata,Mat.15.

Tum

Tum & ſecundum literam narratur,
Lucæ 8.eieciſſe ſeptem dæmonia de Maria.Et hoc ipſum dicitur Marc.16.

Cùm ſocrus Simonis teneretur magnis *Matt.8.*
febribus,& imperauit Ieſus febri,& con- *Marc.1.*
tinuò ſurgens,miniſtrabat eis. *Luc.4.*

Paralyticum per tegulas & lectum demiſſum ſanauit. Matt.9.Marc.2.Luc.5.

Hydropicum quoque dum ſabbatho in *Luc.13.*
domo Phariſæi comederet, incuruatám- *14.*
que mulierem, nec ſurſum reſpicere valentem erexit: hominem manum aridam habentem extẽdere fecit. Matt.12.Marc. 3.Luc.6.

Sanauit quoque verbo ſeruum Centu- *Matt.8.*
rionis,qui iacebat paralyticus.

Turbæ multæ habentes ſecum mutos, *Matt.15.*
cæcos,claudos,debiles, & alios multos, proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos.

Item ſurdum fecit audire, & mutum *Matt.7.*
loqui.

Filium Reguli de Capharnaum, inci- *Ioan.4.*
pientem mori,ad vitam reduxit. *Marc.9.*

Fluxum ſanguinis in muliere hæmor- *Marc.5.*
rhoiſſa ceſſare fecit tactu fimbriæ. *Luc.8.*

Tempeſtate valida in mari, ipſo dor- *Matt.8.*
miente commota, imperauit ventis, ſta- *Marc.4.*
timque venti & mare obediunt ei. *Luc.4.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Matt.14. Ambulauit diſcipulis admirantibus ſu-
Marc.6. pra mare, & Petrum ambulare fecit ſuper
Ioan.6. eodem, incipiente mergi, manu extenſa, ſaluauit.

Marc.6. Pulchrum miraculum oſtendit illis tribus diſcipulis in ſua transfiguratione.

Matt.17. Item & de quinque panibus & de duo-
Luc.6. bus piſcibus quinque millia hominum ſatiauit, & ſublati fuerunt duodecim cophini, Matt.14. Marc.6. Luc.9. Ioan.6.

Matt.15 Quatuor millia hominum alia vice re-
Marc.8. fecti de ſeptem panibus & paucis piſciculis ſuperfuerunt ſeptem ſportæ.

Mat.15. Idem ficum habentem folia ſine fructu
Marc.11. maledixit, & continuò aruit.

Auriculam per Petrum ſeruo principis amputatam, benignè reſtituit, & Petrum ſuper hoc increpauit. Matth.26. Marc.14. Luc.22.

Ioan.18. Cùm autem Saluator pēderet in cruce,
Mat.28. à ſexta hora die vſque ad horam nonam tenebræ factę ſunt per vniuerſam terram. Luna exiſtente decimaquinta, & in parte cœli oppoſita, quòd Sol per illam Lunam nullatenus poterat eclipſari. Et velum templi ſciſſum eſt, & monumenta aperta.

Matt.18. Reſurgente Domino, terræ motus factus eſt magnus. Angelus Dñi deſcendit de

de cœlo,& accedens reuoluit,&c.Præ timore autem exterriti ſunt cuſtodes.

Deinde apparuit diſcipul.ianuis clauſis. *Luc.24.*

Et ad mare Tyberiadis, vbi ad præceptum eius mittentes rete in mare, impletum eſt magnis piſcibus, centum quinquaginta tribus,& cùm tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. *Ioan.29.* *Ioan.21.*

Tandem 40. dies poſt reſurrectionem ſuam,apparens diſcipulis,& eos increpans & inſtruens. Videntibus illis,atque admirantibus illis, eleuatus eſt in cœlum, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.Prędicta miracula in ſpeciali tanguntur, alia verò plurima fuiſſe facta in generali leguntur, ſicut apparet in diuerſis locis, in Matt.Marc.Luc.vnde Ioan.20. *Marc.16* *Luc.24.* *Act.1.*

Multa quidem alia ſigna fecit Ieſus,quę ſi ſcriberentur, totus mundus non caperet liberos,&c.

Miro modo fuit magnum miraculum de effuſione Spiritus ſancti ſuper diſcipulos in die Pentecoſtes. Vnde fuerunt ita roborati,conſolidati & illuſtrati. *Act.2.*

Videns Petrus hominem claudum iuxta portam ſpecioſam templi,In nomine Ieſu dixit,ſurge, & ambula:& apprehenſa manu eius dextera,alleuauit eum & conſolidatæ ſunt baſes eius & plantæ. *Act.3.*

Act.5. Ananias,& Saphira vxor eius ob defraudatum agri pretium, morientes ad pedes Petri ceciderunt,

Eodem. In plateis ponebant infirmos in lectis & grabatis,vt veniente Petro ſaltē vmbra illius obumbraret quēquam illorum:concurrebat autem multitudo vicinarum ciuitatum,& ſanabat omnes.

Act.5. Princeps ſacerdotum, & qui cum illo erant iniecerunt manus in Apoſtolos,poſuerúntque eos in cuſtodia publica.

Iudic.6. Angelus autem Domini per noctem carcerem recluſit & eduxit eos.

Act.8. Prædicante Philippo in Samaria, multi qui habebant ſpiritus immundos clamantes exibant. Multi etiam paralici & claudi curati ſunt.

Mirabile & amabile factum fuit,quòd Saulus dum iret Damaſcum ad capiēdum Chriſti diſcip.cœleſti lumine circunfuſus, in terram proſtratus eſt, ſed interius illuſtratus,quamuis extra obcæcatus.

Act.9. Æneam paralyticum ab annis octo iacentem in grabato Petrus ſanauit, dicendo:Ænea,ſanet te Dominus Ieſus.

Act.9. Eiectis omnibus foras Petrus ponens genua orauit.Et conuerſus ad corpus Tabithæ mortuum,dicit: Tabitha ſurge. At illa aperuit oculos,& viſo Petro recedit.

Petrum

Petrum incarceratum, catenis duabus vinctum, & à ſexdecim militibus diligentiſſimè cuſtoditum, Angelus Domini ſolutum eduxit, & porta ferrea vltro aperta eſt eis. *Act. 12.*

Elymam magum, pſeudoprophetam Iudæum Paulus priuauit lumine oculorum, eo quòd ipſe proconſulem Paulum à fide auertebat, & Apoſtolis verbum Dei prædicantibus reſiſtebat. *Act. 13.*

In ciuitate Lyſtris erat quidam vir claudus ex vtero matris ſuæ, qui nunquam ambulauerat, quem intuens Paulus dixit voce magna. *Surge* ſuper pedes tuos rectus. Et exiliuit, & ambulauit. *Act. 14.*

Quædam puella habens ſpiritum phytonem, magnum quæſtum præſtabat dominis ſuis diuinando. Hæc ſequebatur Paulum & Lucam, clamans, & dicens: Iſti homines ſerui Dei excelſi ſunt. Paulus autem dixit ſpiritui: Præcipio tibi in nomine Ieſu exire ab ea: Et exiuit eadem hora. *Act. 16.*

Cùm eſſent Paulus & Silas in carcere laudãtes Dñm, ſubitò terræ motus factus eſt magnus, ita vt mouerẽtur fundamenta carceris & ſtatim aperta ſunt oſtia omnia, & vniuerſorum vincula ſoluta ſunt. *Eodem.*

Virtutes non modicas faciebat Deus manu Pauli, ita vt etiã ſuper languidos de *Act. 19.*

ferrentur à corpore eius ſudaria vel ſemicincta:& recedebant ab eis languores & ſpiritus nequam egrediebantur.

Eodem. Quidam Iudæi tentauerunt inuocare ſuper eos, qui habebant ſpiritus malos, nomen Domini Ieſu Chriſti dicentes: Adiuro vos per Ieſum, quem Paulus prædicat. Reſpondens ſpiritus dixit: Ieſum noui, & Paulum ſcio, vos autem qui eſtis? Et inſiliens homo in quo erat dæmonium, dominatus eſt eorum, ita vt nudi & vulnerati effugerent.

Act.20. Vna Sabbathi Paulus diſputans protraxit ſermonem vſque ad mediam noctem. Sedens autem quidam adoleſcens ſuper feneſtram cùm vrgeretur ſomno graui, cecidit de cœnaculo tertio deorſum, & ſublatus eſt mortuus. Ad quem cùm deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eum. Adduxerunt autem puerum viuentem, & conſolati ſunt nimis.

Act.28. Tempore hyemali cùm euaſiſſent Paulus & ſocij eius de confracta naui, & calefacerent ſe ad ignem, vipera à calore procedens inuaſit manum Pauli, quam ille excutiens in ignem nihil mali paſſus fuit: cùm tamen crederetur ab hominibus regionis illius, ilico moriturus.

Eodem. Patrem Publij febribus, & dyſenteria labor

laborantem Paulus facta oratione, & manuum impoſitione ſanauit: quo facto omnes qui in inſula illa habebant infirmitates, accedebant & curabantur.

De prouidentia Dei, & occultis eius iudiciis.

CAP. II.

SCiebat Dominus hominem peccaturum, & tamen ipſum liberum ad bonum vel malum fecit, eique ne peccaret, præcepit, cùm ne peccaret facere potuiſſet. Sed ſciebat quantum bonum occaſione illius culpæ elici debuiſſet. *Geneſ.1.*

Laban mercedem Iacob frequenter mutauit, & lucrum ei ſubtraheret, ſed tamen Dei prouidentia aliter diſpoſuit. *Geneſ.30.*

Filij Iacob, fratrem Ioſeph vendentes nomen eius extinguere crediderunt; ſed Deo diſponente, ipſum ſuper ſeipſos exaltauerunt. *Geneſ.37 41.& 55*

Mirante Ioſeph, & cauſam ignorante Iacob in filiorum benedictione eius, ſuper Ephraim poſuit manum dexteram, ſuper Manaſſem ſiniſtram. *Geneſ.48.*

Poſtquam Moyſes percuſſerat Ægyptium & offenderat corripiendo quendam Iudæum, fugit à facie Pharaonis, & exulauit in terra Madian multis annis, ita quòd videbatur ne de cætero auderet comparere in terra Ægypti. Et tamen ibi *Exod.2.3*

paſcen

paſcendo oues ſoceri ſui, habuit maiores occaſiones vacandi Deo,& vidit viſionem illam grandem,ac miſſus fuit à Deo ad filios Iſrael,& ad Pharaonem.

Exod.5.6 Sciebat Dominus Pharaonem nõ obediturum mandatis ſuis, & tamen ipſum per Moyſen faciebat requiri.

Exod.1.2 & 5. Antequam educeret Dominus filios Iſrael,in Ægypto longo tempore,& multoties eos affl gi & flagellari permiſit.

Exod.7. Magi & malefici Pharaonis Deo permittente fecerunt ſigna in Ægypto ſicut Moyſes,quo ad plura.

Exod.9. Permittit Dominus reprobos indurari, & electos affl gi, vt ſupra aliqua miraculoſa operetur, & inde cognoſcatur amplius, & laudetur. Vnde dixit Dominus Moyſi:Idcirco poſui te,vt oſtendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.

Exod.3. & 13. Num.14 Ioſue 3. & 14. Toties promiſit Dominus filiis Iſrael terram illam lacte & melle manentem,& tamen duo tantum de illis,qui viginti annos habebant Caleth & Ioſue, ad illam peruenerunt: reliqui verò non: ſed tantùm paruuli eorum.

Num. 20 Moyſes qui toties populum peccantem recõciliauit Deo,peccauit ſemel ad aquas contradictionis,& nõ obtinuit pro ſeipſo

vt

vt intraret terram promiſſionis.

Hoc ipſo, quòd filij Iſrael propter peccata ſupermanſerunt quadraginta annis in deſerto & amplius, magnificatus eſt Deus, qui eos tandiu pauit, & eorum veſtimenta à conſumptione ſeruauit, & tandem eos in terram promiſſionis mirabiliter introduxit. *Exod.16. Num.14. & 32. Dan.26. Ioſue 1.*

De gentibus qui habitabant in terra promiſſionis dicitur: Domini ſententia fuerat vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Iſrael & caderent, & non mererentur vllam clementiam, & perirent. *Exod.34 Deut.7. Ioſue 1.*

Poſtquàm Gedeon tam mirabilem victoriam de inimicis habuerat, & dominari populo recuſauerat, fecit Ephod, quod factum eſt ei & domui eius in ruinam. *Iudic.7. & 8.*

Iratus Dominus filiis Iſrael propter peccata eorum, dixit eis: Non addam, vt vltrà vos liberem: ite & inuocate deos quos elegiſtis. Dixeruntque ad Dominum, Peccauimus. Et ſequitur: Quòd doluit ſuper miſeriis eorum. *Iudic.10.*

Samſon, Angelo nunciante, de ſterili matre conceptus, poſtea fuit pluries per mulierem deceptus: & ad vltimum ruina domus depreſſus. *Iudic.16*

Filii

Iudic.20. Filij Iſrael contra filios Benjamin de conſilio & voluntate Domini prælliantes, bis debellati fuerunt: ſed illos poſtea penè deleuerunt.

1.Reg.4. 5.& 6. Permiſit Deus arcam capi ab incircunciſis, vbi multa miracula fecit. Et cùm reduceretur, Bethſamitæ cum gaudio receperũt eam. Quia verò viderunt eam, percuſſit Dominus 70. viros de principibus, & quinquaginta millia plebis.

1.Reg.7. & 15. Saule melior non erat in populo, quando fuit à Dño ſignanter electus: & tamen cito poſt peccauit, & fuit à Deo prouectus.

1.Reg.16 Dauid erat minimus inter fratres, & quaſi nullius reputationis inter eos.

2.Reg.7, Vnde quãdo vocati fuerunt filij Iſai, iſte neglectus vel contemptus fuit: tamen per illum Dominus totũ populum gubernauit, & totam illius progeniem ſublimauit.

1.Reg.28 Satis eſt mirabile, quãdo Samuel propheta à muliere Pythonyſſa legitur ſuſcitatus. Aug. lib. de doct. Chriſt. dicit, Quòd fuit imago Samuelis, nõ ipſe propheta vel anima eius: apparuerit verò arte dæmonum ſacrilega.

2.Reg.7. 11.& 24 3.Reg.11 Notandum, quàm expreſsè locutus eſt Deus ad Nathã de bonitate Dauid, & filij eius, qui ædificaturus erat templum, & tamen ambo in peccatum tam turpiter

cor

corruerunt.

Mirabile videtur quòd pro adulterio & homicidio Dauid, vnus tantum paruulus mortuus eſt:pro numeratione verò populi, ſeptuaginta millia hominum corruerunt.2.Reg.14. *3.Reg.11 & 12.*

Moriturus Dauid ordinationem fecit ſatis mirabilẽ:ſed quia ſcriptura ita commendat eum,ſupponẽdum eſt, quòd licet crudelis in patre fuerit,non tamen iniuſta ratione feciſſe,aut factum fuiſſe. *4.Reg.2.*

Salomoni dedit dominus tantã proſperitatem & pacem, quòd non erat Sathan in occurſum. Sapientiam quoque & gloriam præ cunctis regibus, & tandem permiſit eum dominus infatuari, deprauari, & ei multiplices aduerſarios ſuſcitari. *3. Reg.3. 4.5.9.10. & 11. Eccl.2.*

Præcepto domini per Eſaiam Prophetam præfectus eſt Ieroboam ſuper decem tribus,qui tamen populum ad idololatriam malitioſè induxit. *3.Reg.11. & 12.*

Occidit Leo virum Dei, qui prædixit Ieroboam deſtructionem altaris,& de carnibus ipſius mortui non comedit. *3.Reg.13*

Cùm eſſet Achab ſceleratiſſimus,& audiret pœnam ſibi pro criminibus infligendam,cœpit exterius humiliari,& dominus pœnam infligere prorogauit. *3.Reg.21*

Terribile fuit, quòd duos principes *4.Reg.2.*

quin

quinquagenarios, cum quinquaginta viris, fecit Elias igne deſcendente deſuper ſubito deuorari.

4.*Reg.*10 Iehu ex Iſrael maximo zelo perſecutus eſt Baal cultores, ita quòd Dominus ipſius opera cõmendauit, & tamen ab idololatria vitulorum Ieroboam non receſſit.

4.*Reg.*21 2.*Par.*33 Manaſſes rex in Ieruſalem terribilia faciniora perpetrauit, poſtea catenis victus, & in Babyloniã ductus, pœnitentiam agẽs orauit Dominum, & exauditus fuit.

4.*Re.*23. 2.*Par.*35 Ioſias rex Iuda cùm ſanctiſſimam vitam duxiſſet, tandem perrexit vt dimicaret contra Nechao regem Ægypti, dicentem ei: Deſine aduerſus Dominum facere, qui mecum eſt, ne interficiat te. Non aquieuit ſermonibus Nechao ex ore Dei, & malè ſucceſsit ei, ſagittis fixus periit.

*Exod.*3. & *infrà.* *Ioſue* 3. 4.*Re.* 17. & 18. *Iere.* 25. Ciuitatem ſanctam electam, ſpecialiter dilectam, peculiarem populum, quem de Ægypto mirabiliter eduxerat per deſertũ in terram promiſsionis introduxerat, permiſit Deus per Chaldæos, & Aſsirios deuaſtari, & mirabiliter captiuari, videbatúrque quòd de illis penitus non curaret, dicitur tamen Tob. 13.

*Tob.*13. Confitemini Domino filij Iſrael, quoniam ideo diſperſit vos inter gentes quæ ignon

ignorant Deum, vt enarretis mirabilia eius, & faciatis ſcire eos, quia non eſt alius Deus præter eum.

Tobias poſt tam pia opera miſericordiæ, quibus ſolicitus erat, excæcatus eſt, cuius cauſam non intelligentes cognati eius ſcandalizati inſultabant ei. *Tob. 2.*

Satis mirabile potuit reputari, quare tot regna permiſit Deus ab Holoferne nequiſſimo ſubiugari. *Iudith. 2. & 3.*

Item de Aman qui fuit ſuperbiſſimus & crudeliſſimus, & tamen fuit poſt regem ſuper cunctos principes exaltatus. *Heſter. 3.*

Mirabantur & ſcandalizabantur amici Iob, ſuper eum, quem videbant, tam grauibus flagellis afflictum: cuius tota vita & liber, diuinam manifeſtè indicant prouidentiam. *Iob. 1. 2.*

Diuina iuſtitia punit interdum malos homines per peiores, ſicut filios Iſraël & Iuda per Nabuchodonoſor, & Chaldæos. Vnde Eſa. 10. Væ Aſſur virga furoris, &c. Non ſolum ſuper populum fidelem & bonum inſtituit Dominus principẽ vel prælatum, verum etiam ſuper omnes. *4. Re. 45. Iere. 15. & 37.*

Non enim eſt poteſtas, niſi à Deo. *Rom. 13.*

Præcepit Dominus Ionæ vt prædicaret, Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Et tamen ſciebat Dominus *Iona. 3.*

Niniuitas pœnitentiam acturo, & non taliter puniendos.

1.*Mac.*1. Permiſit Dominus vt Antiochus prophanaret illud venerabile templũ & ſuccenderet ciuitatem ſanctam, & faceret ibi innumeras cædes innocentum.

1.*Mac.*1. Tempore Antiochi Epiphanius, qui
2.3.*&* 6. templum Ieruſalem deſtruxit, prophana-
2.*Mac.*5. uit, multos Iudæos torſit crudeliter, & oc-
& 6. cidit. Poterat videri multis, quòd magna confuſio erat & deordinatio in regimine vniuerſi. Veruntamen ex illis malis elicuit Dominus malorum pugnitionem, quorundam correptionem, multorum etiam tunc interfectorum virtutes & merita fuerunt multipliciter augmentata. Vnde 2. Mac.6. & ita legitur.

2.*Mac.*6. Obſecro autem eos qui hunc librum lecturi ſunt, ne abhorreſcant propter aduerſos caſus, ſed reputent ea quæ acciderunt non ad interium, ſed ad correptionem eſſe generis noſtri.

1.*Mac.*9. Nam & Iudas Machabæus, Ionathas, & Simon fratres eius, fuerunt viri quo ad Deum & homines fideliſsimi & ſtrenuiſsimi, & tamen ſatis miſerabiliter mor-
1.*Mach.* tui.
12. Nam Iudas in bello contra Bacchidem
2.*Mac.*15 cecidit: Ionathan verò cum duobus filiis

Tri

Triphon occidit: Simonem, autem & duos filios eius Ptolemæus filius Anthenobi inebriatos proditoriè iugulauit.

Mirum fuiſſe videtur, quòd Eleazarus vir ætate prouectus, & illi ſeptem fratres tam crudelia ſuſtinuerunt pro diuina lege tormenta, nec tamen Deus ibi aliquam vindictam in tyrannos oſtendit. *2. Mac. 6. & 17.*

Voluit Dominus puer exiſtens in Ægyptum deferri à facie Herodis, & permiſit loco ſui innocentes occidi: Sed in hoc ipſis infantibus melius prouidit: nunquam enim tantum bonum proueniſſet iis, ſi Herodes eos honorare curaſſet, quantum prouenit eis ex hoc, quòd eos occidi mandauit. *Matth. 2.*

Audita fide Centurionis, miratus eſt Dominus, & ſequentibus ſe dixit: Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorũ: filij autem regni huius eiicientur foras in tenebras exteriores. *Matth. 8.*

Quidam Scriba obtulit ſe ad ſequendũ Dominum, & non fuit admiſſus. Alium verò inuitauit ad ſequendum, qui non voluntarius videbatur, vnde dixit: Permitte me ſepelire patrem meum. *Luc. 9. Matth. 8.*

Fecit Dominus virtutes in Chorozaim & Bethſaida, vbi parum poteſt, *Luc. 10. Matt. 11.*

& non fecit in Tyro & Sydone, vbi feciſſet, multum profuiſſet.

Marc. 6. Permiſit Deus, Ioan. Baptiſtam exēplar totius ſanctitatis, ab Herode viliſſimo adultero decollari, Stuporem autē auget, quia hoc factum fuit ad inſtantiam meretricis, nec aliqua vindicta legitur in Euangelio ſubſecuta, non in puellam, non in adulteram, nec in ipſo Herode Tetrarcha.

Mat. 17. Marc. 15. Luc. 22. Ioan. 18. Act. 3. In Dominica paſsione per ſceleratiſſimam hominum iniquitatē impleuit Deus circa redemptionem humani generis ſuam benigniſſimam voluntatem, vnde dixit Petrus, Deus autem quæ prænunciauit per os omnium prophetarum, pati Chriſtum ſuum, ſic impleuit, &c.

Mat. 27. Ioan. 18. Petrus princeps Apoſtolorum & caput eccleſiæ, ipſo permittente, ter Chriſtum negauit.

Ioan. 11. & 20. Thomas, qui tam confidenter dixerat, Eamus & nos, & moriamur cum eo, de reſurrectione dominica dubitauit. Ex quibus ſecutum eſt, quod Petrus fuit mitior erga peccatores, & fuerunt in fide ſolidati fideles, vel in fide trepidantes. Habetur etiam ex hoc quòd nullus debet de ſua firmitate præſumere. Et quòd ſiue quis ceciderit à fide, ſiue dubitauerit, non debet de Dei miſericordia, &

conſe

conſequenda venia deſperare.

Ex hoc quòd Iudas apoſt. & diſpenſator Domini in enorme peccatum cecidit nec reſurrexit, retunditur omnis præſumptuoſa ſecuritas, qua nullus pro ſtatu quem habeat, vel pro actu quem faciat, debet altum ſapere, ſed timere. *Mat.* 26. & 27.

Quoniam Apoſtoli duces fidelis populi fuerunt, tamen in carcere cum diligentia cuſtoditi, poterat videri aliquibus infirmis, quòd Deus tẽpore nouellæ fidei, non debebat talia permiſiſſe: ſed ex hoc ipſo fideles fuerunt miſerabiliter conſolati, & aduerſarij fidei confutati. *Act.* 4.

Simile accidit de ſolo Petro, quando uit ab Herode captus, & incarceratus & er angelum miraculosè eductus. *Act.* 11.

Magna fuit iniquitas Stephanum lapi-re, & tamen inde multa bona ſuperna ouidente clementia, prouenerunt. Nam fuit in cœlo gloriosè coronatus, in a abundantius honoratus: oratio eu-ſua, quam ibi fecit, nobis Paulum ac-uit, & omnibus poſteris reliquit mira ntiæ & charitatis exempla. *Act.* 7.

pidato Stephano, facta eſt magna utio in Eccleſia quæ erat Ieroſo-& omnes diſperſi ſunt per regio-dææ & Samariæ, præter Apoſto- *Act.* 8.

los, ita quòd videbatur ad cultum Chriſtianæ religionis ingerere detrimentum: ſed diſperſi diſcipuli euangelizabant verbum Dei, ita quòd hoc ipſo Eccleſia fuit amplius dilatata.

Act. 13. Prædicantibus Paulo & Barnaba Iudæis, & illis repellentibus verbum Dei, aſſumpſerunt ipſi occaſionem gentibus prædicandi.

Act. 15. Facta eſt diſſenſio inter Paulum & Barnabam propter Ioannem Marcum, quem Paulus nolebat recipere, eo quòd defeciſſet ab eis. Barnabas autem volebat illum ſecum aſſumere, ita quòd ab inuicem diſceſſerunt, ex quo videbatur ſcandalum debere ſequi: ſed diſponente Deo magnus ſecutus eſt fructus, quia pluribus prædicatum eſt verbum Dei.

Act. 13. 16. 17. 22. & 23. Grandia facinora committebant illi qui egregium doctorem Paulum incarcerabant, & à prædicatione ipſum ceſſare cogebant: poterat etiam multis videri quòd hoc magnum inconueniens erat, & quòd Deus hoc permittere non debebat. Et tamen notandum eſt valde, quòd ex tantis impedimentis & dãnis diuina prouidentia multis vtilitates oſtendit & effecit, nam inde meritum Pauli creuit: ſic etiam majora virtutum exempla reliquit

&

& melius docuit per opera quàm prius feciſſet per verba: puta, in carcerem poſitus ſcripſit abſentibus & remotis, nec tantum profuit Eccleſiæ prædicando, quantũ profuit epiſtolas tranſmittendo. Vnde ſi in vna ciuitate, vel prouincia fuiſſet ab omnibus honoratus, & libenter auditus non habuiſſet occaſiones ad diuerſos populos tranſeundi: quando ergo perſequebantur eum Iudæi, vel quicunque alij de ciuitate in ciuitatem, verbum Dei pluribus prædicabat: quando in carcere tenebatur, epiſtolas faciebat: quando reſiſtebant ei Iudæi, ad gentes conuertabatur: Act. 13. Quoniam repellitis, &c. ecce conuertimur ad gentes.

Rurſus etiam, quia in Syria Felicem Festum iudices habuit iniquos, compulſus eſt Cæſarem appellare: ſicque Romam venit, quam ſua prædicatione, & doctrina ſalubriter illuſtrauit, & paſsione feliciter, decorauit. *Act. 25. & 28.*

De benignitate Dei ad ſeruos ſuos.

CAP. III.

Abraham loquens cum Domino, & petens vt parceret Sodomitis, fiducia vtebatur, & viſus fuiſſet apud homines importunus, ſed Dominus ei *Gen. 18.*

ſemper benignè reſpondit, & quod petebat conceſſit.

Gne. 28. Fugienti Iacob iram fratris, Dominus
31. & 32. clementer apparuit, & poſt ipſum redeuntem in patriam ſuam, ab inſecutione ſoceri ſui liberauit.

Gen. 32. Magna fiducia vſus eſt Iacob, orando Dominum dicens? Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.

Exod. 32. Ait Dominus ad Moyſen, Cerno quòd populus iſte duræ ceruicis ſit, dimitte me vt iraſcatur furor meus, &c. Quaſi diceret, Tu me tenes, nec poſſum hos peccatores conterere, niſi dimittas me.

Exod. 33. Loquebatur dominus ad Moyſen, ſicut
Num. 12. loqui ſolet homo ad amicum ſuū, ipſum-
& 14. que ab æmulis ſuis & detractoribus defendebat.

Num. 2. 3 Balach vocauit Balaam, vt maledice-
Ioſue. 24. ret filiis Iſrael, ſed Dominus è contrario per illum benedixit eis, vt recitatur.

Ioſue. 10. Obediuit Dominus voci Ioſue dicentis: Sol contra Gabaon non mouearis.

Iudith. 6. Gedeon à Domino bis petiit ſignum in vellere, vtrum deberet victoriam de hoſtibus obtinere.

1. Reg. 8. Mirum fuiſſe dicitur de hoc quòd Dominus plerumque non fuit indignatus in abiectione ſui, ſed contemptu ſeruorum

Dei,

Dei, ipſe reputauit ſe contemni, vt patet in Samuele, Non te abiecerunt, ſed me, dicit Dominus.

Nota etiam quàm piè locutus ſit Dominus ad Nathan de Dauid & domo eius in futurum. *2.Reg.7.*

Quamuis poſteri Dauid multipliciter & grauiter peccauerunt, tamen opera eius bona frequenter memorantur, & propter illa multoties pepercit Dominus peccatis illorum. *3.Reg.12. & 15.*

Et præcepto Domini corui deferebant panem & carnes Heliæ, & poſtea angelus Domini panem & aquam eidem oſtendit. *3.Reg.17 & 19.*

Ezechias rex Iuda dixit: Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum, & non imputabit eis quòd minus ſanctificati ſunt. *2.Par. 30*

Miſit Dominus Angelum ſuum qui Tobiam iuniorem duxit & reduxit, dæmonium ab eius vxore compeſcuit, gaudium parentibus eius fecit, ſeniorem Tobiam à cæcitate curauit, & totam domum eius bonis omnibus repleuit. *Tob. 5.7. 8.& 11.*

Videbatur quaſi Dominus timere offenſam Ierem. cùm vellet populum propter peccata ſua omnino delere, dicebat enim cap.7. Proiiciam vos à facie mea, &c. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec *Iere.7.*

aſſumas pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi, quoniam non exaudiam te.

Dan.3. Planum eſt, quòd Deus eſt cum ſeruis ſuis in tribulatione: vnde Nabuchodonoſor vidit cum Azaria & ſociis ſuis, ſimilem filio Dei in fornace candenti.

Dan.13. Exaudiuit Dominus vocem Suſannæ, & quia per impudices ſenes presbyteros iniuſtè fuerat condemnata, per continentem puerum Danielem fuit iuſto iudicio liberata.

Dan.14. Cùm Daniel eſſet in Babylone in lacu leonum, miſit ei de longinquo ſcilicet de Iudęa prandium per Habacuc prophetam.

Ionæ.2. Præparauit Dominus piſcem grandem vt deglutiret Ionam, qui tametſi propter inobedientiam videbatur iuſte meruiſſe pœnam, tamen ipſum liberauit.

2. Mach. 10.& 11. Machabæus & qui cum eo erant pugnantes contra Timotheum, habuerunt manifeſtè de cœlo auxilium, apparuerunt enim viri quinque in equis, &c. Poſtea verò alia vice euntes ad prælium contra Lyſiam, apparuit præcedens eos eques in veſte candida armis aureis haſtam vibrans.

Matt. 4. 8.& 9. Mira erat benignitas in Saluatore qui circuibat ſanans omnem languorem & omnem infirmitatem, quod niſi fe-

ciſſet,

ciſſet, multi infirmi accedere ad eum non potuiſſent.

Leproſo dicenti, Domine ſi vis, potes me mundare: piè reſpondit, & benignè fecit: extendens enim Ieſus manum tetigit eum dicens: Volo, mundare. Sacerdotes autem huiuſmodi homines habebant horrori. *Mat. 8.* *Luc. 8.*

Statim poſt vocationem Matthæi diſcubuit Dominus in domo eius. *Matt. 9.*

Cùm feceſsiſſet Dominus in deſertum, vidit turbam multam, & miſertus eſt eis, & curauit languidos eorũ, Veſpere autem facto, dixerunt diſcipuli: Dimitte turbam. Ieſus autem tamquã liberaliſsimus ait illis: Date eis vos manducare. *Marc. 2.* *Luc. 5.*

Petrus incipiens mergi clamauit, dicens: Domine ſaluum me fac, & continuò Ieſus extendens manum apprehendit eum. *Matt. 14.*

Saluator bis in domo Simonis leproſi benignè diſcubuit. *Matt. 26.* *Marc. 14*

Mariam Magdalenam piè defendit, & contra Phariſæum, malè de illa cogitantem, & contra ſororem propriam de illa conquerentem. Item & contra diſcipulos propter effuſionem vnguenti in eam frementes. *Luc. 7.* *Ioan. 12.*

Ineffabilis pietas Dei multum oſtenditur, in exemplo de filio prodigo, vbi dicit: *Luc. 15.*

Cùm

Cùm adhuc longè eſſet filius, vidit illum pater ſuus, & miſericordia motus eſt, & occurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. Item petebat fieri ſicut vnus de mercenariis, pater interrupit verba & recepit eum in filium.

Ioan. 9. De facili Dominus recipit illos quos mundus eiicit. Vnde cæcus ille natus, à Domino illuminatus poſtquam fuit à ſynagoga eiectus, ſtatim à Domino receptus eſt.

Luc. 19. Mira fuit Chriſti benignitas quando ad domum publicani Zacchæi, qui eum videre cupiebat, ſeipſum inuitauit, & eiuſdem domui benedixit.

Mat. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 13. Cùm protuliſſet Dominus indiſtinctè, Vnus ex vobis me tradet, ſequitur: Cùm recubuiſſet Ioannes ſuper pectus Ieſu, ait: Domine quis eſt? ecce quàm magna benignitas & familiaritas.

Ioan. 14. 15. & 16. Act. 2. Promiſit Saluator diſcipulis, de ſuo receſſu contriſtatis, quia pater alium Paracletum daret eis, quod adimpletum optimè die Pentecoſtes, quando Spiritus ſanctus eos taliter roborauit, conſolatus eſt, illuſtrauit, vel docuit.

Ioan. 18. Venientibus ad capiendum Dominum miniſtris Pontificum dicitur eis: Si me quæritis, ſinite hos abire. Sciebat enim

quòd

quòd non erant parati ad martyrium ſuſtinendum. Idcirco clementer infirmitati eorum condeſcendens, voluit quòd parceretur eis.

Petiit latro vt Dominus meminiſſet eius cum veniſſet in regnum ſuum. Dominus autem plus conceſſit quàm ille peteret, dicens, Hodie mecum eris in paradiſo. *Luc.23.*

Magna fuit Chriſti pietas, qui nec Petrum, qui ter eum negauit, repulit, ſed benignè reſpexit. *Luc.22.*

Nec Thomam in dubitatione reliquit, ſed ſe palpandum manifeſtè exhibuit. *Ioan. 20.*

Dum lapidaretur Stephanus vidit Dominum in cœlis ſtantem tanquam paratum ad ipſum fortiter adiuuandum. *Act. 7.*

Item Paulum in actu perſecutionis exiſtentem excæcauit, proſtrauit, vocauit, & conuertit. *Act.9.*

Beato Ioanni in inſula Pathmos exulanti, multam benignitatem Dominus oſtendit apparendo ei, & Angelum ſuum mittendo qui eum multiplici reuelatione conſolatus eſt. *Apoc. 1. & per totum.*

De conſolatione diuina. CAP. IIII.

POſtquam Abraham exiuit de terra ſua, ad mandatum Domini, ipſe dominus conſolatus eſt eum, diuerſis apparitionibus & reuelationibus. *Geneſ. 12. 13. 15. 17. & 18*

Fugien

Geneſ. 28. & 31. & 32. Fugienti Iacob à facie fratris ſui, & ſuper lapidem dormienti, Labanque ſocerum cùm in patriam rediret, fugienti, apparuit Dominus, & ei magnam conſolationem infudit.

Exod. 3. & *infrà.* Apparuit Dominus Moyſi exulanti & oues paſcenti, quod non accidit ei quandiu nutriebatur in domo Pharaonis.

Exod. 16. Filiis Iſrael pluit manna in deſerto è cœlo, carnes quoque & aquam pluries Dominus miraculosè dedit.

Num. 11. *Exod.* 14. & 34. Moyſes in monte exiſtens quadraginta diebus, & totidem noctibus non manducauit, nec bibit, reficiebatur enim diuino eloquio.

Ioſue 1. Dixit Dominus ad Ioſue, Non dimittam nec relinquam te, confortare, & eſto robuſtus.

3. *Reg.* 17 Præcepit dominus vt corui portarent bis in die panem & carnes Filiæ.

3. *Reg.* 19 Poſt hoc apparuit Dominus ei, cum fugeret Iezabel, cuius Prophetas fecerat occidi.

4. *Reg.* 19. Efficaciter dominus conſolatus eſt Ezechiam regem per prophetam, & per Angelum qui occidit centum octoginta quinque millia de exercitu regis Aſſyriorum.

Tob. 3. 8. & 11. Exauditæ ſunt eodem tempore orationes Saræ & Tobiæ, & miſſus eſt Angelus

gelus Domini, qui curaret ambos, Saram, videlicet à dæmonio, viros illius interficiente, & Tobiam ſeniorem à cæcitate & paupertate.

Populum Iſrael exiſtentem in anguſtia & timore, præ exercitu Holofernis dignatus eſt dominus per manum vnius fœminæ mirabiliter conſolari. *Iudith 7. 8. 14. & 26.*

Conuertit dominus luctum Iudæorum in gaudium, quando ipſi procurante Heſter hoſtes ſuos qui ad iugulationem illorum ſe parauerant, occiderunt. *Heſter 8. & 9.*

Notabile eſt quòd quando populus Iſrael fuit in mahna afflictione, ſupple tempore captiuitatis Babyloniæ, plures habuit Prophetas quàm tempore Salomonis, quando fuit in maxima proſperitate: nam Ieremias fuit in Iudea, Ezechiel & Daniel in Chaldæa. *1. Re. 24. & 25. Iere. 26. 27. 28. & 29.*

Angelus Domini deſcendit cum Azaria & ſociis eius in fornacem: & excuſſit flammam ignis de fornace: & fecit mediũ fornacis, quaſi ventum roris flantem, per quod apparet, quòd omni loco, omni tempore earata eſt diuina pietas hominum confortare. *Ezech. 1. Daniel. 1. & 3.*

Danielem bis poſitum in lacum leonum conſolatur eſt Dominus, primo mittendo Angelum, qui leonum ora conclusit. *Dan. 6. & 14.*

Secundò

Secundò per Habacuc Prophetam, quem de Iudæa in Chaldæam cum cibo per Angelum tranſportauit.

Dan. 13. Suſannã calumnioſè damnatam, eripuit Deus ex inſpirato per puerum Danielem.

1. *Mach.* 10. & 11. Machabæus & qui cum eo erant videntes adiutorem à Deo ſibi miſſum, benedixerunt miſericordem Dominum, & conualuerunt animis.

Ioan. 14. *Act.* 2. Bene impleuit Dominus promiſſionem Apoſtolis factã, quando dixerat eis, alium ſe miſſurum paracletum, quando miſit eis ſpiritum ſanctum, qui eos tam copioſè docuit, conſolatus eſt, & roborauit.

2. *Cor.* 1. & 7. Fœlix Paulus in hac vita, qui dicebat ſecurè: Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, & pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis qui conſolatur nos in omni tribul. &c.

Et ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita per Chriſtum abundat conſolatio noſtra, & repletus ſum conſolatione.

Act. 9. Eccleſia habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & conſolatione ſpiritus ſancti replebatur.

Act. 12. Petro in carcere Herodis vincto miſit Dominus Angelum ſuum, qui de manu Herodis & Iudæorum liberauit eum.

Act. 17. Paulo & Sila laudantibus Deum in-

carcere, ſubito terræ motus factus eſt magnus, & aperta ſunt oſtia, & omnium vincula ſunt ſoluta.

Dixit Dominus per viſionem nocte Paulo cùm prædicaret Corinthi, Noli timere, ſed loquere, & ne taceas, propter quod ego ſum tecum. *Act.* 18.

Cum eſſet Paulus in cuſtodia Claudij tribuni detentus, nocte aſſiſtens ei Dominus ait: Conſtans eſto Paule, ſicut enim teſtificatus es de me in Ieruſalem, ita oportet te Romæ teſtificari. *Act.* 23.

Confortare volens eos Paulus qui ſecum in naui erant, ait: Aſtitit mihi hac nocte Angelus Dei, dicens: Ne timeas Paule, Cæſari oportet te aſſiſtere: & ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum. *Act.* 27.

Cùm beatus Ioannes Apoſtol. eſſet in Pathmos inſulâ relegatus, diuina reuelatione fuit multipliciter conſolatus. *Apoc.* 1.

De benedictione quam Deus dat homini.

CAP. V.

CReauit Dominus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: maſculum & fœminam creauit illos, benedixitque eis, & ait: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. *Gene.* 1.

Benedixit Dominus Noë, & filijs, & *Gene.* 9.

dixit ad illos: Creſcite, &c. terror veſtes, &c. ſit ſuper cuncta animalia, &c.

Gen. 12. Dixit dominus ad Abram: Egredere de terra tua, benedicam tibi & magnificabo nomen tuum, eríſque benedictus.

Gen. 17. Super Iſmael exaudiui te, dixit dominus ad Abraham. Et ecce benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde.

Gen. 26. Dominus benedixit Iſaac & locupletatus eſt & ibat proficiens.

Gen. 30. Loquens Iacob domino & auunculo ſuo Laban, ait: Modicum habuiſti antequam venirem ad te, & nunc diues es effectus, benedixítque tibi dominus, ad introitum meum.

Gen. 32. Iacob in oratione luctans cum Angelo ait: Non dimittam te, niſi benedixeris mihi, ſequitur. Et benedixit ei in eodem loco.

Gen. 39. Benedixit Dominus domui Ægyptij propter Ioſeph, & multiplicauit tam in ædibus quàm in agris, cunctam ſubſtantiam eius.

2. Reg. 6. Habitauit arca domini, in domo Obededon Gethæi tribus menſibus, & benedixit dominus Obededon & omnem domum eius.

Iob. 1. Loquebatur ſatan ad Deum de Iob dicens: Operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſſio eius creuit in terra.

Item

Item ſcribitur: Dominus benedixit Iob *Iob 42.*
In nouiſſimis magis quàm in principio.

Aſcenſurus in cœlum Saluator eduxit *Luc.24.*
diſcipulos in Bethaniam,& eleuatis mani- *& Act.1*
bus ſuis benedixit eis.

Deſideranda eſt illa benedictio, quam *Matt.25.*
dabit Dominus electis in die iudicij,quan-
do dicturus eſt, Venite benedicti.

De maledictione qua Deus maledicit hominis. CAP. VI.

Serpens primò legitur à Deo maledi- *Gen.3.*
ctus fuiſſe: Maledictus eris inter omnia
animantia, & beſtias terræ: ſuper pectus
tuum gradieris,&c. Et poſtea ad pœnam *Ibidem.*
hominis dictum eſt: Maledicta terra in
opere tuo.

Cain quoque poſt mortẽ fratris ſui di- *Gene.4.*
ctum eſt: Maledictus eris ſuper terram,&c.

Lamentans Ieremias excidium ciuitatis *Thren.2.*
Ieruſalem,dixit: Repulit Dominus altare
ſuum,maledixit ſanctificationi ſuæ.

Daniel in oratione ſua dicebat: Stilla- *Dan.9.*
uit ſuper nos maledictio. Et nota quòd
maledictio ſuper peccatores dicitur ſtil-
lare, ſed ſuper iuſtos benedictio inundare.
Eccleſ.39. Benedictio illius quaſi fluuius *Eccl.39.*
inundauit.

Sacerdotibus malis loquens Domi- *Malac.2.*
nus per Malachiam Prophetam, dixit:

Maledicam benedictionibus veſtris.

Mat.21. Ficus habens folia ſine fructu, maledicta
Marc.11 fuit à Domino, & continuò aruit.

Matt.25. Nimis erit terribilis illa maledictio cõtra reprobos proferenda in die iudicij, Ite maledicti in ignem æternum.

De benedictione qua homo benedicit Deum.

CAP. VII.

Gen.14. MElchiſedech Rex Salem occurrens Abraham reuertenti à cæde, ait: Benedictus Dominus excelſus, quo protegẽte, hoſtes in manibus tuis ſunt.

Iudith 5. Obtenta victoria de Siſara, Delbora & Barach cecinerunt, dicentes: Qui ſponte obtuliſtis de Iſrael animas veſtras ad periculum, benedicite Domino.

Ruth 4. Videntes mulieres quòd Booz accepiſ-
1.Reg.17. ſet Ruth vxorem, congratulantes Noëmi ſocri eius, dixerunt. Benedictus Dominus qui non eſt paſſus, vt deficeret ſucceſſor familiæ tuæ.

Pſal.147 Poſt victoriam quam dedit Deus Dauid de Goliath Philiſtæo, dicitur feciſſe Pſalmum, Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium.

3.Reg.5. Cùm audiſſet Hyran verba Salomonis lætatus eſt valdè, & ait: Benedictus Deus qui dedit Dauid filium ſapientiſſimum ſuper populum hunc.

Ædifica

Ædificato templo dixit Salomon coram vniuerſo populo, Benedictus Deus Iſrael, qui locutus eſt ex ore ſuo ad Dauid patrem meum. 3. *Reg.* 8.

Fecit Dauid principem ad confitendum Domino, Aſaph & fratres eius: ſequitur, Benedictus Dominus Deus Iſrael ab æterno vſque in æternum extremum, & dicat omnis populus, Amen. 1. *Par.* 16.

Dauid Rex lætatus eſt gaudio magno, & benedixit Domino coram vniuerſa multitudine. 1. *Par.* 29

Videns Eſdras animum Artaxerxis abnum erga Iudæos, dixit: Benedictus Deus patrum noſtrorum, qui dedit in corde regis, vt glorificaret domum Domini. 1. *Eſd.* 7.

Cùm aperuiſſet Eſdras librum Regis, ſtetit omnis populus, & benedit Eſdras Domino Deo voce magna, & reſpondit omnis populus, Amen. 2. *Eſd. ſeu Nehe.* 8.

Completo, muro ciuitatis Ieruſalem ſub Eſdra, & Nehemia, dixerunt Leuitæ, Surgite & benedicite Deo noſtro ab æterno & vſque in æternum. 2. *Eſd. ſeu Nehe.* 9.

Sara filia Raguelis cùm compleret orationem: dixit, Benedictum eſt nomẽ tuum Deus patrum noſtrorum. *Tob.* 3.

Filium ſuum inſtruens Tobias, dixit inter cætera: Omni tempore benedic *Tob.* 4

Deum & pete ab eo vt vias tuas dirigat.

Tob.8. Raguel & vxor eius videntes, quòd Tobiam iuniorem non læſerat dæmonium, dixerunt: Benedicimus te Domine Deus Iſrael, quia non contingit nobis quemadmodum putabamus.

Tob.12. Occultè monuit Tobiam & filium eius Raphael vt benedicerent Deum cœli, dicens: Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei.

Tob.13. Recuperato viſu & auditis ſermonibus Raphaelis, aperiens Tobias os ſuum benedixit Dominum, & dixit: Magnus es Domine in æternum, &c.

Iudith.13 Ozias princeps populi Iſrael videns Iudith cum capite Holofernis, dixit: Benedictus Dominus qui creauit cœlũ & terram.

Dan.2. Danieli nocte per viſionem myſterium reuelatum eſt, & benedixit Deo cœli, & ait: Sit nomen Domini benedictum à ſæculo, quia ſapiẽtia & fortitudo eius ſunt, & ipſe mutat tempora & ætates.

Dan.3. Ananias & ſocij eius miſſi in caminum ignis ambulabant in medio flammæ laudantes & benedicentes Domino. Et rex Nabuchodonoſor poſtea viſo tanto miraculo dixit: Benedictus Deus Sidrach, Miſach, &c.

2.Mac.4 Obtenta de hoſtibus victoria, & ædificato

ficato altari ſub Iuda Machabæo, filij Iſrael adorauerant: & benedixerunt in cœlo Deum, qui proſperauit eos.

Propter Heliodorum volẽtem ſpoliare templum Domini, diuina virtute terribiliter flagellatum, benedixerũt omnes Deũ, quia magnificabat locum ſuum, &c. *2. Mac. 3.*

Machabæus, & qui cum eo erãt videntes auxilium à Deo ſibi miſſum benedixerunt ſimul miſericordiarum Dominum, conualuerunt animis. *2. Mach. 10. & 11*

Nato Ioanne Baptiſta apertum eſt os Zachariæ & prophetauit, dicens: Benedictus Dominus Deus Iſrael. *Luc. 1.*

Cùm inducerent puerum Ieſum parentes eius in templum, Simeon accepit eum in vlnas, & benedixit Deum, dicens: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, &c. *Luc. 2.*

Poſt aſcenſionem Domini erant in templo laudantes & benedicentes Deum. *Luc. 24.*

Tribulationes patiens Paulus dicebat, Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti. *2. Cor. 1.*

Similiter Petrus dixit, Benedicere Deũ quaſi opus vel officium paradiſi. *1. Pet. 1.*

Nam Ioannes in Apoc. dicebat: Et omnem creaturam quæ in cœlo eſt, ſuper terram, & ſub terra, & mare, & quæ in eo, omnes audiui dicentes: Sedenti in *Apoc. 5.*

throno & agno, benedictio, honor, & poteſtas in ſecula ſeculorum.

De benedictione qua homo homini benedixit. CAP. VIII.

Gen.14. MElchiſedech rex Salē occurrit Abrahæ benedicēs: & ait, Benedictus Abraham Deo excelſo, &c.

Gen.22. & 26. Benedixit Iſaac Iacob, dicens: Det tibi Deus de rore cœli & pinguedine terræ, abundantiam frumenti & vini, &c. Et in cap. ſequenti eidem benedixit.

Gen.27. Cùm Eſau vlulatu magno fleret, Iſaac dixit ad eum: In pinguedine terræ, & de rore cœli deſuper erit benedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo ſeruies.

Gen.47. Introduxit Ioſeph patrem ſuum Iacob ad Pharaonem, qui benedicens illi, & interrogatus ab eo quot ſunt dies annorum vitæ ſuæ, reſpondit, &c.

Gen.48. Benedixit Iacob filiis Ioſeph, & ait: Deus in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei benedicat pueris iſtis: loquebatur de Manaſſe & Ephraim, quos pater eorum rogauerat per patrem benedici.

Ibid.49. Poſtmodum etiam benedixit Iacob ſingulis filiis ſuis benedictionibus propriis.

Leuit.9. Extendens Aaron manum ad populum, benedixit eum.

Num.6. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicēs:

Sic

Sic benediceti s filiis Iſrael: Benedicat tibi Dominus & cuſtodiat te,oſtendat tibi Dominus faciem ſuam.

Dixit Balaam filius Beor ad Balach, Ad benedicendum adductus ſum:benedictionem prohibere non valeo. *Num.32.*

Non pernoctabit apud te pignus pauperis, ſed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum,vt dormiens,in veſtimento ſuo benedicat tibi. *Deut.24.*

Moyſes homo Dei benedixit filiis Iſrael ante mortem ſuam,& ait;Dominus de Syna venit,& de Seir ortus eſt nobis. *Deut.33.*

Vocauit Ioſue Rubenitas & Gadditas, & dimidiani tribuum Manaſſem, dixitque ad eos:Feciſtis omnia quæ vobis præcepit Moyſes,Benedixitque eis,&c. *Ioſue 22.*

In cantico pro victoria habita de Siſara dicitur: Benedicta inter mulieres Iahel vxor Abel Cinæi, & benedicatur in tabernaculo ſuo. *Iud.5.*

Noëmi videns Ruth nurum ſuã à Booz fuiſſe honoratam, dixit: Benedictus ſit à Domino,quoniam eandem gratiam quam præbuerat viuis,ſeruauit mortuis. *Ruth.2.*

Commendauerat Booz Ruth, quæ ad Deum Iſrael confugerat,& ait: Benedicta es à Domino filia,quia priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti. *Ruth.3.*

1.*Reg.*1. Heli benedixit Elcanæ & vxori eius, dixítque ei: Reddat tibi Dominus ſemen de muliere hac, pro fœnore quod cõmodaſti Domino.

1.*Reg.*23 Nunciauerunt Ziphæi Sauli quòd Dauid latitaret apud eos, Dixítque Saul, Benedicti vos à Domino, quia doluiſtis vicem meam.

2.*Reg.*2. Nunciatum eſt Dauid quòd viri Iabes Galaad ſepeliſſent Saul, dixítque ad eos, Benedicti vos à Domino, qui feciſtis hanc miſericordiam cum Domino veſtro Saul, & ſepeliſtis.

3.*Reg.*8. Conuertit rex Salomon faciem ſuam, & benedixit omni Eccleſiæ Iſrael: omnis autem eccleſia Iſrael ſtabat.

1.*Par.*16 Cùm compleſſet Dauid offerens holocauſta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini & diuiſit vniuerſis per ſingulos à viro vſque ad mulierem tortam panis.

*Tob.*7. Apprehendens Raguel dexteram filiæ ſuæ dexteræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham, Iſaac, & Iacob, vobiſcum ſit, & ipſe coniungat vos, impleátque benedictionem ſuam in vobis. Oſculatus eſt Tobiam, & plorans ſuper collum eius, dixit: Benedictio tibi ſit fili mi quia boni & optimi viri filius es.

Gab

Gabellus ingreſſus domũ inuenit To- *Tob.9.*
am,& fleuit,dicens Benedicat te Domi-
ıs Iſrael, quia filius es viri optimi & iuſti
mentis Deum.

Ozias princeps populi Iſrael, dixit ad *Iudith.13*
ıdith: Benedictus es tu filia à Domino
eo excelſo præ omnibus mulieribus ſu-
er terram: & poſtea vniuerſi presbyteri,
mnes vna voce dicentes:Tu gloria Ieru- *Iudith.15*
lem,tu lætitia Iſrael,&c.

Factum eſt cùm audiret ſalutationem *Luc.1.*
lariæ Elizabeth exclamauit, & dixit:Be-
edicta tu inter mulieres,&c.

De maledictione qua homo homini maledicit. CAP. IX.

PRimus inter homines Noë legitur *Gene.9.*
maledixiſſe Chanaam nepoti ſuo pro
o quòd Cham pater eius nuditatē ipſius
loë cæteris fratribus nuntiauit,cùm ma-
is eam tegere debuiſſet.

Inter verba benedictionis quæ dedit *Gene.27.*
aac Iacob filio ſuo, Qui maledixerit tibi
t illle maledictus.

De Simeon & Leui dixit Iacob patri *Gene.49.*
orum:Maledictus furor eorum,quia per-
nax:& indignatio eorum,quia dura.

Qui maledixerit patri,aut matri, morte *Leui.20.*
ıoriatur.

Balach miſit nuncios ad Balaam vt ve- *Num.22.*
niret

niret & malediceret populo Iſrael: audierat enim quòd maledictus erat, in quem maledictio deueniſſet.

Deut.27. Multas maledictiones ponit Moyſes in eos, qui trāſgrederentur tradita illis diuina mandata.

Ioſue 6. Diruta ciuitate Iericho imprecatus eſt Ioſue, dicēs: Maledictus vir corā Domino, qui ſuſcitauerit & ædificauerit Iericho.

Iudic.9. Sichimitæ inter epulas, & pocula maledicebant Abimelech.

1.Reg.17 Goliath Philiſtæus maledixit Dauid in diis ſuis.

1.Reg.14. Saul volens perſequi Philiſtæos adiurauit populum dicēs: Maledictus vir qui comederit panem vſque ad veſperam, donec vlſciſcar de inimicis.

2.Reg.16 Semel procedebat egrediens & maledicebat, mittebátque lapides contra Dauid, & dicebat, Egredere vir ſanguinum, & vir Belial.

4.Reg.2. Eliſeus maledixit pueris illudentibus ei, & dicentibus: Aſcende calue, aſcende. Et lacerati ſunt quadraginta duo pueri, à duobus Vrſis.

2.Ma.10 Cùm Iudas Machabæus obſideret quoddam præſidium, illi qui intus erant, ſupra modum maledicebant, & ſermones nephandos iactabant.

Phar

Phariſæi maledixerunt cæco nato, per Ioan.9.
ominum Ieſum illuminato, & dixerunt:
u diſcipulus illius ſis.

Arguebant Iudæi Paulũ, dicentes: Sum- Act.23.
o ſacerdoti Dei maledicis? Sed ille excu-
ſſit ſe & dixit, Neſciebam fratres, quòd
inceps eſſet.

De ſeueritate Dei erga delinquentes.

CAP. X.

Rauiter puniuit Deus peccatum pri- Gene.3.
morum parentum, quod ipſi crede-
nt veniale, nec ita durè puniendum
re.

Neque Cain peccatum diſſimulauit Do- Gene.4.
inus, ſed damnationis ſententiam in eum
eferens, ait: Nunc igitur maledictus eris
per terram. Cúmq; operatus fueris eam,
n dabit tibi fructus ſuos, vagus & pro-
gus ſuper terram eris.

Originali item mundo Deus non peper- Gen.7.
, ſed ipſum penè totum diluuij inunda-
one deleuit.

Quinq; ciuitates propter peccatũ Sodo- Gen.19.
ticum fœtente ignis cõflagratione con-
nptæ ſunt per angelos à Deo miſſos.

Ægyptij perſequentes filios Iſraël, ſub- Exod.14.
erſi ſunt iubente Deo, quaſi plumbum in & 15.
uis vehementibus.

Quia populus Amalech voluit impedire Exod.17.
filios

filios Iſraël euntes in terram promiſſionis, dixit Dominus ad Moyſen, Delebo memoriam Amalech de ſub cœlo.

Exod. 32 Propter vitulum quem adorauerunt populi, ceciderunt vna die quaſi tria millia hominum.

Leui. 10. Num. 3. & 26. Egreſſus eſt ignis à Domino, & deuorauit Nadab & Abiu filios Aaron, quia arreptis thuribulis, ignem alienum & incenſum deſuper poſuerunt, & coram Domino obtulerunt.

Leui. 24. Iuſſit Dominus, puerũ blaſphemum extra caſtra educi, & ab vniuerſo populo lapidari. Cùm ortum eſſet murmur populi Iſrael quaſi dolentium præ labore contra Dominum, accenſus in eos ignis Domini deuorauit extremam partem caſtrorum.

Num. 11. Ac poſtea cùm manna faſtidirent, carnibus quas miſerat Dominus videntibus filiis Iſrael adhuc exiſtentibus in dentibus eorum, percuſſit Dominus populum plaga magna nimis, vt exponunt, propter ingluuiem, & voracitatem, &c.

Num. 12. Percuſſit Dominus Mariam lepra, quia locuta eſt contra Moyſen.

Nu. 14. & 26. De ſexcentis millibus virorum & mille ſeptingẽtis triginta qui numerati ſunt, nullus intrauit terram promiſſionis propter eorum murmur, præter Caleb & Ioſue ſicut

;ut minatus eſt Dominus.

Ligna colligens in ſabbatho fuit præ- *Num.15.*
:epto Domini lapidatus.

Terribili morte occidit dominus Chore *Num.16.*
& complices eius, terra eos deglutiente, eo
quòd ſtetiſſent cõtra Moyſen & Aaron: ac
paulò poſt conſumptis ducentis quinqua-
ginta viris qui pro eis offerebant incẽſum,
:iiij. millia & ſeptingentos homines qui
murmurauerunt aduerſus Moyſem & Aa-
on ignis de cœlo combuſſit.

Hæſitantem ad aquas contradictionis *Num.20.*
Moyſen, dominus durè increpans puniuit:
ùm tamen vſque tunc, tam ſanctè & fide-
ter ſe geſsiſſet, ſupple, tam ad Deũ quàm
d populũ: dixit enim ad ipſum & Aaron:
Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificare-
s me coram filiis Iſrael, non introducetis
os populos in terram, &c.

Miſit Dñs ſerpentes ignitos in populum *Num.21.*
uia tæduerit eos itineris & laboris, & di-
:erunt: Cur eduxiſti nos de Ægypto, &c.

Achan filius Charmi cum tota ſupelle- *Ioſue 7.*
:ile ſua periit quia abſtulerat de anathe-
iate Iericho.

Pro peccato in vxore Leuitæ commiſſo *Iudic.20.*
)ta tribus Beniamin, exceptis 60. homi-
ibus fuit à Domino iubente, deleta.

Heli peccantes filios corripuit, ſed le- *1.Reg.2.*

uiter,

uiter, propter quod ipſe in eis & cum eis punitus fuit. Quid ergo de illis, qui filios ſuos non corripiunt, ſed incitant ad malum verbis & exemplis.

1.Reg.13. & 15. Quia Saul obtulit holocauſtum contra mandatum Samuelis, reprobatus fuit. Et quia regem Agag, Amalech, & greges ouium reſeruauerat.

2.Reg.21 Itē propter peccatū Saul & domus eius quia occidit iniuſtè Gabaonitas, facta eſt fames in terra & puniti ſunt homines de domo eius etiam poſt illius mortem.

2.Reg. 6. & 13. Adducente Dauid arcam Domini ſuper plauſtrum, Oza tenuit eam ne caderet, quia bos laſciuiens inclinauerat eā, & percuſſit eum Dominus ſuper temeritate, & mortuus eſt ibi.

1.Par.13 Rationem aſſignant vel quia irreuerenter nudam tetigit arcam, vel quia iumentis vehi fecit, quæ hominum portari debuerat humeris.

2.Reg.24. Septuaginta millia hominū peſte mortui ſunt propter elationem Dauid, quando fecit populum numerari.

3.Reg.13. Vir Dei, qui venit de Iuda, & nunciauit Ieroboam ſucceſſionem officiorum ſacerdotum eius, occiſus fuit à leone, eo quòd contra imperium Domini comedit panem in domo cuiuſdam Prophetæ.

Qua

Quadraginta duo pueri à duobus vrſis 4.Reg.2.
: lacerati, pro eo quòd illuſerant Eli-
,dicentes: Aſcende calue.

i tam grauiter punitũ fuit Giezi pueri 4.Reg.5.
æi peccatum, qui cum poſteris lepra
:uſſus fuit, eo quòd clam domino ſuo
:pit munera à Naaman, à lepra per
æum curato, ſatis ei voluntariè data,
d erit de illis, qui accipiũt multa frau-
:nter exacta, vel violenter extorta?

)zias rex Iuda cepit thuribulum, & 1.Par.26
re ſacerdotum voluit adolere incen-
,ſtatimque eſt orta lepra in fronte.

Quia Ezechias oſtendit theſauros ſuos 4.Reg.20
.tiis regis Babylonis, amiſit eos: cùm
.en illi de terra longinqua veniſſent,
videbatur quòd lætanter accipi de-
ſſent.

opulum peculiarem & dilectum tra- 4.Re.24.
it dominus in manus Nabuchodono- & 25.
qui totam gentem crudeliter capti- Iere. 39.
it, ſanctam ciuitatem combuſſit, & & 52.
iplum deſtruxit.

'ro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, Eſa.3.
erit pro ſuaui odore fœtor, pulcherri-
quoque viri tui gladio cadent, & for-
tui in prælio.

Reges Babylonis filios Iſrael crude- Eſa. 14.
r tractauerunt, poſtea etiam ipſi cum Ier.30.

inclita ciuitate ſua fuerunt deſtructi ſicut minatur Dominus.

2.*Mac.*3 Heliodorus fuit grauiter flagellatus, eo quòd viduarum & pupillorum depoſita voluit aſportare.

2.*Mac.*9 Antiochus rex fuit tam graui plaga percuſſus, vt de corpore impij, vermes ſcaturirent, odore etiam illius ac fœtore, exercitus grauaretur.

*Mat.*18. Seruus nequam qui noluit dimittere conſeruo centum denarios, dominus iratus, tradidit tortoribus quoad vſque redderet vniuerſum debitum.

*Mat.*25. Inutilem ſeruum, qui traditum ſibi non ſtuduit multiplicare talentum, præcepit dominus illo quod habuerat ſpoliari, & in tenebras exteriores eiici.

*Act.*5. Fraus illa, quam commiſit Ananias conſcia Sapphyra vxore ſua, graui fuit vitione punita.

Act. 12. Herodes veſtitus veſte regali, ſedebat pro tribunali, populus ante acclamabat, Dei voces & non hominis. Confeſtim ergo percuſſit eum angelus, eo quòd non dediſſet honorem Deo, & conſumptus à vermibus expirauit.

Aug. 15. *de ciuit. Dei c.* 25

De ira & furore Dei. CAP. XI.

ATtendite quòd ſecundùm Aug. Ira Dei, non perturbatio animi eius eſt, ſed

iudicium, quo irrogatur pœna pec-
), cogitatio verò eius, & recogitatio
:andarum rerum, eſt immutabilis ra-
Neque enim, videlicet, ſicut homi-
ı iratum, ita Deum facti ſui pœnitet,
ıs eſt de omnibus omnino rebus tam
ſententia, quàm certa præſcientia.
ſi non vtatur ſcriptura talibus ver-
non ſe quodammodo familiarius in-
ıt omni generi hominum, quibus vult
conſultum, vt & perterreat ſuperbiē-
& excitet negligentes, & exerceat
entes, & alat intelligentes, quòd non
et, ſi non ſe prius inclinaret & quo-
nodo deſcenderet ad iacentes.
uod Moyſes ducatum populi reci- *Exod. 4.*
, iubente Domino, multoties recuſa-
atus eſt Dominus in Moyſen.
ıtus eſt Dominus in Ægyptios, qui *Exod. 14.*
uerunt & afflixerunt populū ſuum, *& 15.*
:dem voluerunt perſequi receden-
:quitur, Miſiſti iram tuam.
yſes orabat Dominum, dicens: Cur *Exod. 32*
:ne, iraſcitur furor tuus contra po-
ı tuum: Videlicet propter vitulum
ıtilem cui obtulerat holocauſta.
:grauit populus deſiderio carnium *Num. 11.*
ſ & flens ſequitur, Iratus eſt furor
ni valde,

1.*Reg.*1. Heli benedixit Elcanæ & vxori eius, dixítque ei: Reddat tibi Dominus ſemen de muliere hac, pro fœnore quod cõmodaſti Domino.

1.*Reg.*23 Nunciauerunt Ziphæi Sauli quòd Dauid latitaret apud eos, Dixítque Saul, Benedicti vos à Domino, quia doluiſtis vicem meam.

2.*Reg.*2. Nunciatum eſt Dauid quòd viri Iabes Galaad ſepeliſſent Saul, dixítque ad eos, Benedicti vos à Domino, qui feciſtis hanc miſericordiam cum Domino veſtro Saul, & ſepeliſtis.

3.*Reg.*8. Conuertit rex Salomon faciem ſuam, & benedixit omni Eccleſiæ Iſrael: omnis autem eccleſia Iſrael ſtabat.

1.*Par.*16 Cùm compleſſet Dauid offerens holocauſta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini & diuiſit vniuerſis per ſingulos à viro vſque ad mulierem tortam panis.

*Tob.*7. Apprehendens Raguel dexteram filiæ ſuæ dexteræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham, Iſaac, & Iacob, vobiſcum ſit, & ipſe coniungat vos, impleátque benedictionem ſuam in vobis. Oſculatus eſt Tobiam, & plorans ſuper collum eius, dixit: Benedictio tibi ſit fili mi quia boni & optimi viri filius es.

Gab

abellus ingreſſus domũ inuenit To- *Tob.9.*
i,& fleuit,dicens Benedicat te Domi-
. Iſrael, quia filius es viri optimi & iuſti
ntis Deum.
Ozias princeps populi Iſrael, dixit ad *Iudith.13*
th: Benedictus es tu filia à Domino
excelſo præ omnibus mulieribus ſu-
terram: & poſtea vniuerſi presbyteri,
nes vna voce dicentes:Tu gloria Ieru- *Iudith.15*
m,tu lætitia Iſrael,&c.
actum eſt cùm audiret ſalutationem *Luc.1.*
iæ Elizabeth exclamauit, & dixit:Be-
icta tu inter mulieres,&c.

De maledictione qua homo homini maledicit. CAP. IX.

Rimus inter homines Noë legitur *Gene.9.*
malediXiſſe Chanaam nepoti ſuo pro
quòd Cham pater eius nuditatẽ ipſius
ẽ cæteris fratribus nuntiauit,cùm ma-
eam tegere debuiſſet.
nter verba benedictionis quæ dedit *Gene.27.*
ac Iacob filio ſuo, Qui maledixerit tibi
Ille maledictus.
De Simeon & Leui dixit Iacob patri *Gene.49.*
um:Maledictus furor eorum,quia per-
ax:& indignatio eorum,quia dura.
Qui maledixerit patri,aut matri, morte *Leui.20.*
riatur.
Balach miſit nuncios ad Balaam vt ve- *Num.22.*
niret

niret & malediceret populo Iſrael: audierat enim quòd maledictus erat, in quem maledictio deueniſſet.

Deut.27. Multas maledictiones ponit Moyſes in eos, qui trāſgrederentur tradita illis diuina mandata.

Ioſue 6. Diruta ciuitate Iericho imprecatus eſt Ioſue, dicēs: Maledictus vir corā Domino, qui ſuſcitauerit & ædificauerit Iericho.

Iudic.9. Sichimitæ inter epulas, & pocula maledicebant Abimelech.

1.Reg.17 Goliath Philiſtæus maledixit Dauid in diis ſuis.

1.Reg.14. Saul volens perſequi Philiſtæos adiurauit populum dicēs: Maledictus vir qui comederit panem vſque ad veſperam, donec vlſciſcar de inimicis.

2.Reg.16 Semel procedebat egrediens & maledicebat, mittebátque lapides contra Dauid, & dicebat, Egredere vir ſanguinum, & vir Belial.

4.Reg.2. Eliſeus maledixit pueris illudentibus ei, & dicentibus: Aſcende calue, aſcende. Et lacerati ſunt quadraginta duo pueri, à duobus Vrſis.

2.Ma.10 Cùm Iudas Machabæus obſideret quoddam præſidium, illi qui intus erant, ſupra modum maledicebant, & ſermones nephandos iactabant.

Phar

Phariſæi maledixerunt cæco nato, per *Ioan.9.*
ominum Ieſum illuminato, & dixerunt:
a diſcipulus illius ſis.

Arguebant Iudæi Paulũ, dicentes: Sum- *Act.23.*
o ſacerdoti Dei maledicis? Sed ille excu-
ſit ſe & dixit, Neſciebam fratres, quòd
inceps eſſet.

De ſeueritate Dei erga delinquentes.

CAP. X.

Rauiter puniuit Deus peccatum pri- *Gene.3.*
morum parentum, quod ipſi crede-
nt veniale, nec ita durè puniendum
e.

Neque Cain peccatum diſſimulauit Do- *Gene.4.*
nus, ſed damnationis ſententiam in eum
ferens, ait: Nunc igitur maledictus eris
er terram. Cúmq; operatus fueris eam,
n dabit tibi fructus ſuos, vagus & pro-
gus ſuper terram eris.

Originali item mundo Deus non peper- *Gen.7.*
, ſed ipſum penè totum diluuij inunda-
ne deleuit.

Quinq; ciuitates propter peccatũ Sodo- *Ge.19.*
ticum fœtente ignis cõflagratione con-
nptæ ſunt per angelos à Deo miſſos.

Ægyptij perſequentes filios Iſraël, ſub- *Exod.14.*
rſi ſunt iubente Deo, quaſi plumbum in *& 15.*
is vehementibus.

Quia populus Amalech voluit impedire *Exod.17.*
filios

filios Iſraël euntes in terram promiſſionis, dixit Dominus ad Moyſen, Delebo memoriam Amalech de ſub cœlo.

Exod. 32 Propter vitulum quem adorauerunt populi, ceciderunt vna die quaſi tria millia hominum.

Leui. 10. Num. 3. & 26. Egreſſus eſt ignis à Domino, & deuorauit Nadab & Abiu filios Aaron, quia arreptis thuribulis, ignem alienum & incenſum deſuper poſuerunt, & coram Domino obtulerunt.

Leui. 24. Iuſſit Dominus, puerũ blaſphemum extra caſtra educi, & ab vniuerſo populo lapidari. Cùm ortum eſſet murmur populi Iſrael quaſi dolentium præ labore contra Dominum, accenſus in eos ignis Domini deuorauit extremam partem caſtrorum.

Num. 11. Ac poſtea cùm manna faſtidirent, carnibus quas miſerat Dominus videntibus filiis Iſrael adhuc exiſtentibus in dentibus eorum, percuſſit Dominus populum plaga magna nimis, vt exponunt, propter ingluuiem, & voracitatem, &c.

Num. 12. Percuſſit Dominus Mariam lepra, quia locuta eſt contra Moyſen.

Nu. 14. & 26. De ſexcentis millibus virorum & mille ſeptingẽtis triginta qui numerati ſunt, nullus intrauit terram promiſſionis propter eorum murmur, præter Caleb & Ioſue ſicut

t minatus eſt Dominus.

Ligna colligens in ſabbatho fuit præ- *Num.15.*
pto Domini lapidatus.

Terribili morte occidit dominus Chore *Num.16.*
complices eius, terra eos deglutiente, eo
od ſtetiſſent cõtra Moyſen & Aaron: ac
ulò poſt conſumptis ducentis quinqua-
nta viris qui pro eis offerebant incẽſum,
ij. millia & ſeptingentos homines qui
armurauerunt aduerſus Moyſem & Aa-
n ignis de cœlo combuſſit.

Hæſitantem ad aquas contradictionis *Num.20.*
oyſen, dominus durè increpans puniuit:
m tamen vſque tunc, tam ſanctè & fide-
er ſe geſsiſſet, ſupple, tam ad Deũ quàm
populũ: dixit enim ad ipſum & Aaron:
uia non credidiſtis mihi, vt ſanctificare-
me coram filiis Iſrael, non introducetis
s populos in terram, &c.

Miſit Dñs ſerpentes ignitos in populum *Num.21.*
la tæduerit eos itineris & laboris, & di-
runt: Cur eduxiſti nos de Ægypto, &c.

Achan filius Charmi cum tota ſupelle- *Ioſue 7.*
le ſua periit quia abſtulerat de anathe-
ate Iericho.

Pro peccato in vxore Leuitæ commiſſo *Iudic.20.*
ta tribus Beniamin, exceptis 60. homi-
bus fuit à Domino iubente, deleta.

Heli peccantes filios corripuit, ſed le- *1.Reg.2.*

uiter,

uiter, propter quod ipſe in eis & cum eis punitus fuit. Quid ergo de illis, qui filios ſuos non corripiunt, ſed incitant ad malum verbis & exemplis.

1.Reg.13. & 15. Quia Saul obtulit holocauſtum contra mandatum Samuelis, reprobatus fuit. Et quia regem Agag, Amalech, & greges ouium reſeruauerat.

2.Reg.21 Itẽ propter peccatũ Saul & domus eius quia occidit iniuſtè Gabaonitas, facta eſt fames in terra & puniti ſunt homines de domo eius etiam poſt illius mortem.

2.Reg. 6. & 13. Adducente Dauid arcam Domini ſuper plauſtrum, Oza tenuit eam ne caderet, quia bos laſciuiens inclinauerat eã, & percuſſit eum Dominus ſuper temeritate, & mortuus eſt ibi.

1.Par.13 Rationem aſſignant vel quia irreuerenter nudam tetigit arcam, vel quia iumentis vehi fecit, quæ hominum portari debuerat humeris.

2.Reg.14. Septuaginta millia hominũ peſte mortui ſunt propter elationem Dauid, quando fecit populum numerari.

3.Reg.13. Vir Dei, qui venit de Iuda, & nunciauit Ieroboam ſucceſſionem officiorum ſacerdotum eius, occiſus fuit à leone, eo quòd contra imperium Domini comedit panem in domo cuiuſdam Prophetæ.

Qua

Quadraginta duo pueri à duobus vrſis 4.*Reg.*2.
ıt lacerati, pro eo quòd illuſerant Eli-
ɔ,dicentes: Aſcende calue.

Si tam grauiter punitũ fuit Giezi pueri 4.*Reg.*5.
ſæi peccatum, qui cum poſteris lepra
:cuſſus fuit, eo quòd clam domino ſuo
:epit munera à Naaman, à lepra per
ſæum curato,ſatis ei voluntariè data,
id erit de illis, qui accipiũt multa frau-
lenter exacta,vel violenter extorta?

Ozias rex Iuda cepit thuribulum, & 1.*Par.*26
ɔre ſacerdotum voluit adolere incen-
n,ſtatimque eſt orta lepra in fronte.

Quia Ezechias oſtendit theſauros ſuos 4.*Reg.*20
ıtiis regis Babylonis, amiſit eos: cùm
ıen illi de terra longinqua veniſſent,
videbatur quòd lætanter accipi de-
ſſent.

ᴐopulum peculiarem & dilectum tra- 4.*Re.*24.
it dominus in manus Nabuchodono- & 25.
,qui totam gentem crudeliter capti- *Iere.* 39.
ıit, ſanctam ciuitatem combuſſit, & & 52.
ıplum deſtruxit.

ᴐro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, *Eſa.*3.
.erit pro ſuaui odore fœtor,pulcherri-
quoque viri tui gladio cadent, & for-
tui in prælio.

Reges Babylonis filios Iſrael crude- *Eſa.* 14.
r tractauerunt, poſtea etiam ipſi cum *Ier.*30.

inclita ciuitate ſua fuerunt deſtructi ſicut minatur Dominus.

2.Mac.3 Heliodorus fuit grauiter flagellatus, eo quòd viduarum & pupillorum depoſita voluit aſportare.

2.Mac.9 Antiochus rex fuit tam graui plaga percuſſus, vt de corpore impij, vermes ſcaturirent, odore etiam illius ac fœtore, exercitus grauaretur.

Mat.18. Seruus nequam qui noluit dimittere conſeruo centum denarios, dominus iratus, tradidit tortoribus quoad vſque redderet vniuerſum debitum.

Mat.25. Inutilem ſeruum, qui traditum ſibi non ſtuduit multiplicare talentum, præcepit dominus illo quod habuerat ſpoliari, & in tenebras exteriores eiici.

Act.5. Fraus illa, quam commiſit Ananias conſcia Sapphyra vxore ſua, graui fuit vltione punita.

Act.12. Herodes veſtitus veſte regali, ſedebat pro tribunali, populus ante acclamabat, Dei voces & non hominis. Confeſtim ergo percuſſit eum angelus, eo quòd non dediſſet honorem Deo, & conſumptus à vermibus expirauit.

De ira & furore Dei. CAP. XI.

Aug.15. de ciuit. Dei.c.25 ATtendite quòd ſecundùm Aug. Ira Dei, non perturbatio animi eius eſt, ſed

dicium, quo irrogatur pœna pec-
cogitatio verò eius, & recogitatio
ndarum rerum, eſt immutabilis ra-
Neque enim, videlicet, ſicut homi-
iratum, ita Deum facti ſui pœnitet,
eſt de omnibus omnino rebus tam
ententia, quàm certa præſcientia.
ſi non vtatur ſcriptura talibus ver-
on ſe quodammodo familiarius in-
t omni generi hominum, quibus vult
onſultum, vt & perterreat ſuperbiẽ-
& excitet negligentes, & exerceat
entes, & alat intelligentes, quòd non
et, ſi non ſe prius inclinaret & quo-
nodo deſcenderet ad iacentes.
uod Moyſes ducatum populi reci- *Exod. 4.*
, iubente Domino, multoties recuſa-
atus eſt Dominus in Moyſen.
atus eſt Dominus in Ægyptios, qui *Exod. 14.*
uerunt & afflixerunt populũ ſuum, *& 15.*
ndem voluerunt perſequi receden-
equitur, Miſiſti iram tuam.
oyſes orabat Dominum, dicens: Cur *Exod. 32*
ine, iraſcitur furor tuus contra po-
m tuum: Videlicet propter vitulum
latilem cui obtulerat holocauſta.
lagrauit populus deſiderio carnium *Num. 11.*
ns & flens ſequitur, Iratus eſt furor
nini valde.

Num. 16. Occiſione ſeditionis Chore, & cõplicum eius, dixerunt Moyſes & Aaron ad dominum, Fortiſsime Deus ſpirituum, num vno peccante contra omnes ira tua deſæuiet?

Eodem. Ac poſtea degluto Chore cum complicibus, ac 250. viris qui incenſum offerebant igne de cœlo conſumptis, & murmurauit omnis multitudo filiorum Iſrael contra Moyſen & Aaron, dicens? Vos interfeciſtis populum Domini. Sequitur, Egreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſæuit. Nam 14. millia hominum & ſeptingentos viros flamma percuſſit.

25. Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab. Sequitur, Iratus Dominus dixit ad Moyſen. Tolle cunctos principes populi & ſuſpende illos.

Num. 20. Propter hæſitationem ad aquas contradictionis iratus eſt Dominus contra Moyſen, ſicut ipſe dicit Deuteron. 1. Mihi iratus eſt Dominus (ſcilicet Moyſi) propter vos dixit mihi: Nec tu ingredieris illuc, ſcilicet, in terram promiſsionis.

Deut. 11. Cauete, dixit Moyſes, ne fortè decipiatur cor veſtrum, & ne recedatis à Domino, ſeruiatisque diis alienis, & adoretis eos iratusque Dominus claudat cœlum.

Ioſue. 7. Filij Iſrael præuaricati ſunt mandatum & vſurpauerunt de anathemate. Se-

qui

quitur, Iratúſque eſt contra filios Iſrael Dominus, propter peccatum Acham.

Iratus eſt Dominus contra Ozã & percuſsit eum, eo quòd tetigiſſet arcam Dei. 2.Reg.6.

Et addidit furor Domini iraſci contra Iſrael, quem cùm Dauid numerari feciſſet, peſte puniuit, ſeptuaginta millia virorum interficiens. 1.Par.21

Iratus eſt etiam Dominus Salomoni, eo quòd auerſa eſſet mens eius à Domino, propter mulieres quas amauit, quarum gratia idolis immolauit. 3.Reg.11

Iratus eſt furor Domini contra Iſrael, & tradidit eos in manu Hazaëlis regis Syriæ, & hoc propter peccatum idololatriæ: quia adorabant vitulos quos fecerat Ieroboam. 4.Reg.13

Poſt idololatriam & auguria & alia peccata diuerſa irritauerunt Dominum filij Iſrael, iratúſq; eſt Dominus vehementer Iſraeli, & abſtulit eos de cõſpectu ſuo. 4.Reg.17

Propheta Ieſu dixit Ioſaphat regi Iuda, qui venerat ad prælium cum Achab rege Iſrael: Impio præbes auxilium, & iis, qui oderunt Dominum amicitia iungeris: & idcirco iram Domini mœrebaris, ſed bona opera inuenta ſunt in te. 2.Par.19

Ioas rex Iuda & principes eius ſeruierunt lucis & ſculptilibus, & facta eſt ira 2.Pa.24

domini contra Iudã, propter peccatũ hoc.

2.Par.25 Amaſias rex Iuda, diuino fretus auxilio Iduinęos ſuperauit in bello, & attulit deos eorum, & adorauit eos, quamobrem iratus eſt dominus contra eum.

2.Pa.32 Ezechias non iuxta beneficia, quæ acceperat à domino, retribuit, quia eleuatum eſt cor eius, & facta eſt ira contra eum, & contra Ieruſalem.

2.Par.34 Magnus furor domini ſtillauit ſuper nos, eo q͡ non cuſtodierunt patres noſtri verba domini, dixit Iozias rex Iuda, auditis verbis quæ ſcripta erãt in libro legis.

1. Eſd.7. Omne q͡ ad ritũ Dei cœli pertinet tribuatur diligenter in domo Dei cœli, ne fortè iraſcatur contra regnũ regis & filiorũ eius, ita præcepit Artaxerxes gentilis.

2.Eſdr.9 Comederunt, & ſaturati ſunt, & impinguati & abundauerunt in delitiis in bonitate tua magna, prouocauerunt autem te ad iracundiam.

Iob.42. Dixit dominus ad Eliphat Themanitem: Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coram me rectum.

Ier.50. De Babylone dicitur: Ecce erit nouiſſima in gentibus & deſerta, inuia, & arens ab ira domini, non habitabitur, ſed tota redigetur in ſolitudinem.

Machabæus Iudas congregata multitudine, intolerabilis gẽtibus efficiebatur. Ita enim domini in miſericordiã verſa eſt. 2.*Mac.*8.

In parabola de ſeruo nequam, qui noluit miſereri conſeruo ſuo dicitur: Iratus dominus eius tradidit eum tortoribus. *Mat.*18.

Contra illos, qui ſe excuſauerunt ne irent ad cœnam, dicitur: Tunc iratus pater familiâs dixit ſeruo, &c. *Luc.*12.

Qui credit in filium Dei, habet vitam æternã, qui verò incredulus eſt filio, non videbit vitã, ſed ira Dei manet ſuper eũ. *Ioan.*3.

Multum timenda eſt ira quæ oſtendetur in die iudicij. De qua Apocal. Reges terræ & principes, &c. ſequitur, dicent montibus & petris, Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis in throno, & ab ira Agni. *Apoc.*6.

Quòd Deus plus attendat ad operantis intentionem, quam ad opus. CAP. XII.

CAin obtulit de fructibus terræ munera domino. Abel quoque obtulit de gregibus ſuis. Sequitur, Reſpexit dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain verò & ad munera illius non reſpexit. *Gene.*4.

Promiſſo Abrahæ filio de Sara naſcituro, riſit Abraham, riſit & Sara: riſus autem Saræ fuit reprehenſus à domino, Abrahæ non. *Gen.*17. & 18.

Exod. 7. Cùm facerent mirabilia quædam coram Pharaone Moyſes & Aaron, legitur quòd fecerint ſimiliter malefici Ægyptiorum incantationibus ſuis.

Num. 16 Talia thuribula habuerunt Chore & omnis congregatio eius, ſicut Aaron, & fortè de æquè bono vel meliore metallo, verum Deus non æqualiter acceptauit incenſionē eorum cùm ad hunc reſpexerit, illos verò igne de cœlo conſumpſerit.

1. Reg. 6. Eleuantes oculos Bethſamitæ viderunt arcam domini & gauiſi ſunt, & obtulerunt Domino holocauſtum: quamuis autem bonum opus facere viderentur, percuſſit eos Dominus graui plaga, eo quòd viderunt arcam, quam videri non debebant ita irreuerenter.

1. Reg. 19 Saul quando fuit inter prophetas, expoliauit ſe, & prophetare cœpit, ſed parum ei profuit.

2. Reg. 6. Oza extendens manum tenuit arcam

1. Par. 13 ne caderet, qui ſtatim percuſſus à Domino, mortuus eſt.

2. Pa. 26. Licet offerre incenſum Domino ſit bonum, non tamen competit omni homini. Vnde Ozias rex Iuda percuſſus eſt lepra à Domino, eo quòd ipſe voluit incenſum thymiamatis adolere.

Eſa. 1. Reprobat dominus per Eſaiam oblationes

tiones quas offerre inſtituit, & hoc propter offerentium prauitates. Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum? dicit Dominus: ſequitur, Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.

Prætulit Dominus oblationem viduæ quæ poſuit duo æra minuta in Gazophilacium, muneribus diuitum. *Luc. 21.*

Herodes cupiebat videre Ieſum, & viſo eo gauiſus eſt valde, ſed nullum fructum aſſequutus eſt inde, quia curioſitas, vel vanitas erat in cauſa, non pietas, vel charitas. Vide infrà in cap. de recta intentione habenda, quæ & huic conueniunt. *Leuit. 23.*

Quòd Deus interdum probat homines, ſiue de tentatione Dei qua tentat vel tentari permittit homines. CAP. XIII.

TEntauit Deus Abraham & dixit ad eum, Tolle filium tuum. *Gene. 22.*

Dixit Dominus ad Moyſen: Ecce ego pluam vobis panes de cœlo: egrediatur populus, &c. ſequitur, Vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea vel non. *Exod. 16.*

Loquente Domino cum Moyſe cunctus populus audiebat voces & lampades, & ſonitum buccinæ, montémq; fumigantem & perterriti ac pauore percuſſi dixerunt Moyſi, Loquere tu nobis, &c. & ait Moyſes: Nolite timere, vt enim *Exod. 26*

probaret vos venit Deus, vt terror illius eſſet in vobis & non peccaretis.

Iudic.2. Non deleuit dñs penitus gentes omnes de terra promiſſionis, vt in ipſis experiretur Iſrael, verũ cuſtodiret eius mandata.

4.Reg.10 *5.Pa.32.* Dereliquit dominus Ezechiam vt tentaretur, & nota fierent omnia, quæ erant in corde eius, quando venerant nuntij regis Babylonis ad eum.

Tob.2. Poſtquam Tobias fuerat excæcatus, dicitur ibi: Hanc autem tentationem ideo Deus fieri permiſit, vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius.

Iudith.18 Dixit Iudith, loquens de filiis Iſrael quos illo tempore Holofernes deſtruere cogitabat. Memores eſſe deberent quia tentati ſunt patres noſtri, vt probarentur, ſi verè colerent Deum.

Iob.23. Propter grauiſſimas tribulationes, quas paſſus eſt Iob, ipſe dicebat de ſeipſo: probauit me quaſi aurum, &c.

Pſal.25. *& 118.* Petebat Dauid à Domino, dicens: Proba me domine & tenta me, vre, &c.

Mat. 14. Ambulans dominus Ieſus ſuper aquas iuſſit Petrum venire ad ſe. Videns autem ventum validum, timuit.

Ioan.6. Dixit Dominus ad Philippum: Vnde ememus panes, vt hi manducent? hoc autem dicebat tentans eum,

Omne

Omne gaudium exiſtimate fratres, cùm in varias tentationes, &c. *Iacob.1.*

Petrus ait, Modicum nunc ſi oportet contriſtari in varijs tentationibus, vt probatio veſtræ fidei multo prætioſior ſit auro, quod perit, per ignem autem probatur, inueniatur in laudē, & gloriam, & honorem in reuelationem Ieſu Chriſti, &c. *1. Pet.1.*

Idem. Si exprobamini in nomine Chriſti, beati eritis. *1. Pet.4.*

Quòd homo non debet tentare Deum, ſeu de tentatione qua homo tentat Deum.

CAP. XIIII.

ABraham ingrediens Ægyptum prudenter tacuit Saram eſſe vxorem ſuam, ne ſi hoc dixiſſet, ſeipſum & illam diſcrimini commiſiſſet. *Gene.1. & 20.*

Et Iſaac ſimiliter: niſi autem ſic feciſſet, Dominum quodammodo tentaſſet, vt dicit Auguſtinus. *Gen.26.*

Multoties tentauerunt Dominum filij Iſrael in deſerto. Pſal.77.94.105. *Exod.17 Num. 11. & 14.*

Superati in bello filij Iſrael à Philiſtæis dixerunt, Quare percuſſit nos Deus coram Philiſtim? & duxerunt ſecum arcam Domini ad prælium, quæ capta fuit, & illi magna plaga percuſſi. *1.Reg.4.*

Sciebat Dauid ſe eſſe vnctum in regem, & quòd deberet regnare poſt Saul, *1.Reg.22*

iuxta id, quod promiſerat Samuel, non tamen committebat ſe diſcrimini tentans Deum, ſed faciebat ad ſui cuſtodiam quod poterat.

Tob.6. Cùm magnus piſcis inuaſiſſet Tobiam, non expectauit quòd Angelus eum liberaret, qui tamen velociter hoc facere potuiſſet: ſed apprehendit branchiam eius, & traxit eum in ſiccum.

Iudith.8. Ozias ſtatuit cum populo, vt tranſactis quinque diebus, niſi veniret adiutorium, traderent ſe Holoferni. Dixit autē Iudith presbyteris ciuitatis: Et qui eſtis vos qui tentatis Dominum? Non eſt iſte ſermo, qui miſericordiam prouocet.

Mat.4. *Luc.4.* Tentatus Dominus à diabolo, vt ipſe ſe de pinnaculo Templi præcipitaret, reſpondit: Non tentabis Dominum Deum tuum: poterat enim aliter deſcendere.

Matt.21. Phariſæi volentes capere Ieſum in ſermone, fecerunt ab eo quęri, vtrum liceret dare tributa Cæſari ān non. Cognita Ieſus nequitia, ait: Quid me tentatis, &c.

Luc.11. Cùm eieciſſet dæmonium dominus, & loqueretur mutus, quidam tentantes, ſignum de cœlo quærebant ab eo.

Act.5. Durè increpando dixit Petrus Saphyræ vxori Ananiæ: Quid conſpiraſtis inter vos vt tentaretis ſpiritum domini?

De

De re, quam Paulus potuit per humanam induſtriam facere nolebat miracula expectare. Vnde apud Damaſcum cum inſidiarentur ei Iudæi, fecit ſe per murum in ſporta dimitti. *Act. 9.*

Item cùm aſtrictum loris vellet tribunus eum facere torqueri, dixit ſe eſſe ciuem Romanum, rurſum dixit ſe eſſe Phariſæum, vt poneret diſſentionem inter Iudæos, & cum haberet iniquum iudicem, Cæſarem appellauit. *Act. 22. 23. & 25*

De voto. CAP. XV.

IAcob vadens ad domum Laban auunculi ſui poſt oſtenſam ſibi à domino viſionem, vouit votum, dicens. Si fuerit dominus mecum. *Gen. 28.*

Rex Arad pugnauit cõtra Iſrael & victor exiſtens tulit ex eo prędam. At Iſrael voto ſe obligauit domino, & poſtea vicit eum. *Num. 21.*

Pugnaturus Iephthe, contra filios Amon votum vouit domino, dicens. Si tradideris filios Amon in manus meas, quicunque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ mihiq́ue occurrerit, eum holocauſtum offeram domino. Vnde poſtea flens filiam quæ prima ei occurrit immolare coactus eſt. *Iudith. 11*

Orauit Anna dominum flens largiter & votũ vouit, dicẽs: Dñe exercituũ, ſi dederis *1. Reg. 15*

ris mihi ſexũ virilem, dabo eum domino.
2.*Reg*.15 Abſalon volens rebellare patri ſuo Dauid, dixit ad Dauid: Vadam & reddam vota mea quæ voui domino in Hebron. Vouens vouit ſeruus tuus, cùm eſſet in Heſſur Syriæ, dicens. Si reduxerit me dominus in Ieruſalem ſacrificabo domino.
2.*Pa*.29 Lætatus eſt populus, cùm vota ſponte promitteret, quia corde puro offerebant ea domino, ſed & Dauid Rex lætatus eſt.
2.*Par*.15 Aſa Rex Iuda, ea quæ vouerat pater ſuus obtulit in domum dñi, argentum, aurum, vaſorumque diuerſam ſupellectilem.
2.*Par*.31 Filij Iſrael & Iuda obtulerunt decimas, quas vouerant domino.
3.*Eſd*.8. Rex Artaxerxes præcepit Eſdræ & populo, vt ferrent munera domino Deo Iſrael quæ vouerat.
Iudich. 6. Omnis populus poſt victoriam, venit in Ieruſalem adorare dominũ, & obtulerunt oẽs holocauſta, vota & promiſſiones ſuas. Vota mea reddam in cõſpectu. Pſal. 21. 60. 65. 115. Votum vouit Deo Iacob. Pſal. 131. Vouete & reddite domino. Pſal. 75.
Iona 1. *&* 2. Viri qui erant in naui, vbi fuit Ionas Propheta, timuerunt timore magno, & immolauerunt hoſtias domino: & vouerunt vota. Et Ionas ait: Quæcunque voui reddam pro ſalute mea domino.

Helio

Heliodorus volens ærarium ſpoliare, & depoſita de templo auferre, fuit virtute diuina grauiter flagellatus. Deinde ſanatus per orationem Oniæ, hoſtia Deo oblata, & votis magnis promiſſis, repedauit ad regem. 2. *Mac.* 3

Poſtquam percuſſus fuit à Deo Antiochus grauiſsima & inſanabili plaga, pollicitus eſt Iudæis, templo Ieroſoly. mirabilia ſe facturum, ſed nihil ei profuit, quia non ex deuotione, ſed timore vouebat. 2. *Mac.* 9

Beata virgo Maria, virginitatē vouiſſe videtur, per hoc quod ait: Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco? *Luc.* 1.

Crudele votum & impium fecerunt illi Iudæi, qui accedentes ad principes ſacerdotum dixerunt: Deuotione deuouimus nos nihil guſtaturos donec occidamus Paulum. *Act.* 23.

De oratione. CAP. XVI.

HVmiliter & diſcretè, conſtanter & piè orauit Abraham dominum vt parceret Sodomitis. *Gen.* 18.

Pro rebus quas etiam dominus prædeſtinauit facere, interdum debemus Deum orare. Vnde Iſaac deprecatus eſt dominum pro vxore ſua ſterili, quam parituram fore diſpoſuerat dominus. *Gen.* 25.

Penſandum valde eſt, quā gratus, quām *Gen* 32.
humi

humilis, etiã importunus, in oratione fuit Iacob dicẽs: Domine minor ſum cunctis miſerationibus tuis. Poſtea quomodo ipſe ſe ab vxoribus, & tota familia ſequeſtrauit & ſolus de nocte remanſit. Ibid.

Exo.7.8. 9.& 10. Orauit multoties dominum Moyſes vt amoueret plagas de Ægypto & exaudiebatur, licet illi mali eſſent.

Exod.14 Oratio mentalis clamat in aures Dei ſicut apparet, quando dixit Moyſi, nihil loquenti, Quid clamas ad me?

Exod.17 In bello, quod habuerunt filij Iſrael contra Amalech, plus fecit Moyſes orando quàm Ioſue pugnando.

Exod.32 Poſt adorationẽ vituli, videbatur velle dominus populum delere, ſed Moyſes per orationis inſtantiam obtinuit ei veniã: & nota ibi modũ orandi. Aut, inquit, dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vitę.

Num.11. Per orationem Moyſi abſorptus eſt ignis, qui deuorauit caſtra murmurantium & dolentium pro labore.

Eodem. Petiit populus carnes in deſerto, & dominus iratus conceſſit eis. Per quod liquet, quòd non ſemper exauditio orationis ſignum eſt diuinæ dilectionis.

Num.12: Curata eſt Maria à lepra per orationem Moyſi.

Num.21. Afflictus populus ab ignitis ſerpentibus

bus dixit ad Moyſen: Ora pro nobis, orauit Moyſes pro populo.

Cùm eſſet Anna amaro animo, orauit Dominum flens largiter, & votum vouit, loquebatur autem in corde ſuo, & vox penitus non audiebatur. 1. *Reg.* 1.

Pugnaturi filij Iſrael contra Philiſtæos dixerunt Samueli: Ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominum, vt ſaluet nos de manu Philiſtinorum. Qui clamauit ad Dominum, & exauditus eſt. 1. *Reg.* 7.

Diſplicuit Samueli: quòd filij Iſraël peterent ſibi regem: tamen orauit ad Dominum. Qui dixit ei: Audi vocem populi tui in omnibus quæ loquuntur tibi. 1. *Reg.* 8.

Dixit Samuel ad populum: Abſit à me hoc peccatum vt ceſſem orare pro vobis 1. *Reg.* 12

Dauid dixit ſe inueniſſe cor ſuum, vt oraret Dominum. 2. *Reg.* 12.

Deprecatus eſt Dñm Dauid pro paruulo & ieiunauit, & ingreſſus ſeorſum, iacuit ſuper terram, bonus fuit modus orandi, ſed tunc Dauid non fuit dignus exaudiri. 3. *Reg.* 7.

Orans Elias pro pluuia dixit puero ſuo vt proſpiceret contra mare, vnde ſperabat nubem conſurgere pluuioſam, ſed vſque ad ſeptem vices nihil penitus apparebat. Septima autem vice apparuit nubecula & data eſt pluuia, in qua orationis 3. *Reg.* 8.

diuturnitas & inſtantia commendantur.

1.Reg. 20 Ioſaphat Rex Iuda timore perterritus, totum ſe contulit ad rogandum dominum, audierat enim quòd maxima multitudo gentium venerat contra eum, & exauditus fuit.

Nã vertit dominus hoſtiũ inſidias in ſeipſos qui ſe mutuis vulneribus cõfoderũt.

2.Par.33 Miro modo fuit humilis, deuota, efficaxque oratio Manaſſæ regis Iũda, ſicut patet intuenti in fine libri.

4.Reg.19 Bono vſus eſt cõſilio Ezechias auditis nuntiis regis Aſſyriorum, quando miſit ad Eſaiam Prophetam, dicens: Fac orationem pro reliquiis quæ repertæ ſunt, & ipſemet ad orandũ dominũ ſe conuertit. Et nota ibi quàm fideliter, quàm prudenter orauit, vnde audiuit eum dominus.

4.Reg.20 Conuertit Ezechias faciem ſuam ad orandum ad parietem, vt attentius orare poſſet, & orauit dominum dicens: Obſecro domine memento quæſo &c. Fleuit itaque Ezechias fletu magno, & audiuit dominus orationem eius.

1.Eſd. 8. Prudenter, & vtiliter orauit Eſdras pro recto itinere, reuerſurus in Ieruſalem. Vnde ait: Ieiunauimus & rogauimus dominum pro hoc, & euenit nobis proſperè.

Nehem.1. Nehemias quoque cum proſperè ut [illegible]

tet

ret regi bibere,orat Deum cœli. Cùm debuit ad interrogata reſpondere, orauerat valdè humiliter.

Tobias auditis duris ſermonibus vxoris, cœpit orare cum lachrymis, & exauditus eſt. *Tob.3.*

Sara filia Raguelis audita ab ancilla ſua grandi contumelia, perrexit ſuperius in cubiculum domus ſuæ,& tribus diebus in oratione perſiſtens,cum lachrymis deprecabatur dominum, vt ab illo improperio liberaret eam,quod factum eſt. *Eodem.*

Raphael Angelus monuit Tobiam iuniorem ne dæmoniū haberet poteſtatem in eum,vt cùm accepiſſet Saram vxorem, ingreſſus cubiculum per tres noctes contineret ſe ab ea,& nihil aliud faceret, niſi quod orationibus vtrique vacarent.Quod cùm feciſſent,exauditi fuerunt. *Tob.9.*

Audientes filij Iſrael potentiā Holofernis clamauerunt ad dominū.Eliachim verò ſummus ſacerdos commemorabat eis, quomodo Moyſes confidentem in virtute ſua Amalech,non ferro pugnādo,ſed precibus ſanctis,orando deiecit. Vnde occiſo à Iudith Holoferne liberati ſunt. *Iudith 4.*

Multum confidebat Iudith in orationibus aliorum, vnde proponens ire ad Holofernem, dixit presbyteris : Orate, *Iudith 8.*

vt firmum faciat conſilium meum Deus. Sequitur. Nihil aliud fiat pro me, niſi oratio ad Dominum.

Iudith 13 Similiter quando debuit amputare caput Holofernis, orauit cum lachrymis ad lectum.

Heſter 4. Heſter locutura ad regem Aſſuerum dixit Mardochæo: Congrega omnes Iudæos, quos reperies, & orate pro me. Quã verò deuotè & humiliter orauerit, poſtea habetur cap. 14. de oratione Mardochæi quomodo deprecatus eſt Dominum pro ſe & pro populo, vide cap. 13.

Iere. 11. Magnæ reputationis apud Deum erat oratio Ieremiæ, quando dicebat ei dominus, cap. 11. Noli orare pro populo hoc.

Dan. 3. Azárias ſtans in medio fornacis orauit ſic: Benedictus eſt Domine Deus patrum noſtrorum, & liberati fuerunt.

Dan. 6. Non dimiſit Daniel propter impium Darij regis decretum, quin oraret ter in die Deum ſuum genibus flexis, ſicut antè facere cõſueuerat. Ecce quàm pretioſum & vtile reputabat orare Dominum.

Dan. 9. Intelligens Daniel tempus captiuitátis eſſe completum, inſtantius orauit pro populo in captiuitate detento. Et nota quàm humiliter & feruenter orauerit.

Dan. 13. Videns Suſanna, omnem humanũ ſibi deeſſe

deeſſe conſilium, recurrit ad orationis ſuffragium, & oratio eius fuit exaudita.

Orauit Ionas ad Dominum de vtero piſcis & dixit: Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me. *Ionæ 2.*

Cùm vidiſſet Iudas, & fratres eius quòd appropinquarent hoſtes, congregatus eſt conuentus, vt eſſent parati in prælium, & vt orarent & peterent miſericordiam & miſerationes. Ac paulo poſt idem. *2. Mac. 3.*

Iudas Machabæus commiſſurus prælĩu contra Gorgian, ait: Clamemus in cœlum & miſerebitur noſtri Dominus, & congreſſi ſunt, & contritæ ſunt gentes. Item poſtea cum reliquo exercitu Lyſiæ præliaturus orauit, & dixit: Benedictus es ſaluator Iſrael, & victoria potitus eſt. *1. Mac. 4.*

In duobus autem præcipuis bellis non legitur oraſſe. Vno ſcilicet, contra regem Antiochum Eupatorem, & tunc non vicit, ſed diuertit. Altero contra Bacchidem & Alcimum, & tunc in bello cecidit. *1. Mac. 6. & 9.*

Videns Ionathas, quòd omnes (exceptis paucis) derelinquebãt eum pugnantem contra alienigenas, ſcidit veſtimenta ſua & orauit, poſtea victoriam obtinuit. *1. Mac. 11*

Iudæi in tribulatione poſiti, quæ ſuperuenit eis, orauerunt Dominũ. Sacerdotes verò ante altare, cum ſtolis ſacerdotali- *1. Mac 3.*

bus iactauerunt ſe,& inuocabant de cœlo eum, qui depoſitis legem poſuit, vt iis qui depoſuerunt,ea ſalua cuſtodiret. Vniuerſæ etiã mulieres, protenſis manibus in cœlũ deprecabantur,& auxiliũ eis affuit.

Eodem. Onias ſumus pontifex orauit, pro Heliodoro,diuina virtute grauiter flagellato,eò quòd voluerat ſpoliare templum, Dominus autem illi vitam donauit.

2.Mac.8. Iudas Machabeus,& qui cum eo erant, ſimul deprecabantur Dominum, vt eriperet eos ab impio Nicanore, &c. Et ſi non propter eos, ſed propter teſtamentũ, quod erat ad patres eorum,& propter inuocationem ſancti, & magnifici nominis eis ſuper ipſo,& ira Dei in miſericordiam conuerſa eſt.

2. Mac.9 Orabat ſceleſtus Antiochus Dominũ à quo non eſſet miſericordiã conſecuturus.

Nicanor, & qui cum eo erant cũ tubis & canticis admonebant: Iudas verò cum ſuis inuocato Deo per orationes cõgreſſi ſunt.Manu quidem pugnantes,ſed cordibus Dominum orantes, poſtrauerunt non minus xxxv. millia hominum, præſentia Dei magnificè delectati.

Matt. 6 *Luc.11.* Dominus & Saluator noſter in Euangeliis nos orare docuit verbo: Sic ergo orabitis, Pater noſter,&c. Oportet ſemper

per

per orare & nunquam deficere.

Breuem, vtilem, & humilem modũ orãdi habuit leproſus ille, qui genu flexo, adorauit Ieſum, dicens: Domine, ſi vis, potes me mundare. Qui tangens dixit, Volo mundare. Et mundus eſt. *Matt.8. Marc.1. Luc.5.*

Similem modum orandi, per modum inſinuationis, habuit Centurio, cùm dixit Domine, puer meus iacet paralyticus. Et ſanatus eſt puer ex illa hora. *Matt.8.*

Item Martha & Maria pro Lazaro iam ſepulto, quem quatriduanum ſuſcitauit Dominus. *Ioan.11.*

Etiam de eo, quòd Dominus facere propoſuit, vult per nos ipſe quandoque rogari, vnde ait: Rogate Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Statim ſequitur, Conuocatis, &c. *Matt.9. Luc.10.*

Dimiſſa turba, aſcẽdit Dominus in mõtem ſolus orare. In quo docemur, quòd dum orare volumus, turbam debemus fugere, ne turbemur. *Matt.14.*

Item animauit promiſſione. Lucæ 11. Petite & accipietis. Item, Si quid petieritis patrem in nomine meo, faciam. *Ioan.14. & 16.*

Informauit exemplo. Ipſe enim, qui poterat imperare, volebat orare. *Matt.14. Matt.1.*

Specialiter autem inſtante perſecutione paſſionis ſuæ, orauit, & orare mo- *Luc.9. Matt.16.*

Luc.22. nuit: Vigilate & orate aiebat.

Luc.7. Quando Maria Magdalena veniam obtinuit à Domino dicente: Remittuntur tibi peccata, nihil vocaliter oraſſe dicitur, ſed fleuiſſe. Vbi apparet efficacia mentalis deſiderij, etiam ſine oratione vocali.

Luc.11. Ad inſtantiam orationis Dominus nos inducit, exemplo amici ad amicum media nocte euntis.

Luc.18. Exemplo viduæ: quæ ab iniquo iudice, cum importunitate multa ſeſe vindicari petebat.

Humiliter orandum. *Luc.18.* Ad humiliter orandum & iactantiam contemnendã, inducit Dominus exẽplum de ſuperbo Phariſæo & humili Public.

Act.1. Poſt aſcenſionẽ Domini in cœlum reuerſi ſunt diſcipuli in Ieruſalem, & erant omnes perſeuerantes in oratione vnanimiter, cum mulieribus & Maria.

Act.1. Apoſtoli volentes vnum de diſcipulis eligere in apoſtolum, loco Iudæ, ſtatuerunt duos, Ioſeph & Matthiam, & orantes dixerunt. Tu Domine qui noſti omnium corda, oſtende quem elegeris.

Act.2. Omnes fideles in primitiua Eccleſia, perſeuerantes erant in doctrina Apoſtolorum, communicatione & fractione panis, & orationibus.

Act.3. Item Petrus & Ioannes aſcenderunt in

tem

templum ad horam orationis nonam.

Cùm oraſſent diſcip. vnanimiter vna voce, motus eſt locus, in quo erant cõgregati, & repleti ſunt omnes Spirituſancto & loquebantur verbum Dei in fiducia. *Act.4.*

Lapidabant Stephanum Iudæi, inuocantem & dicentem: Domine Ieſu accipe ſpiritum meum. Poſitis autem genibus clamauit voce magna dicens: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. *Act.7.*

Petrus & Ioannes orauerunt pro hominibus Samariæ, vt acciperent Spiritum ſanctum. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum. *Act.8.*

Saulus ad terram proſtratus, & ſalubriter excæcatus, poſtea ſurrexit, Et in Damaſcum veniens: orare cœpit, & fuit tribus diebus non manducans. *Act.9.*

Cornelius Centurio erat vir religioſus & timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas, & deprecans Dominum ſemper, Et per hoc diſpoſuit ſe ad fidẽ. Vnde ſequitur: Orationes tuę & eleemoſynæ aſcenderũt in memoriam, in conſpectu Dei. *Act.10.*

Aſcendit Petrus in ſuperiora domus vt oraret circa horã ſextã, vt ſcilicet poſſet orare deuotius,, à familia inferius exiſtente remotus, Petrus ſeruabatur in cor- *Act.12.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cere Herodis, oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia, ad Deum pro eo.

Act.13. & 14. Cùm dixiſſet Spiritus ſanctus, Segregate mihi Barnabam & Paulum ad opus ad quod aſſumpſi eos. Sequitur, Tunc ieiunantes & orantes, eíſque manus imponentes dimiſerunt illos, & fecerunt mirabilem fructum.

Act.16. Cùm iret Paulus ad orationem, obuiauit puellæ, quæ ſpiritum phytonem habebat, quem Paulus expulit, præcipiens ei in nomine Ieſu.

Act.20. Recedens Paulus à fratribus de Achaia, poſt paucos ſermones & pia verba, poſitis genibus, cum omnibus illis orauit. Magnus autem fletus factus eſt omnibus.

Act.22. Cùm oraſſet in templo Paulus, factus eſt in ſtuporem mentis, vidit Dominum Ieſum dicentem: Feſtina & exi velociter de Ieruſalem.

Act.28. Patre Publij febribus & diſenteria laborãtem, cùm oraſſet Paulus, & impoſuiſſet ei manus, ſanauit eum.

Sine intermiſſione orandum. *Rom.1. 1.Theſ.5.* Apoſt. Paul. orandũ eſſe ſine intermiſſione, monebat, hoc ipſumq; ſolicitus faciebat. Sine intermiſſione memoriam facio veſtri ſemper in orationibus meis.

Arduum opus orare. Adeo grande & arduum opus eſt orare, quòd ipſe Paulus ad id agendum di-

cebat

cebat ſe ſufficientem non eſſe, cùm ait: Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus, propter quod ipſe orationes aliorum frequenter & humiliter flagitabat, Fratres orate pro nobis. *Rom.8.* *2.Theſ.3.*

Petebat etiã Paulus orationes fieri pro malis amouendis, & pro bonis obtinẽdis, De primo quòd crederet ſe aliorum orationibus iuuari, dicit: Obſecro vos fratres vt adiuuetis me in orationibus veſtris ad Deum vt liberet, &c. *Orandum pro malis amouẽdis.* *Rom.15.*

Et, de tantis periculis eripuit nos Deus, & eripiet adiuuantibus vobis in oratione. De ſecundo, quòd bona obtineret per aliorum orationes optabat, ait: Orantes pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis, ad loquendum myſteriũ Chriſti. Et alio loco. Fratres orate pro nobis, vt ſermo Dei currat, &c. *2.Cor.1.* *Col.4.* *2.Theſ.3.*

Orabat Paulus pro aliis, vt eos videret & in eis fructificare poſſet. Memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis obſecrans, ſi quando proſperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. *Orandum pro aliјs.* *Rom.1.*

Et ad Titum, Sine intermiſſione habeo tui memoriam, in orationibus meis nocte ac die, deſiderans te videre. *Tit.1.*

Item pro Theſſalonicenſibus, vt Deus eos ad viam ſalutis vocaret. Oramus *2.Theſ.1.*

ſem-

ſemper pro vobis, vt vos dignos habeat iſta vocatione Dominus Deus noſter.

Phil. 1. Et pro Philippenſibus, vt ipſi de bono in melius proficerent. Hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abundet.

Coloſ. 1. Item vt plenitudinem diuinæ cognitionis haberent. Non ceſſamus pro vobis orantes & poſtulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius.

Orandum pro ſalute corporali, & eterna Apoſt. Iacobus orationem dicit valere pro obtinenda corporali ſalute. Oratio fidei, ſaluabit infirmum. Item & pro æterna, quæ eſt ſalus ſimpliciter vera. Orate *Iacob. 5.* pro inuicem vt ſaluemini, multùm enim valet deprecatio iuſti.

De fletu. CAP. XVII.

Gen. 21. FLeuit Agar longè ab Iſmaele diſcedẽs nec voluit videre puerum moriẽtem.

Gene. 23. Venit Abraham, vt plangeret Saram vxorem ſuam defunctam.

Gene. 27. Eiulatu magno fleuit Eſau, quòd benedictionem patris haberet Iacob.

Gene. 29. Eleuata voce, fleuit Iacob, poſtquam recognouerat Rachel conſobrinam ſuam.

Gene. 33. Stringens Eſau collum Iacob, & oſculans eum fleuit.

Gene. 37. Sciſſis veſtibus Iacob, indutus eſt cilicio lugens filium ſuùm multo tempore.

Gene. 42. Auertit ſe parumper & fleuit poſtquam audi

audiuit fratres ſuos, dicentes: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum.

Commota fuerunt viſcera Ioſeph ſuper frãtre ſuo Beníamin, & eruperunt lachrymæ: & introiens cubiculum fleuit. *Gene. 4 3*

Eleuauit vocem Ioſeph cum fletu, & dixit fratribus ſuis, Ego ſum Ioſeph. Item cum amplexatus recidiſſet in collũ Beniamin fleuit, & oſculatus plorauit ſuper ſingulos fratres, idẽ fleuit cum aſcẽdiſſet obuiã patri irruẽs ſuper collum eius, item ſuper patre ſuo mortuo iterũ fleuit, quem etiam fleuit Ægyptus 70. diebus. *Gene. 45. 6. & 50.*

Vulgus promiſcuum, quod aſcenderat ex Ægypto, flagrauit deſiderio carnium, ſedens & flens ait: Quis dabit nobis carnes ad veſcendum? *Num. 11.*

Vociferãs omnis turba, fleuit, murmurantes & dicentes: Vtinam mortui eſſemus in Ægypto. *Num. 14.*

Omnis multitudo videns occubuiſſe Aaron, fleuit ſuper eo tringinta diebus. *Num. 20.*

Filij Iſrael Moyſen mortuum fleuerunt triginta diebus. *Deut. 34.*

Angelus dñi venit ad locum flẽtium & improperauit filiis Iſrael beneficia quæ à Deo receperunt, & peccata quę cõmiſerunt, & leuauerũt vocem ſuã & fleuerunt. *Iudic. 2.*

Pugna

uit eum miſerabiliter mortuum.

Eliſeus videns Azaelem corã ſe, cœpit flere, propter mala, quæ ille erat facturus filiis Iſrael, cùm eſſet futurus Rex Syriæ. 4.*Reg*.8.

Fleuit Ezechias fletu magno, orans Dominum pro morte, quam ſibi imminere in proximo putabat. 4.*Reg*.20

Cùm audiſſet Ioſias Rex Iuda commi- 4.*Reg*.12
nationes ſcriptas in libro Legis Domini, propter peccata, ſcidit veſtimenta ſua & fleuit, & multum Deo placuit.

Cùm reædificabatur templum ab iis, 1.*Eſd*.3.
qui redierunt de Babylone, non poterat quiſquam agnoſcere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi.

Orante Eſdra & flente, propter cõmix- 1.*Eſd*.10.
tionem populi Gẽtilis cum Iudæis, collectus eſt ad eum cœtus grandis virorum & mulierum & fleuit populus multo fletu.

Cùm audiſſet Nehemias miſerabilem *Nehe*.1.
ſtatum ciuitatis Ierúſalem, fleuit diebus multis, & ieiunabat & orabat, ante faciem Dei cœli.

Flebat populus cũ audiret verba legis. *Nehe*.8.

Tobias manducauit panem cum luctu *Tob*.2.
& tremore, quia Corpus iugulati proximi in domo habebat, quod nocte ſepelire volebat.

Poſtea auditis ſermonibus vxoris, in- *Tob*.3.
gemuit

orans cum lachrymis, vt Deus id quod cogitabat, perficere dignaretur.

Cùm audiſſet Mardochæus iniquam ſententiam contra Iudæos prolatam, ſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco ſpargens cinerem capiti ſuo, & cum eiulatu clamans animi ſui amaritudinem oſtendebat. In omnibus quoque prouinciis, ad quas crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, vlulatus & fletus. *Heſter.4.*

Poſtquàm Aman vidit Mardochæum tam magnificè honoratum, feſtinauit ad domum ſuam lugens operto capite. *Heſter. 6.*

Sanctus Iob fleuit pro miſeriis propriis. Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Cuius fletus vehementia, apparet per hoc quòd dixerat: Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt. *Iob.30.*

Fleuit idem pro miſeriis alienis. Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Et pòſt. Mœrens incedebam, &c. *Iob.30.*

Rex & Propheta Dauid habebat de lachrymis ſuis lauacrum. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. *Pſal.6.*

Fuerunt ei alimentum & potus. Fuerunt *Pſal 14. & 79.*

Pſal.101 mihi lachrymæ panes die ac nocte.Potum nobis dabit in lachrymis in menſura. Et alibi: Poculũ meum cum fletu miſcebam. Vnde verſus vulgatus habet.Huic lachrymæ lauachrum,panis,potuſque fuerunt.

Pſal.55. Plorauit etiã Dauid vitã ſuã recolendo, Deus vitam meam annuntiaui tibi,poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo.

Pſal.94. Item orando dominum.Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam auribus percipe, & ad lachrymas meas ne ſileas. Et alibi: Ploremus coram Domino,qui fecit nos.

Pſ. 126. Item cœleſtis patriæ recordando.Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus.

Eſa.22. Videns Eſaias deſtructionem populi ſui dicebat:Recedite à me:amarè flebo. Nolite incumbere, vt conſolemini me ſuper vaſtitate filiæ populi mei.

Iere.13. Dixit Ieremias: Audite & auribus percipite.Nolite eleuari,quia Dominus locutus eſt.Sequitur,Quòd ſi hoc non audieritis, in abſcondito plorabit anima mea à facie ſuperbiæ.Plorans plorabit,&c.

Iere.9. Copioſi fletus in Iere. ipſo ſigna erant multæ lachrymæ. Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontẽ lachrymarũ?

Thren. 1. Item & multi gemitus. Idcirco ego plorans

plorans & oculus meus deducens aquam. Sequitur, Multi enim gemitus mei & cor meum mœrens.

Et clamoſi ſingultus. Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus, Sequitur, Ne auertas faciem meam à ſingultu meo & clamoribus. *Thren.3.*

Et oculorum defectus, defecerunt præ lachrymis oculi mei, & conturbata ſunt viſcera mea. *Thren.2.*

Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem deſiderabilem non comedi, & caro, & vinum, non introierunt in os meum. *Dan.10.*

Flebant amici Suſannæ, cùm viderent pesbyteros aduerſus eã teſtimonium prolaturos, & ipſa etiam flens inſpexit in cœlum: erat enim cor eius habens fiduciam. *Dan.13.*

Antiochus fecit in Ieruſalem cædem magnam hominum, & factus eſt planctus magnus in Iſrael, & omnis maritus ſumpſit lamentum, & quæ ſedebant in thoro maritali lugebant. *1.Mac.1.*

Planxit Iſrael planctu magno, pro morte Matthiæ. *1.Mac.2.*

Fleuerunt omnes de Iſrael Iudam Machabæum planctu magno dies multos, dicentes: Quomodo cecidit potens, qui ſaluum faciebat Iſrael? *1.Mac.9.*

1. *Mach.* 12.& 13 Interfecto Ionatha & duobus filiis eius cum mille viris, quos retinuerat ſibi, à Tryphone, luxit Iſrael luctu Magno.

2. *Mac.* 4. Contriſtatus eſt Antiochus propter iniquã mortem Oniæ, & flexus ad miſericordiam lachrymas fudit, & recordatus eſt defuncti ſobrietatem & modeſtiam.

Matt. 2. Occiſis bimatis pueris, per Herodem, impletum eſt, quod dictum eſt per Ieremiam prophetam: Vox in rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus, &c.

Marc. 9. Pater pueri lunatici, exclamans cum lachrymis, aiebat: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam.

Luc. 7. *Ioan.* 11. & 20. Maria Magdalena legitur ter fleuiſſe, pro peccatis ſuis ad pedes Domini. Secundò pro morte fratris. Tertiò pro paſſione Domini.

Ioan. 11. *Luc.* 19. *Heb.* 5. Saluator noſter inuenitur tribus vicibus lachrymas fudiſſe, ſuper Lazarum quem ad mortalem vitam reuocabat. Super Ieruſalem ciuitatem, quam propter peccata deſtruendam ſciebat. Et in cruce quando ſeipſum pro mundi peccatis hoſtiam offerebat, vt ait Paulus: Preces cum lachrymis & clamore valido offerens.

Luc. 22. Poſt negationem tertiã Petrus egreſſus foras, fleuit amare. Sed nota quòd Lucas præmiſit, dicẽs: Reſpexit Dominus Petrũ.

Eum

Euntem dominum ad crucem ſequebatur multa turba populi,& mulierum, quæ plangebant,& lamentabantur eum. *Luc.23.*

Cùm aduenisſet Petrus in Ioppem, circunſteterunt eum omnes viduæ flentes, & oſtendentes ei tunicas & veſtes quas faciebat illis Dorcas. *Act.9.*

Paulus apoſtolus cũ lachrymis domino ſeruiebat:ait enim cũ vale diceret fratribus: Vos ſcitis qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim, ſeruiens Domino cum humilitate & multis lachrymis. *Act.20.*

Item cũ lachrymis proximos monebat & ipſos ad lacrymas prouocabat. Per trienniũ, ait, nocte & die non ceſſaui cum multis lachrymis, monens vnũquemque veſtrum. Sequitur, Magnus fletus, &c. *Act.20.*

Item cũ lachrymis ſcribebat epiſto.ſuas ait enim. Nam ex multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi vobis, per multas lachrymas. Multi ambulant,quos ſæpe dicebam vobis,nunc autem flens dico. *2.Cor.2.* *Phil.3.*

Et ad Rom. ait: Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, tales. autem gemitus non ſolent eſſe ſine fletu. *Rom.8.*

De iuramento. CAP. XVIII.

DIxit Abimelech Abrahã,Deus tecum in vniuerſis quæ agis: iura ergo mihi. Dixitque Abraham ego iurabo. *Gen 21.*

Gen. 31. Iacob & Laban inierunt fœdus: & iurauit Iacob per timorem patris ſui Iſaac.

Exod. 1. Moyſes iurauit quòd habitaret cũ Ietro, & acciperet Sephoram filiam eius, &c.

1. *Re.*18. & 20. Pepigit Ionathas fœdus cùm Dauid in Domino, & iurauerunt ambo.

1. *Reg.*25 Audiens Dauid duritiam Nabai, ait: Hoc faciat Dominus inimicis Dauid, & addat, ſi reliquero de omnibus quæ ad eum pertinent vſq; ad mane etiam mingentem ad parietem.

2. *Reg.*19 Flente Dauid pro morte Abſalon filij ſui, dixit Ioab: Surge & procede, & alloquens ſatisfac ſeruis tuis. Iuro enim tibi per Dominum, ꝙ ſi non exieris, ne vnus quidem remanſurus ſit tecum nocte hac.

3. *Reg.*11 Dauid iurauit Bethſabee matri Salomonis quòd Salomon regnaret poſt eum.

3. *Reg.* 2. Rex Salomon audita petitione matris pro Adonia, iurauit per dominum: Hoc faciat mihi Deus, & hoc addat, quia contra animam ſuam locutus eſt verbum hoc.

3. *Reg.* 17 Dixit Elias Thesbytes ad Achab regem Iſrael, Viuit dominus Deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto, ſi erit his annis ros & pluuia, niſi iuxta os meum.

3. *Reg.*20 Benadad rex Syriæ indignatus ad reſponſionem Achab, ait: Hoc faciant mihi dij, & hoc addant, ſi ſuffecerit puluis Samariæ

mariæ pugillis oĩs populi: qui ſequitur me. *4.Reg.19*

Simile iuramentum fecerat impia Ieza-bel, quòd occideret Eliam prophetam.

Dixit Elias ad Eliſeum, Sede hîc, quia *4.Reg.1.* Dominus miſit me vſque ad Bethel, cui ait Eliſeus, Viuit Deus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te.

Nabuchodonoſor iurauit per thronum *Iudith.1.* & regnum ſuum quòd defenderet ſe.

Rex Antiochus filius Antiochi, miſit ad *1.Mac.6.* Iudæos pacem facere, & iurauit illi rex & princeps. Sequitur, Et rupit citius, &c.

Herodes Tetrarcha iurauit filiæ Hero- *Marc.6.* diadis. Quicquid petieris, dabitur tibi, licet dimidium regni.

Petrus dicentibus ſibi, Et tu ex illis es, *Matt.26.* nam & loquela manifeſtum te facit, cœpit deteſtari & iurare, quia non nouiſſet hominem.

Apoſtolus Paulus multoties legitur iu- *2.Cor.11* raſſe in epiſtolis, ſic enim ait: Deus & pater Dñi noſtri Ieſu, ſcit, quia non mentior.

Item ad Coloſſ. Teſtem Deum inuoco *Coloſſ.1.* in animam meam.

Et ad Gal. Ecce coram Dño, quòd non *Gal.1.* mentior, teſtis eſt mihi Deus, cui ſeruio.

De Sabbathi obſeruatione CAP. XIX.

OBſeruatio Sabbati originem trahit *Gen.2.* ex eo, quod dicitur: Benedixit Dñs

dici ſeptimo,& ſanctificauit illum, quia in ipſo ceſſauit ab omni opere ſuo.

Exod.16 Sexto die filij Iſrael in deſerto colligebant Manna, in duplici quantitate, vt die Sabbati vacarent ab omni opere.

Exod.20. Item in præceptis decalogi,ſolius mandati de obſeruatione Sabbathi ratio redditur. Quia minus de ratione habere apud carnales homines videbatur.

Exod.31. *Leuit.19.* *24.26.* Præceptum de obſeruatione Sabbati frequenter in lege reperitur, vt homo id diligenter obſeruet, & vt veram requiem adipiſci laboret.

Deut.5. *Num.15* Homo deprehenſus colligere ligna in Sabbatho, fuit præcepto Domini, à toto populo lapidatus.

Num.28. Die Sabbati offerebantur duo agni vltra illos qui quotidie in iugi ſacrificio offerebantur:diebus aliis vnus tantum, niſi in ſolennitatibus & calendis,ad deſignandum quòd in feſtis abundantius Deum laudare debemus.

3.Eſdr.13 Videns Nehemias homines torcularia calcantes, & onera portantes venalia in Sabbatis, obiurgauit eos, tanquam diem Sabbati prophanantes.

1.Mac.2. Gentiles ex parte Antiochi, conſtituerunt prælia in diebus Sabbatorum aduerſus quoſdã,qui fugerant de Iudæa. At illi non

non miſerunt lapidem, nec oppilauerunt loca occulta, dicentes: Moriamur omnes in ſimplicitate noſtra. De quibus eſt aduertendũ, quòd licet in hoc erga mandatum Domini deuotionem oſtenderint tamen attendentes poſteá, quòd in hoc populus Domini diſpergi poterat, cogitauerunt ſaniori conſilio, dicentes: Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello die Sabbatorum, pugnemus aduerſus eũ. Non enim dicitur opus ſeruile pugnare pro tuenda vita, vel pro lege Dei. *Eodem.*

Machabæus Iudas & ſocij ſui pugnantes contra Nicanorem & exercitum ſuum interfecerunt nouem millia hominum, cæteros autem fugere compulerunt: ſed nõ perſeuerauerunt inſequentes, eo quòd erat ante Sabbatum. *2.Mac.9*

Nicanor cogitauit cum omni impetu, die Sabbati bellum committere: ſed Iudæi qui eũ per neceſſitatẽ ſequebantur, dixerũt ei: Ne ita ferociter ac barbarè feceris, ſed honorem tribue diei ſanctificationis. 2.*Ma.*15

Diſcipulis Domini vellentibus ſpicas & manducantibus, dixerunt Phariſæi: Ecce faciunt quod non licet facere Sabbatis. At ille dixit eis: non legiſtis quod fecit Dauid? Sequitur, Dominus eſt filius hominis, etiam Sabbati. *Matt.*12.

Mat. 12. Saluator noſter legitur in Sabbatis multa feciſſe miracula, vt patet per omnia Euangelia. Cuius ratio triplex aſſignari poteſt. Vna, vt ſe dominum oſtenderet, vt ſuprà Matt. 12. Secunda, vt veram intelligentiam præcepti daret: quia non ab omni opere ceſſandum. Matth. 12. Luc. 6. An licet Sabbato bene facere an male?
Luc. 13. animam ſaluam facere, an perdere? Tertia, vt plures homines, audientes eum, & videntes, ædificaret, vt Luc. 13.

Eodem. Cùm curaſſet inclinatam mulierem, Archiſynagogus indignatus, quia curaſſet Sabbato Ieſus, dicebat turbæ: Sex dies ſunt in quibus oportet operari, in his ergo venite & curamini, & non in die Sabbati. Reſpondens Dñs Ieſus Archiſynagogo, dixit: Hypocritæ, vnuſquiſq; veſtrum Sabbato non ſoluit bouem ſuũ, aut aſinum à præſepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ qui alligauit Satanas, ecce 18. annis, nõ oportuit ſolui à vinculo iſto die Sabbati? Et cùm hæc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarij eius, & omnis populus gaudebat in vniuerſis quę glorioſè à Chriſto Ieſu fiebant.

Luc. 23. Mulieres ſanctæ, quæ parauerant aromata ad vngendum corpus Dominicum: ita diſtrictè ſeruabant Sabbatum, vt tali

die noluerint tam ſanctum corpus inungere. Vnde Sabbato quidem ſiluerunt, ſecundum præceptum.

Sabbato requieuit dominus in ſepulchro. *Ioan. 19.*

Dies Sabbati erat apta ſpecialiter & conueniens, ad audiendum verbum & legem Dei: vnde Actuum 13. dicitur, Voces Prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur. *Act. 13.*

De reuerentia Templo exhibenda.

CAP. XX.

Locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens: Facies labium æneum ad lauandum, & miſſa aqua lauabunt in eo Aaron & filij eius manus ſuas ac pedes, quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonij. *Exod. 30. & 40.*

Non licebat, niſi paucis, intrare tabernaculum, nec vaſa ipſius tangere. *Num. 4.*

Diligentior & feruētior fuit Salomon, in ædificatione templi Dei, quàm in ædificatione domus propriæ. Nam domum Dei compleuit 7. annis, domum verò propriam. 13. annis. Præterea citius cœpit ædificare templum quàm domum ſuam. *3. Reg. 6. & 7.*

Magnam fecit Salomon ſolennitatem, in dedicatione templi, quòd Dominus ſanctificauit. *3. Reg. 8. & 9.*

Præcepit Ioiada Pontifex, vt Athalia educe *4. Re. 11.*

educeretur extra templum, & non occiderunt in templo Domini.

1.*Eſdr.*1. Magnam curam videbatur dominus habere de templo, quando præcepit Cyro regi Perſarum, vt ædificaret ei domum in Ieruſalē. Et intelligitur de templo materiali, ſicut patet in text. Et hoc per Eſaiā. per 200. annos ante prædictum fuerat.
*Eſa.*45.

1.*Eſdr.*3. Reuerſi de Babylon. captiuitate Iudæi prius cœperunt ędificare templū quā muros ciuitatis. Licet multos haberent inimicos, de quibus die ac nocte timebant.

1.*Eſdr.*6. Darius Rex præcepit vt ædificaretur domus Dñi in Ieruſalē, & darentur ſumptus de arca regis, ne opus impediretur.

*Tob.*1. Commendatur Thobias, quia ibat in Ieruſalem ad templum Domini, & ibi orabat Dominum.

1.*Mac.*4. Obtenta victoria de inimicis, qui contaminauerunt templum, dixit Iudas ad fratres eius, antequàm de omnibus propriis aliquam facerent mentionem: Ecce contriti ſunt inimici noſtri, aſcendamus nunc mundare ſancta, & renouare.

1.*Mac.*10 Rex Demetrius ſtatuit, q̃ quicunque cōfugerint in templū quod eſt in Ieroſolymis, & in omnibus finibus eius obnoxij regi in omni negotio dimittantur.

1.*Mac.*15 Euntibus Iudæis ad bellum, contra Nicano

canoris exercitum, erat pro vxoribus & filiis, item pro fratribus & cognatis minor ſolicitudo: maximus verò & primus pro ſanctitate timor erat templi.

Quadrageſimo die voluit dominus in templum deferri & offerri. *Luc.2.*

Item duodecim annorum factus, diſputans in templo, fuit inuentus. *Eodem.*

Poſtea de templo, vendentes & ementes, plures eiecit. Marc.11. Luc.19. Ioan.2. *Matt.21.*

Idem in templo frequenter docuit, & miracula quædam fecit, Mat.21. Marc.11. & 12. Luc.19. & 21. Ioan.7.

Arguit dominus Phariſæos, qui dicebant, aurum templi ſanctius eſſe templo. *Matt.23.*

Recepto ſancto ſpiritu, Petrus & Ioannes aſcenderunt in templum, ad horam orationis nonam. Et tunc factum eſt primum ſanitatis miraculum, quod factum fuit poſt aſcenſionem domini. *Act.3.*

Angelus Domini per noctem aperiens ianuam carceris & abducens Apoſtolos dixit: Ite, & ſtantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius. *Act.5.*

Commendatur Eunuchus ille Candacis reginæ Æthiopũ: quia de Æthiopia venit adorare in Ieruſalẽ, Sed nota quòd etiam ſedens in curru, legebat Eſa. Prophetam. *Act.8.*

Quod eſt contra multos qui euntes ad *Ibidem.*

loca

loca ſancta, non legunt, vel referunt ſacra documenta, ſed multiplicant vana verba.

Act.21. Quamuis Iudæi, graui odio perſequerentur Paulum, tamen in templo noluerunt occidere; ſed traxerunt eum extra templum, vt foris occiderent.

De adoratione & cultu Dei. CAP. XXI.

Gen.4. FActum eſt vt offerret Cain de fructibus terræ munera domino: Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de apibus eorum. Et reſpexit dominus ad

Ibidem. munera Abel. Enos filius Seth, cœpit inuocare nomen domini.

Gen.8. Ædificauit Noë altare domino: Et tollens de cunctis pecoribus mundis & volucribus, obtulit holocauſtum: odoratúſque eſt Dominus odorem ſuauitatis.

Gen.12. Apparuit Dominus Abraham in terra Chanaan, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare domino, qui apparuit ei.

Gen.18. Cùm eleuaſſet oculos Abraham, apparuerunt ei tres viri, ſtantes prope ipſum: quos cùm vidiſſet, adorauit in terra, & dixit: Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum.

Gen.22. Paratus fuit Abraham offerre Deo vnicum filiũ ſuum Iſaac in holocauſtum: ſed domino aliter prouidente, arietẽ obtulit.

Appa

Apparuit dominus in Berſabee Iſaac, dicens:Noli timere, quia ego ſum tecum. Sequitur, Itaque ædificauit ibi altare domino & inuocato nomine domini erexit tabernaculum. *Gen.26.*

Locutus eſt Deus Iacob, dicens: Surge & aſcende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo, qui apparuit tibi, quando fugiebas Eſau fratrem tuum. Qui ædificauit ibi altare. *Gen.35.*

Audierunt filij Iſrael, quòd viſitauit eos dominus, & quòd reſpexiſſet afflictionem eorum, & proni adorauerunt. *Exod. 4.*

Poſtquam locutus eſt dominus ad Moyſen, de religione Phaſę, & percuſſione primogenitorum Ægypti. Sequitur, Incuruatus populus adorauit. *Exod.12.*

Iethrò dixit Moyſi: Eſto tu populo in his, quæ ad Deum ſunt, vt referas, quæ dicuntur ad eum, oſtendáſque populo ceremonias & ritum colendi, &c. *Exod.18*

Dixit dominus ad Moyſen: Aſcende in montem tu & Aaron, Nadab & Abihu, & 70. ſenes ex Iſrael, & adorabitis procul. Sequitur, Moyſes mane conſurgens ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Iſrael, Et poſt pauca ſequitur, Obtuleruntque victimas pacificas domino vitulos. *Exod.24*

Præ

Exod.25 Præcepit dominus ſibi fieri tabernaculum, variis vtenſilibus, & miniſtros ad miniſteria ordinari, ad cultum ipſius: vt patet in multis cap. Exod.

Exod.20. Primum præceptum decalogi eſt: Non habebis Deos alienos: Non facies tibi ſculptile: Non adorabis ea neque coles.

Deut. 5. 6. & 16. Et alibi, Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies.

Iudich.13 Angelus Domini dixit ad Manue, patrem Samſonis: Si vis holocauſtum facere, offer illud Domino. Et ita fecit.

1.*Reg.* 1. Elcana pater Samuelis, aſcendebat de ciuitate ſua, ſtatutis diebus, vt adoraret & ſacrificaret Dño Deo exercituum in Silo.

1.*Reg.*2. Erat peccatum filiorum Heli grande nimis coram Domino quòd detrahebant homines à ſacrificiis Domini, ideo Dominus male perdidit eos.

1. Reg.7. Cùm Samuel offerret Domino holocauſtũ pro populo, Philiſtiim inierunt prælium contra Iſrael. Intonuit autem Dominus fragore magno ſuper Philiſtiim, & exterruit eos, & cæſi ſunt à filiis Iſrael.

1.Par.13. vſque 25. Rex Dauid ſolicite Dei cultũ in cantoribus, & ſacerdotibus ſtuduit ampliare.

3.Reg.3. Abiit Salomõ, vt immolaret Domino in Gabaon, mille hoſtias in holocauſtum obtulit, apparuitq; ei Dominus per ſomnum.

Salo

Salomon ædificato templo ſtetit ante altare domini, in conſpectu eccleſiæ Iſrael, expandens manus ſuas in cœlum, vtrunque genu in terram fixit, & orauit. *1. Reg.* 8.

Reuerſi filij Iſrael, de captiuitate Babylonis, legerunt in volumine legis Dei ſui, quater in die, & quater in nocte confitebantur dominum Deum ſuum. *Nehem.* 9

Cùm irent omnes filij Iſrael ad vitulos aureos, Tobias fugiebat cõſortia eorum, & pergebat in Ieruſalem ad templum domini: & ibi orabat Dominum Deum. *Tob.* 1.

Cùm audiſſet Iob nunciorũ verba, dicentium ſibi perditionem rerum ſuarum, ſurrexit, & corruens in terram adorauit & dixit: Nudus egreſſus ſum de vtero, &c. *Iob.* 1.

Quamuis eſſet prohibitũ, quòd nullus aliquid peteret ab aliquo Deo vel homine, vſque ad xxx. dies, niſi à ſolo rege Dario: tamen Daniel tribus temporibus in die flectebat genua ſua in cœnaculo ſuo, & adorabat, confitebaturque coram Domino Deo ſuo. *Dan.* 6.

Magi intrantes domũ, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. Ecce miræ humilitatis deuotio. Quid ergo debent facere Chriſtiani, domino iam regnanti, ſi ſic fecerunt gentiles puero vagienti? *Matth.* 2.

Matt.8. Cùm deſcendiſſet Ieſus de monte, leproſus veniens, genu flexo, adorauit eum, dicens: Dñe, ſi vis potes me mundare.

Marc.1. Cæcus natus, procidens adorauit eum.

Ioan.9. Diſcipuli poſt reſurrectionem, domi-
Mat.28. num adorauerunt.

Act.14. Sacerdos & populus de Lyſtris videntes Paulum & Barnabam, Deos eo eſſe credentes, voluerunt ſacrificare eis, quod illi prohibuerunt.

Apoc.19. Cecidit Ioannes ante pedes Angeli vt
& 22. adoraret eum. Reſpondit ei Angelus: Vide ne feceris, conſeruus tuus ſum, &c. Deum adora.

De idolatria. CAP. XXII.

Exod.32 VIdens populus, quòd moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, congregatus omnis populus aduerſus Aaron, dixit: Fac nobis Deos qui nos præcedant. Qui fecit vitulum conflatilem.

Num.25. Fornicatus eſt populus filiorum Iſrael cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua. At illi comederunt, & adorauerunt Deos earum.

Iudith.2. Mortuo Ioſue filio Nun, filij Iſrael fecerunt malum in conſpectu Domini, & ſeruierunt Baalim & Aſtaroth, ac dimiſerunt dominum Deum patrum ſuorum.

Iudith.8. Fornicatus eſt Iſrael in Ephod, quod, fece

fecerat Gedeon. Et factum eſt Gedeoni & omni domui eius in ruinam.

Cùm iam eſſet ſenex Salomõ deprauatũ eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur Deos alienos nec erat perfectũ cor eius. 3.Reg.11.

Cogitato conſilio, Ieroboam fecit duos vitulos aureos, & dixit: Ecce dij tui Iſrael qui eduxerunt te de terra Ægypti. 3.Reg.2.

Ædificauerunt viri de Iuda aras, ſtatuas, & lucos, ſuper omnẽ collẽ excelſum & ſubtus omnem arborem frondoſam. 3.Reg. 4.

Non ſufficit Achab regi Iſrael, vt ambularet in peccatis Ieroboam, ſed inſuper ſeruiuit Baal, & adorauit eum. 3.Reg.16

Achaz Rex Iuda, ambulauit in via regum Iuda & Iſrael. Inſuper & filium ſuum conſecrauit transferens per ignem. 4.Reg.16.

Filij Iſrael tranſlati de Samaria in Aſſyrios fecerunt ſibi ſtatuas & lucos, ac poſtea fecerunt duos vitulos & adorauerunt vniuerſam militiam cœli, vnde iratus dominus abſtulit eos à conſpectu ſuo, & non remanſit niſi tribus Iuda. 4.Reg.17

Tranſlatis filiis Iſrael in Aſſyrios, collocatæ ſunt diuerſæ gentes, in ciuitatibus Samariæ, & vnaquæq; fecit Deum ſuũ, & cùm dominũ colerent, diis quoq; ſuis ſeruiebant, iuxta conſuetudinem gentium. 4.Reg.17

Confuſus & vituperatus Sennacherib 4.Reg.19

Rex Aſſyriorum, reuerſus eſt in Niniuem, ab impugnatione Ezechiæ regis Iuda. Cumque oraret im templo Neſroch. Deũ ſuum, Adramelech & Saraſar filij eius, percuſſerunt eum gladio, & fugerunt.

4. Re. 21. Manaſſes Rex Iuda, erexit aras Baal, & adorauit oẽm militiã cœli, & coluit eam

Iudith. 6. Holofernes indignatus contra Achior qui commendauerat potentiam Dei Hebræorum, dixit quòd oſtenderet ei, quòd non eſſet Deus niſi Nabuchodonoſor.

Dan. 3. Nabuchodonoſor fecit ſtatuam auream & præcepit, vt omnis populus, tribus, & linguæ cadentes adorarent eam.

Dan. 6. Darius Rex Perſarum, propoſuit edictum, quòd nullus intra triginta dies peteret aliquid à quocunque Deo vel homine, niſi ab ipſo Dario rege.

Dan. 14 Erat idolũ in Babylone, quod Rex quotidie adorabat, quod cum Daniel ſubuertiſſet, Babylonij draconem adorauerunt.

1. *Mac.* 1. Antiochus iuſsit adorari idola, ædificari aras & tẽpla, & immolari carnes ſuillas, & relinquere filios ſuos incircunciſos.

Act. 14. Cùm Paulus maneret Athenis, incandeſcebat ſpiritus eius in ipſo, cum videret ſimulachrorũ cultui deditam ciuitatem.

De blaſpemia contra Deum.

CAP. XXIII.

Filius

Filius mulieris Iſraelitidis, præcepto *Leuit.24.*
Domini lapidatus fuit in deſerto: pro eo quòd nomen Domini blaſphemauit.

Dixit Heli filiis ſuis: Si peccauerit vir in *1.Reg.2.*
virũ, placari poteſt ei Dominus: ſi autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo?

Nathan propheta multũ exaggerauit *2.Reg.12*
peccatum Dauid, ex eò, quòd blaſphemare fecerat inimicos nomen Domini.

Vir Dei dixit ad regem Iſrael: Quia *3.Reg.10*
dixerunt Syri, Deus montium eſt Dominus eorum, & non eſt Deus vallium, dabo omnem multitudinem grandem hanc in manu tua.

Videtur quod maius peccatum nequi- *3.Reg.21*
uit excogitare nequiſſima Iezabel, ad citò lapidandum Naboth, quam blaſphemiam, quam illi fecit imponi.

Multum diſplicuerunt Deo blaſphe- *4.Reg.19*
miæ quas dixerunt ſerui Sennacherib regis Aſſyriorum, vnde percuſſit angelus Domini centum octoginta quinque millia hominum de exercitu eius.

Non expedit ſimplices homines contra *4.Reg.18*
blaſphemias infidelium diſputare, propter hoc prohibuit Ezechias, ne populus imperitus, blaſphemiæ Rabſacis Aſſyrij *Eſa.36.*
reſponderet.

Holofernes indignatus, eò quòd Achior *Iudith. 6.*

potentiam Dei cœli commendauerat, dixit ad eum: Quoniam prophetaſti quòd gens Iſrael defendatur à Deo ſuo, oſtendam tibi quòd non eſt Deus niſi Nabuchodonoſor, quum percuſſerimus eos omnes quaſi hominem vnum.

Iudith.13. Verùm poſtea per vnius fœminæ manum eius caput amputatur.

Iere.44. Cùm argueret Ierem. populum pro eo quod ſacrificabant omnes diis aliis, reſponderũt: Sermonem dñi nõ audiemus, ſed ſacrificabimus reginæ cœli: ſicut fecimus nos & patres noſtri, & bene nobis fuit: quia malum non vidimus: Sed gladio, & fame conſumpti ſunt.

Dan.3. Nabuchodonoſor rex Babylonis, dixit ſociis Danielis: qui ſtatuam auream noluerunt adorare: Quis eſt Deus qui eripiat vos de manu mea? Sed poſtea viſo miraculo benedixit.

1.Mac.11 Quidam iniqui ex Iſrael in diebus Antiochi ſuaſerunt dicẽtes: Eamus & diſponamus teſtamentum cũ gentibus: quia ex quo receſſimus ab eis, inuenerũt nos multa mala: ſed poſtea peiora ſecuta ſunt.

2.Mac.9. Blaſphemus, & ſuperbus Antiochus inſanabili, & inuiſibili plaga percuſſus eſt.

2.Ma.10 Obſidente Iuda Machabæo quoddam præſidium, quidã gentiles intus exiſtẽtes,

verba

verba blaſphemiæ nephanda iactabant, tamen citò poſtea concremati fuerunt.

Dicentibus Iudæis Nicanori; Eſt Dominus potẽs in cœlo, qui iuſſit agi ſeptimam diem ſolemnem: ille infelix ait, Et ego potens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma, & negotium regis impleri. Sed ruit cum armis ſuis. *2. Ma. 15.*

Cùm eieciſſet dæmonium dominus cæcum & mutum, ſtupentibus turbis, Phariſæi blaſphemabant, dicentes: Hic non eiicit dæmones, niſi in Beelzebub, &c. *Matt. 12. Luc. 11.*

Pendẽte Domino in cruce, prætereũtes blaſpemabant eum, mouentes capita ſua. *Matt. 28.*

Contradicebant Iudæi his, quæ à Paulo dicebantur, blaſphemantes ac contradicentes. *Act. 13. & 18.*

De Præceptis Dei & obſeruatione eorum.

CAP. XXIIII.

PRæceptum leue ad implendum dedit dominus primo parenti, dicens: Ex omni ligno Paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. Male tamen ille cuſtodiuit, & graues pœnas incurrit. Gen. 3. & 5. *Gen. 2.*

Mandata Dei licet videantur interdum eſſe de re parua, nõ tamen parua diligentia ſeruanda ſunt: quia puniuntur grauiter tranſgreſſores. Vnde dominus dixit *Gene. 2. & 5.*

Adamo: Quacunque hora comederis de ligno ſcientiæ boni & mali,&c. Qua vltra alias pœnas punitus eſt cum poſteris.

Gene.6. & 7. Fecit Noë omnia quæ mandauerat ei Dominus,ideo à diluuio ſaluatus eſt.

Exod.19. Num.15. Recepturi filij Iſrael mandata Dei,iuſſi ſunt ſanctificari. Ait Dñs ad Moyſen: Vade populum, & ſanctifica eos hodie & cras: Vnde præcepit filiis Iſrael vt ponerent vittas hyacinthinas per angulos palliorum, quatenus continuam haberent memoriam cœleſtium mandatorum.

Num.14. Filij Iſrael parantes expeditionem contra Amalechitas & Chananæos, vincuntur,quia contra præceptum aſcenderunt, occiſi ſunt.

Num.15. Itẽ homo qui contra præceptum Dñi in die Sabbati collegit ligna lapidatus eſt.

Num.23. Balaã ariolus, dixit Balach regi: Nõne dixit tibi, quodcunq; mihi Deus imperaret hoc facerem? Ecce quantã reuerẽtiam habebat homo malus ad imperium Dei.

Ioſue 1. Specialem monitionem fecit Dominus Ioſue, de meditatione & obſeruatione legis, quando conſtituit eum principem ſuper populum,

Ioſue 7. Achan ſumens de anathemate contra præceptum,lapidatur.

Ioſue 11. Non prætermiſit Ioſue de vniuerſis manda

mandatis Domini, ne verbum vnum.

Saul ſignanter electus, propter trãſgreſ- *1.Reg.15*
greſſionem diuini mandati, irreuocabiliter eſt reiectus.

Vir Dei quidam comedens contra præ- *3.Reg.13*
ceptum Domini, panem in loco ſibi vetito, à leone occiditur.

Rex Dauid inſtruens Salomonem fi- *1.Par.13*
lium ſuum poſt ſe regnaturum, dicebat: Tunc proficere poteris, ſi cuſtodieris mãdata, quæ præcepit Dominus Moyſi.

Ordinante Ioiada pontifice, eduxerunt *2.Par.23*
filium regis, & impoſuerunt ei diadema, dederúntque in manu eius tenendam legem, ſic conſtituerunt eum regem.

Cyrus rex Perſarum gentilis monar- *1.Eſd.1.*
cha totius mundi, non verecundabatur dicere: Præcepit mihi Deus cœli & terræ, vt ædificarent ei domum in Ieruſalem.

Conquerendo dicit Dominus, Præua- *Iere.35.*
luerunt ſermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filiis ſuis, vt non biberent vinum, qui obedierunt præcepto patris ſui. Ego autem locutus ſum ad vos, & non obediſtis mihi.

Melius iudicauit Suſanna incidere in *Dan.13.*
manus hominũ, quam derelinquere legẽ Dñi: exponens periculo vitam & famam.

Ionas deglutitur à piſce, quia contra *Ionæ 2.*

præceptum fugeret à facie domini.

1.*Mac*.1 Iudæi ab Anthiocho maluerunt trucidari, quàm infringere legem Dei.

2.*Mac*.6 Duæ mulieres delatæ ſunt natos circuncidiſſe quas infantibus ad vbera ſuſpenſis cum publicè per ciuitatem perduxiſſent, per muros præcipitauerunt.

Eodem. Eleazarus vir ætate prouectus, duros corporis dolores ſuſtinuit, & tandem occiſus fuit, qui carnes porcinas noluit mãducare contra legem, nec etiã ſimulare ſe nullatenus manducaſſe.

2.*Mac*.7. Propter legem Dei ſeptem fratres cum matre ſua grauia tormenta paſſi ſunt ſub Antiocho.

Luc.1. Parentes Ioan. Baptiſtæ erant incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus domini ſine querela.

Matt.19. *Marc*.10. *Luc*.8. Quærenti à Saluatore, quid boni faceret vt vitam æternam haberet, reſponſum eſt à domino: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.

2.*Reg*.vl. Ad obſeruandũ præcepta domini, inducunt nos aliæ creaturæ, quæ obediunt ei.

2.*Par*.21 *Pſal*.102 De bonis angelis non eſt dubium, qui ſunt miniſtri eius facientes voluntatem & verbum illius, vt videre licet.

Luc.8. De angelis verò malis, præcipiebát ſpiritui immundo vt exiret ab homine.

Item

Item præcepit ſoli & non oritur. *Iob 9.*

Præcepit coruis vt paſcerent Eliam, & fecerunt. *3. Reg. 17*

Ventis & mari imperabat dominus, & obediebant ei. *Luc. 8.*

Generaliter dicit Pſalmus: Præceptum poſuit, & non præteribit. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. *Pſal. 148*

De obedientia & inobedientia. CAP. XXV.

HOminē Deus volens ſub obedientia viuere etiam in ſtatu innocētiæ, ſtatim vt cōditus eſt, ipſum præceptis aſtrinxit, & eum contra obedientiam viuētem ſeuerè puniuit. Eum namque de paradiſo expulit, mortique & cæteris ærumnis, cum tota poſteritate ſubiecit. *Gene. 23.*

Promptè obediuit Noë domino in omnibus quæ ei facienda præcepit tempore inſtantis diluuij, & ſaluatus eſt. *Gene. 6. & 7.*

Præceptum Dei de circūciſione, quamuis eſſet graue & inſolidum, non diſtulit Abraham implere vſque in craſtinum. Et bene ei ceſſit. *Gene. 17.*

Præceptum Abraham de immolatione filij, ſine mora exequi voluit. Ecce cōſidera mirabilem eius obedientiam. Ideo multiplicatum eſt ſemen eius. *Gen. 22.*

Promptè obedicit Ioſeph patri ad fratres *Gene. 37.*

tres

tres eum mittenti, quamuis prius eos accuſaſſet, ob quod merito timere debuerat. Et Deus exaltauit eum.

Exod.34 & infrà. Obediuit Moyſes Domino imponenti ducatum populi, ſed attende cum quanta difficultate, quinquies enim excuſat ſe. Vnde magnificatus eſt.

Exod.24 & 32. Magnam obedientiã promiſerunt filij Iſrael dicentes: Omnia quæ locutus eſt Dñs faciemus, & erimus obedientes. Sed poſt operibus contrarium fecerunt, vitulum adorantes, ſed pœnas dederunt.

Num.9. Filij Iſrael per deſertum ambulãtes, ad imperiũ Dñi erigebant tentoria, & ad imperiũ eius deponebant. Et bene illis erat.

Num.14. Item filij Iſrael ad terram promiſſionis iuxta mandatum Domini timuerunt aſcẽdere: ſed poſtea Domino prohibente aſcẽ-
Num.14. dere conati ſunt: ſed male ſucceſſit eis: Nam percuſſi ſunt ab hoſtibus.

21. & 31, Euntes ad bellum contra mandatum Domini & Moyſi, multi victi à paucis.

Cùm autem ex obedientia pugnauerunt, pauci vicerunt.

Ioſue 7. Quia tranſgreſſus eſt Achan mandatum Ioſue, populus in prælio fuit ſuperatus, & ipſe poſtea à populo lapidatus.

1.Reg.13 Saul offerens holocauſtum cõtra mandatum Samuelis, reprobatus eſt. Simili-

ter

ter quia pepercit Agag regi Amalech, & gregibus ouium, & cæteris rebus precioſis: & tũc dixit ei Samuel, Melior eſt obedientia quam victimæ.

Dauid licet per Samuelem eſſet vnctus in regem, tamen obediebat patri mittenti eum vt portaret victualia fratribus, quibus tunc fuerat prælectus. Vnde proſperè ei ceſſit. *1. Reg. 15. & 17.*

Prædixit Dominus Salomoni, quòd ſi faceret omnia quæ præceperat ei, poneret thronum regni eius in Ieruſalem in ſempiternum: ſi autem auerteretur & non cuſtodiret eius mandata, auferret Iſrael de ſuperficie terræ. *3. Reg. 9.* *2. Par. 7.*

Vir Dei, qui prædixit Ieroboam deſtructionem altaris ſui, à Leone occiſus fuit, quia contra præceptum Domini in domo alterius prophetæ comedit. *3. Reg. 13*

Obedientia etiã interdum cõmendatur in iis, quæ videntur ſine ratione mãdari. Vnde percuſſus eſt à leone ille, qui noluit percutere quendam de filiis prophetarũ. *3. Reg. 20*

Cùm ad mandatum Eliſei Naaman indignatus abiret, dixerunt ei ſerui ſui: Pater, etiam ſi rem grandem dixiſſet tibi propheta, certè facere debueras: Vnde fecit, & mundatus eſt. *4 Reg. 5.*

Tobias iunior auditis exhortationibus *Tob. 5.*

bus

bus patris, reſpondit & dixit. Omnia quæcunque præcepiſti mihi, faciam pater. Et ita fecit, & ſucceſſit ei bene.

Eſth.2. Quicquid præcipiebat Mardocheus obſeruabat Eſther, & ita cuncta faciebat vt eo tẽpore ſolita erat, quo eã paruulam nutriebat. Vnde in reginam aſſumpta eſt.

Iere.35. Commendantur à domino Rechabitæ, pro eo quòd noluerunt vinum bibere, præcepto patris obedientes, dicẽtis: Non bibetis vinum.

Ionæ 1.2. & 3. Ionas inſipienter refugiebat obedire Domino præcipienti, vt iret ad prædicandum in Niniue, ſed refugiendo deuenit quòd Dominus miſerat.

1.*Mach.2* Matathias dixit nuncio regis Antiochi: Etſi omnes obediunt regi, ego & filij mei obediemus legi patrum noſtrorum.

2.*Mac.7.* Dixit vnus illorum ſeptem fratrum: Parati ſumus mori magis, quàm patrias Dei leges præuaricari.

Luc.2. Deſcendit puer Ieſus cum Maria & Ioſeph in Ieruſalem, & erat ſubditus illis.

Matt.4. Luc.5. Matt.9. Cito & perfectè obedierunt illi Apoſt. qui à domino vocati, continuo relictis omnibus, ſecuti ſunt eum. Similiter & Matthæus relictis omnibus, ſecutus eſt.

Matt.21. De obediẽtibus verbo & non facto, ſeu facto plus quã verbo: proponit dominus exem

exemplum duorũ filiorum, quorum vnus dixit ſe iterum in vineam patris, & operaturum, & non iuit: alius negauit, & iuit, Etiã malis prælatis obediendum eſſe, prçcepit Dñs: Super cathedram Moyſi, &c. omnia quæcunque iuſſerint facere, facite. *Matt.23.*

Saluator noſter, legis Dns, legi voluit obedire, in circunciſione, & oblatione facta in tẽplo, & etiã in eſu agni paſchalis. *Luc.2. & 22.*

Exemplum obedientiæ proponit nobis Apoſtol. in Saluatore noſtro, dicens: Factus eſt obediens vſque ad mortẽ, Vbi etiã inſinuat obedientiæ fructũ. Sequitur, Propter quod exaltauit Deus illum, &c. *Mat.26. Phil.2.*

Principes Sacerdotum comminati ſunt Petro & Ioanni, ne vltrà loquerentur in nomine Ieſu. Qui reſponderunt eis: Si iuſtũ, eſt, vos potius audire quã dñm, iudicate. Non enim poſſumus, quæ vidimus, & audiuimus, non loqui. Deinde cũ arguerentur Apoſt. à princip. ſacerdotum, quia non ſeruaſſent eorum mandatum, reſponderunt Petrus, & alij Apoſtoli, Obedire oportet Deo magis quam hominibus. *Act.4.* *Act.5.*

Saulus in terram proſtratus, audiens verba Ieſu Nazareni, promptè ait: Domine quid vis me facere? *Act.9.*

Cornelius dixit Petro: Oẽs nos in conſpectu tuo ſumus, parati audire omnia *Act.10.*

quæ

quæcunque tibi præcepta ſunt à domino.

Act. 15. 16. Paulus electo ſibi Sila in ſocium perambulabat Syriam & Ciliciam, confirmãs eccleſias & præcipiens cuſtodire præcepta Apoſt. & ſeniorum.

De ſacra ſcriptura. CAP. XXVI.

Exod. 31. MAgnam reuerentiam habere debemus ad ſacram ſcripturam, quam ipſe Deus voluit ſcribere, vel tradere ſpecialiter & docere.

Exod. 32. Reuerſus eſt Moyſes de mõte portans duas tabulas, ſcriptas digito Dei.

Ioan. 1. Gala. 3. Ipſe etiam dñs Ieſus dicit, ſe miſſũ fuiſſe ad euangelizãdum: & miſit diſcipulos ad hoc ipſum Mat. 10. Mar. 1. Luc. 4. Io. 5.

Act. 7. Sic ergo poteſt dici, quod lex vetus fuit data à Deo Moyſi, mediantibus angelis, vt ait Apoſt. & S. Stephanus hoc ipſum teſtatur. Accepiſtis ait, legem Dei, in diſpoſitione angelorum. Reliqua verò pars veteris teſtamenti data fuit inſpiratione Spiritus ſancti, vt Petrus ait: Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati, loquuti ſunt Dei homines. Nouum autem teſtamentum continet verba & facta domini Ieſu Chriſti in Euangeliis: verba Apoſtol. in Epiſtol. & in Apocalypſi: facta ipſorum in libr. act. Apoſt. Chriſtus ergo

1. Pet. 1.

vetus

verus Deus & homo partem Euangeliorum protulit per ſeipſum, & per ſpiritum ſanctum, per ipſumq; alia verba, quæ dixerunt Apoſt. & Euangeliſtæ inſtructi, vt Act. 2. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis.

Sapiētiam omniū antiquorum exquiret ſapiens, & in Prophetis vacabit, quaſi diceret, Sapientiam quidē ſapientium debet ſapiens exquirere, ſed ſpecialiter debet ad Prophetarum ſcripturas intendere. *Eccl. 39.*

Ionathas ſummus Sacerdos & ſeniores Iudæorum, licet eſſent rebus bellicis intenti, ſcripſerunt Spartiatis epiſt. Nos enim quando nullo horum indigeremus, habentes ſolatio ſanctos libros, qui ſunt in manibus noſtris. *1. Mach. 23.*

Princeps Sacerdotum, Scribas, Phariſæos iniuſtè arguentes Dominum, ipſe multoties per ſcripturas conuicit. *Matt. 9. & 21.*

Et per ſcripturā reſpondēs, defendit diſcipulos ſuos contra Phariſæos. Non legiſtis, ait, quid Dauid fecerit quando eſuriit? *Mat. 12. & 15. 2. Reg. 21*

Saluator noſter, tentatus à diabolo per ſcripturam reſpondit, & ipſum tentatorem, ſcripturæ authoritate confudit. Idem ſcripturam eſſe completam in aduentu ſuo, dixit, Hodie hæc ſcriptura impleta eſt in auribus veſtris. *Matt. 4. Luc. 2.*

Matt.5. Magnam authoritatem tribuit Dominus veteri teſtamento, quando dixit: Donec tranſeat cœlum & terra, iota vnum aut apex vnus non præteribit. Et Ioan. 10. Non poteſt ſolui ſcriptura.

Ioan. 10. Non minoris authoritatis, ſed maioris eſt nouum teſtamentum de quo Dominus
Luc.21. ait: Cœlum & terra tranſibunt, mea autem verba non tranſibunt.

Luc.10. Legiſperitum ſuſcitantem, quid agendo, acquireret vitam æternam, remittit Dominus ad ſcripturam. Quomodo legis? in lege quid ſcriptum eſt?

Matt.22. Arguit Dñs Saducæos de ignorantia ſcripturarũ. Erratis, neſcientes ſcripturas.

Act. 2. Petrus in prima prædicatione ſua poſt miſſionem ſpiritus ſancti, authoritatem
Ioel.2. Ioelis exponens, tria millia hominum conuertit ad Chriſtum.

Act.8. Valde commendandus eſt Eunuchus ille, qui veniẽs de Æthiopia Ieroſolymam, legebat Eſaiam prophetam, in curru exiſtens. Et Philippus præcepto Dñi occaſionem aſſumpſit prædicandi ei Euangelium Chriſti, ex authoritate, quam legentem inuenit, & credentem illico baptizauit.

Act.17. Veniens Paulus Berrhœam intrabat ſynagogam Iudæorũ, quidã autem ſuſcepe-runt verbum cũ omni auiditate, quotidie

ſcru

ſcrutantes ſcripturas, an hæc ita ſe haberent. Et crediderunt multi ex eis, Græcæ mulieres honeſtæ & viri non pauci.

Apollo vir eloquens, potens in ſcripturis, contulit multum his, qui crediderunt per gratiam. Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, oſtendens per ſcripturas eſſe Chriſtum Ieſum. *Act.* 18.

Non voluntate humana allata eſt prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. 2. *Pet.* 1.

De exhortatione bona, & prædicatione verbi Dei. CAP. XXVII.

CAin admonitus exteriori voce Dei ab accepta iniquitate, non deſtitit. Hinc patet quòd exterior exhortatio ſine interiori, parum eſt efficax. *Gen.* 4.

Iuſtus Loth piè admonebat Sodomitas, dicens: Nolite quæſo fratres mei, nolite malum hoc facere: cui illi contumaciter reſponderunt, Recede illuc: hinc patet, quòd peruerſi difficile corriguntur, vt dicitur Eccl. 11. *Gen.* 19.

Bene ſucceſſit Iacob, qui acquieuit conſiliis matris ſuæ. *Gen* 27.

Audiens Ruben iniqua fratrum verba contra Ioſeph, dixit: Non interficiamus eum, nec effundamus ſanguinem eius. Iudas etiam conſuluit, quod non *Gen.* 37.

occideretur, ſed venderetur, & ſic ſaltem minus malum committeretur.

Exod. 2. Soror Moyſi bene ſuaſit filiæ Pharaonis, vt mulier Hebræa, pro nutriendo paruulo vocaretur.

Exod. 18 Ad vtilitatem populi, & alleuiationem Moyſi, bene conſuluit ei Ietro, vt minores iudices conſtitueret in populo.

1. *Reg.* 25 Bona exhortatione Abigail conuerſus eſt Dauid à propoſito fundendi ſanguinem Nabal.

2. *Reg.* 2. Bonum cõſilium dedit Abner Aſaëli ſequenti, dicens: Noli me ſequi, ne compellar te confodere in terrã. Quod quia ille audire contempſit, ab eodem occiſus eſt.

3. *Reg.* 12 Conſilium bonum dederunt ſeniores Roboã filio Salomonis, ille verò in malum ſuum acquieuit conſilio iuniorum.

4. *Reg.* 5. Cùm Naaman Syrus ad verbum Eliſei abiret indignans, ſerui ſui ſuaſerunt ei, vt prophetæ facile mandatũ impleret: quorũ monitis acquieuit, & ſanatus eſt à lepra.

4. *Reg.* 12 Quandiu vixit Ioiada pontifex, qui
2. *Pa.* 24 bene inſtruebat Ioas regem Iuda, tamdiu fuit ille bonus: quo mortuo, factus eſt peſſimus, & periit peſſimè.

2. *Par.* 30 Perrexerunt curſores cũ epiſtolis ex regis Ezech. imperio, & principum eius in vniuerſum Iſrael & Iudam prædicantes,

Filij

Filij Iſrael, reuertimini ad dñm Deũ Abrahã, & Iſaac, & Iſrael, & reuertetur ad reliquias, quæ effugerũt manus Aſſyriorũ.

Ædificantibus Iudæis templum reuerſi de Babylone, exhortabãtur, & adiuuabant eos Aggæus & Zacharias prophetæ. *1. Eſd. 5.*

Deſiderans Nehemias ædificare in Ieruſalem murum, dixit optimatibus & magiſtratibus: Surgamus & ædificemus. Et confortatæ ſunt manus eorum in bono. *Nehe. 2.*

Ad exhortationẽ Nehemiæ, ij qui vſuras accipiebant à populo, & acceptas reddere, & vltra non accipere, conſenſerunt. *Nehe. 5.*

Tobias in captiuitate poſitus, pergebat per omnes qui erant in captiuitate, & monita ſalutis dabat eis. Item bene prædicauit filio ſuo, cap. 4. & 14, *Tob. 1.*

Bene ceſſit Tobiæ, quia Raphaelis quẽ hominẽ putabat, conſiliis acquieuit ſpecialiter in extractione piſcis, & in petẽdo vxorẽ, & de matrimonio habendo cũ ea. *Tob. 6.*

Parentes Saræ vxoris Tobiæ iunioris, monuerunt eam honorare ſoceros, diligere maritũ, regere familiam, gubernare domũ, & ſeipſam irreprehenſibilẽ exhibere. *Tob. 10.*

Iudith bonam exhortationẽ fecit populo, arguens quod indiſcretè ordinatum erat, & docens quid faciendum eſſet. *Iudith 8.*

Efficaciter perſuaſit Mardochęus Eſther, *Heſter. 4.*

vt cum periculo ſuo ingrederetur ad regem, precatura pro ſalute gentis ſuæ.

Eſa.6. Poſt oſtenſam Eſaiæ mirabilem viſionem, dixit ipſe propheta: Væ mihi, quia tacui. Eſt poſtea, quando labia ſua cum calculó, de altari ſumpto, vidiſſet fuiſſe mundata dixit Dño quærenti quem mitteret ad populum: Ecce ego, mitte me.

Eſa.58. Dixit Dominus eidem: Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum & domui Iacob peccata eorum.

Iere.1. Ieremias primò excuſauit ſe à prædicatione, & poſtea diuinæ voluntati acqeuit.

Ier.38. Abimelech Æthiops dixit Sedechiæ regi Iuda: Domine mi rex, male fecerunt viri iſti omnia quæcunq; pertractauerunt contra Ieremiam prophetam, mittentes eum in lacum. Et præcepit ei rex: Leua eum de lacu antequàm moriatur.

Dan.4. Bonum conſilium dedit Daniel Nabuchodonoſor regi Babylonis, dicens: Conſilium meum tibi placeat, & peccata tua eleemoſynis redime.

Ionæ. 2. & 3. Factum eſt verbũ Domini ad Ionã, dicens: Surge & vade in Niniuem, & prædica in ea, prædicatione quam loquar ad te.

1.Mac.2. Moriturus Matathias filios ſuos efficaciter adhortatus eſt ad agendum viriliter,

liter, pro lege Dei.

Iudas Machabæus pugnaturus, exhortabatur, & etiã animabat populum ſuum in ſermonibus bonis. Et ſpecialiter 2. Mach. 15. Vbi dicitur ꝙ ſingulos armauit non clypei & haſtæ munitione vincere, ſed ſermonibus optimis & exhortationibus. Vnde glorioſa ſecuta eſt victoria. *1. Mac. 3. 4. & 9. 2. Mac. 8. & 15.*

Cũ primus ſeptẽ illorũ fratrũ in ſartagine torreretur, cæteri vnà cum matre ſe hortabantur mori fortiter, dicentes, Dñs aſpiciet veritatẽ, & conſolabitur in nobis, & ſpecialiter ipſa mater, mirabiliter & efficaciter exhortabatur filios ſuos. *1. Mac. 7.*

Ioannes Baptiſta multa exhortans, euangelizabat populo Lucæ 3. *Matt. 3. Marc. 1.*

Cuius exhortatio ita efficax erat, vt non ſolù multi baptizarẽtur, confitentes peccata. Sed & ipſe Herodes audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat *Luc. 3. Marc. 6.*

Miſit Dñs diſcipulos ſuos, dicẽs: Eũtes, prædicate dicentes: Quia appropinquabit regnũ cœlorũ. Simile habes, Matt. 26. *Mat. 10.*

Petrus Apoſtolus in die Pentecoſtes tam efficaciter prædicauit, quòd baptizabantur vna die circiter tria millia hominum. Et alia vice, ſimiliter ad prædicationem ipſius, factus eſt numerus virorũ credentium quaſi quinque millia. *Act. 2. Act. 4.*

Act. 10. In domo Cornelij prædicāte Petro cecidit Spiritus S. ſuper omnes qui audiebant verbum Dei, & iuſſit eos baptizari.

Act. 13. Miniſtrantibus & ieiunātibus prophetis, & doctoribus, qui erant Antiochiæ, dixit Spiritus ſanctus: Segregate mihi Paulum & Barnabam. Sequitur, Ipſi quidem miſſi à Spiritu ſancto, prædicabant verbum Dei in ſynagogis Iudæorum.

Act. 14. Reuerſi ſunt Paulus & Barnabas Lyſtram, Iconium, & Antiochiam, confirmantes animas diſcipulorum, exhortantes, vt permanerent in fide.

Act. 14. Factum eſt Iconij, vt Paulus & Barnabas introirent in ſynagogam Iudæorum & loquerentur, ita vt crederent Iudæorum & Græcorum copioſa multitudo.

Act. 16. Viſio per noctem Paulo viſa eſt. Vir Macedo quidam erat ſtans, & deprecans, dicens: Profectus in Macedoniam ſuccurre nobis. Sequitur, vt autem viſum vidit, ſtatim quæſiuimus proficiſci in Macedoniam, certi facti, quòd vocaſſet nos Dominus ad euangelizandum eis.

Act. 18. Multi Corinthiorū audientes Paulum prædicantem prædicationem, credebāt & baptizabantur. Dixit autem Dominus nocte Paulo per viſionem: Noli timere, ſed loquere, ne taceas, quia ego ſum tecum

cum: & nemo apponet vt noceat tibi.

Apollo vir Iudæus Alexandrinus genere erat edoctus viam Domini, feruens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ ſunt Ieſu. *Eodem.*

Apud Epheſum Paulus intrans ſynagogam Iudæorum cum fiducia loquebatur, diſputans & ſuadens de regno Dei. *Act.19.*

Quadam die cùm in craſtinum profecturus ſermonem protraxiſſet vſque ad mediam noctem, quidam adoleſcens oppreſſus ſomno cecidit de feneſtra, & ſublatus eſt mortuus. Ad quem cum deſcendiſſet Paulus, & ſuſcitaſſet eum, rurſus aſcendit, & alloquutus eſt eos vſque in lucem, & ſic profectus eſt. *Act.20.*

Receſſurus Paulus de Aſia dixit maioribus natu: Per triennium non ceſſaui die ac nocte cum lachrymis, monens, &c. *Act.20.*

Cùm Paulus vinctus coram Agrippa rege, & Feſto præſide, cauſam diceret, Agrippa dixit ei, In modico ſuades mihi Chriſtianum fieri. *Act.26.*

De conſiliis & perſuaſionibus malis.

CAP. XXVIII. *Geneſ. 3.*

EVa de ligno vetito dedit viro ſuo, qui comedit. Præſumendum eſt, quod ipſa perſuaſerit viro.

Domina cui ſeruiebat Ioſeph, male *Gene. 39.*

ipſum ſolicitabat ad peccatum.

Exod. 7. *& infrà.* Sapientes conſiliarij Pharaonis, dederunt inſipiens conſilium:

Exod. 32. Moram faciente Moyſe cum Domino in monte, dixit populus Aaroni, Fac nobis deos alienos, qui nos præcedant. Quibus ſuggeſtionibus populi Aaron ſtultè acquieuit.

Nu. 24. *&* 25. Balaam docuit Balach quomodo per mulieres poſſet filios Iſrael ad peccatum trahere, & ſic contra ſe Dñm prouocare.

2. *Reg.* 10. Filij Ammon malè ſuaſerunt regi ſuo vt dehoneſtaret nuncios Dauid.

2. *Reg.* 13 Ionadab nepos Dauid malũ conſilium dedit Ammon, vt defloraret ſororẽ ſuam: de quo poſtea multa mala euenerunt.

2. Reg. 17 Deteſtandum & turpe conſilium quod dedit Achitophel Abſaloni, & tamen erat conſilium, quod ille dabat in diebus illis, quaſi quis conſuleret Deum.

3. *Re.* 11. Auerterunt mulieres cor Salomonis & ita deprauatum eſt per eas, vt ſequeretur deos alienos, & coleret eos.

2. *Pa.* 22 Ochozias rex Iuda ingreſſus eſt per viã domus Achab, quæ erat peſſima. Mater enim eius Athalia, impulit eum, vt impiè ageret.

1. *Eſdr.* 4 Ædificantibus templum Iudæis poſt reditum de Babylone, hoſtes eorum

ſcri

ſcripſerunt Artaxerxi regi,& ipſe perſuaſus ab eis prohibuit opus fieri.

Amici Aman audientes ipſum conquerentem de Mardochæo, qui ei genua non flectebat, reſponderunt: Iube parari excelſam trabem, & mane dic regi, vt appendatur Mardochæus ſuper eam. *Heſter. 5.*

Stultum conſilium, vxor Iob dedit ei, ſed ille tanquam prudens & ſanctus homo tali conſilio non acquieuit. *Iob. 2.*

Quia Ieremias Prophetauit, capiendam eſſe ciuitatem Ieruſalem à Chaldæis, dixerunt principes populi Zedechiæ regi: Rogamus vt occidatur homo iſte. Qui ſtultè acquieſcens, reſpondit eis: Ecce in manibus veſtris eſt. Non enim fas eſt regem vobis quicquam negare. *Ier. 38.*

Ad malam ſuggeſtionem principum & Satraparum, Darius Rex Perſarum cõſtituit decretum vt quicunque peteret quid,à Deo vel homine,niſi ab ipſo rege, mitteretur in lacum Leonum. *Dan. 5.*

In diebus Antiochi, exierunt, ex Iſrael filij iniqui, & ſuaſerunt multis dicentes: Eamus & diſponamus teſtamentum cum Gentibus. *1. Mac. 1.*

Tantum ſuaſit Menelaus Andronico, quòd ille occidit Oniam ſacerdotem. *2. Mac. 4.*

Cùm aduerſus Menelaum iudicium *Eodem.*

agitare

agitaretur coram Antiocho, Ptolomeus pecunia corruptus per Menelaũ, perſuaſit regi, & eum ad ſententiã adduxit, qui Menelaum abſoluit, & multos iuſtos eius accuſatores morte damnauit.

Mat. 14. *Marc.* 6. Iniquum conſilium dedit Herodias filiæ dicens; Nihil aliud petas, niſi caput Ioannis Baptiſtæ.

Act. 13. Proconſul Paulus deſiderabat audire verbum Dei, quod Paulus & Barnabas prædicabant. Reſiſtebat autem illis Elymas magus, quærens auertere proconſulem à fide.

Act. 14. Cùm Paul. & Barnabas eſſent in ciuitate Lyſtris in tanto honore, quod homines illis tanquam diis ſacrificare vellent, quidam Iudæi ſuperuenerũt & perſuaſis turbis, lapidantes Paulũ, traxerunt extra ciuitatem, exiſtimantes eum eſſe mortuum.

Act. 16. Occaſione cuiuſdam puellæ, à qua Paulus ſpiritum phythonem eiecit, Dñi illius dolentes de amiſſo quæſtu, tot & tanta dixerunt magiſtratibus, quòd fecerunt Paulum & Silam virgis cædi & incarcerari.

De auditione verbi Dei. CAP. XXIX.

Exod. 4. Aron loquutus fuit omnia verba quę dixerat Dñs ad Moyſen, & credidit populus: audierũtque quod viſitaſſet Dominus filios Iſrael, & proni adorauerunt.

Dixit

Dixit Moyſes coram Domino: Ecce filij Iſrael non me audiunt, & quomodo audiet Pharao? *Exod. 6.*

Cunctus populus dixit Moyſi vna voce: Omnia verba Domini, quæ loquutus eſt, faciemus. Et paulò pòſt aſſumēs Moyſes volumen fœderis legit audiente populo qui dixerunt: Omnia quæ loquutus es faciemus. *Exod. 24.*

Eglon Rex Moab, ſedebat in æſtiuō cœnaculo, dixit ad eum Ehud, ſiue Aod: Verbum Dei habeo ad te. Qui ſtatim ſurrexit de throno, quaſi reuerentiam exhibens verbo Dei. *Iudith 3.*

Bene docuit Samuelem Heli vt diceret Domino loquenti ſibi, Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. *1. Reg. 3.*

Achab Rex Iſrael nolebat audire Michæam Prophetam Dñi, qui non Prophetabat bonum, ſed malum, Vocatus tamen Michæas dixit ei, Audi ſermonē Domini. *3. Reg. 22.*

Eſdras attulit librum Legis, & legit in eo apertè, de mane vſque ad mediam diem, & aures omnis populi erant erectæ ad librum. Et ſequitur, Flebat omnis populus cùm audiret verba legis. *2. Eſdr. 8.*

Reſpondens Iob Domino dixit: Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te, idcirco me reprehendo, *Iob. 42.*

& ago

& ago pœnitentiam in fauilla & cinere.

Ierem.26 Factum eſt verbū Domini ad Iere. Noli ſubtrahere verbum Dei, ſi fortè audiant. & auertatur vnuſquiſque à via ſua mala & pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum.

Ezech.3. Dixit Dominus Ezechieli: Vade ad domum Iſrael, & loqueris verba mea ad eos. Sequitur, Domus Iſrael noluit audire te, quia nolunt audire me.

Ionæ 3. Verbum Ionæ peruenit ad regem Niniue, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere.

Matt.7. In fine ſermonis in monte; dixit Dominus: Omnis qui audit verba mea, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram.

Matt.6. Herodes Tetracha metuebat Io. Baptiſtam, & cuſtodiebat eum, & audito eo, multa faciebat, & eum libenter audiebat.

Luc.5. Cùm turbæ irruerent in Dominum Ieſum, vt audirent verbum Dei, ſedēs docebat de nauicula turbas, Petrus cum ſociis, deductis ad terrā nauibus, iis relictis ipſe cum ſociis ſecuti ſunt dominum.

Luc.10. Maria ſoror Marthæ, ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius, & audiuit tandem Dominum dicentem: Ma-

ria

ria optimam partem elegit,&c.

Extollenti vocem mulieri, & dicenti: Beatus venter qui te portauit. Reſpondit Dominus: Quinimo. Beati qui audiunt verbum Dei,& cuſtodiunt illud. *Luc.* 11.

Inſtante dominica paſſionis,legitur:Erat docens quotidie in templo, & poſt pauca: Oīs populus ſuſpenſus erat audiens illū. *Luc.* 19.

Duo diſcipuli Domini Ieſu, euntes in caſtellum nomine Emaus,loquentes adinuicem de iis,quæ tempore dominicæ paſſionis acciderant, meruerunt habere ſocietatem illius,de quo loquebantur. *Luc.* 24.

Facto ſermone ad plebem in die Pētecoſtes poſt aduentum ſpiritus S. dicitur: His auditis, compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apoſtolos: Quid faciemus viri fratres? Et Baptizati ſunt circiter tria millia hominum. *Act.* 2.

Poſt ſanationem claudi, & ſermonem Petri, ſequitur: Multi qui audierant verbum,crediderūt:Et factus eſt numerus virorum circiter quinque millia hominum. *Act.* 3. & 4.

Conuocantes 12. Apoſt. multitudinem diſcip. dixerunt:Non eſt ęquum nos derelinquere verbum Dei,& miniſtrare mēſis. Nota tamen ꝙ illæ menſæ erant pauperum,& viduarū. Per quod datur intelligi, quòd opus prædicationis verbi Dei, præfertur *Act.* 6.

fertur operi miſericordiæ corporalis.

Eodem. Non poterāt reſiſtere Iudæi ſapiētiæ & ſpiritui, qui per B. Stephanum loquebatur.

Act. 8. Philippus deſcendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Chriſtum. Intendebant autem turbæ his, quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes.

Aperiens Philippus os ſuum, euangelizauit Eunucho Ieſum, & venientes ad quandam aquam, confeſſus eſt Eunuchus ſe credere, & baptizauit eum.

Act. 9. De Saulo quem dn̄s Ieſus excæcauerat corporaliter, & illuminauerat ſpiritualiter, dixit ipſe dn̄s in viſu Ananiæ: Vade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus.

Act. 10. Noluit dominus inſtruere Cornelium per Angelum, ſed mandauit ei vt accerſiret Simonem Petrum, & ille doceret eum, & diceret, quid eum facere oporteret.

Eodem. Loquente Petro, cecidit ſpiritus S. ſuper omnes qui audiebant verbum illius.

Act. 13. Audientes gentes quòd Iudæi repellebant verbū Dei, & quòd Paulus & Barnabas volebant prædicare eis, & gauiſi ſunt, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.

Act. 14. Factum eſt Iconij, vt Paulus, & Barnabas ingrederentur ſynagogam, & loquerentur,

rentur, ita vt crederet Iudæorum & Græcorum copioſa multitudo.

Quædã mulier nomine Lydia purpuratia audiuit Paulũ loquentẽ, cuius cor dñs aperuit, & baptizata eſt cum domo ſua. *Act.6.*

Cùm audiſſent Athenienſes Paulũ loquẽtẽ, de reſurrectione mortuorũ, quidam irridebant, quidã verò dixerũt: Audiemus te de hoc iterũ. Sic Paulus exiuit de medio eorum, quidam verò ad hærẽtes ei crediderũt in quibus Dionyſius areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis. *Act.17.*

Veniens Paulus Berrhœam, intrauit ſynagogam Iudæorum, & quidã ſuſceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie ſcrutantes ſcripturas ſi hæc ita ſe haberent. Et multi crediderunt ex eis. *Act.17.*

Manſit Paulus Epheſi per biennium quotidie diſputans in ſcola tyranni cuiuſdam, ita vt omnes, qui habitabant in Aſia audirent verbum Dei. *Act.19.*

Poſtquam Rex Aggrippa audierat Paulum, dixit ei: In modico ſuades me Chriſtianum fieri. *Act.26.*

De apparitionibus factis ſanctis patribus.

CAP. XXX.

ANte peccatum, loquutus eſt dñs ad Adam, poſt peccatum ad Adam, & Euam, & ad ſerpẽtem. Cain etiam monuit *Gen.2.& 4.*

ante fratricidium, & poſt durè arguit eũ.

Gen. 6.7. & 9. Noë præcepit dominus, vt faceret arcam, deinde, vt ingrederetur in eam. Et poſt exiccationẽ terræ, præcepit, vt egrederetur de arca. Deinde benedixit dominus Noë & filiis eius & dixit ad eos: Creſcite & multiplicamini.

Gene. 12. Dixit dominus ad Abraham: Egredere de terra tua & de cognatione tua. Eodem cap. Apparuit dominus Abrahæ, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc.

Gene. 14. & 15. Poſt captiuitatem & liberationem Loth, proximo cap. Factus eſt ſermo domini ad Abraham per viſionem, deinde apparuit ei dominus, & dedit ei præceptum circuncíſionis.

Gen. 18. Apparuerunt ei tres viri, &c. Tunc audiuit certum tempus filij naſcituri.

Gen. 19. Venerunt duo Angeli, ſedente Loth in foribus ciuitatis, qui cum vidiſſet eos, ſurrexit, & iuit obuiam eis, & adorauit eos.

Gen. 20. Venit dominus ad Abimelech per ſomnium & ait illi: En morieris propter mulierem quam tuliſti, habet enim virum.

Gen. 21. Cùm durè accepiſſet Abraham verba Saræ, conquerentis de ancilla & filio eius, dixit ei dominus: Non tibi videatur aſperum ſuper puerum.

Gen. 21. Apparuit Angelus in deſerto Agar ancillæ

cillæ & filio.

Tentauit Deus Abraham, & dixit ad eũ. Tolle filium tuum, &c. Et poſtquã extẽdiſſet gladiũ, ecce Angelus domini, &c. *Gene.22.*

Apparuit dominus Iſaac in Gerata ac poſtea in Cerſabee, dicens: Ego ſum Deus Abraham patris tui, &c. *Gene.26.*

Apparuit Iacob multoties, eunti ad Laban, Geneſ 28. & redeunti. c. 31. vbi etiam dixit Laban in ſomnis: Caue ne quicquam aſpere loquaris contra Iacob. Et poſt loquutus eſt Dominus pluries ad Iacob. *Gene.28. 31.& 32.*

Quoties apparuit Moyſi, & loquens fuerit, nimis longum eſſet dicere: videatur. Exod. c. 3. & ſeq. *Exod.per totum.*

Legitur quoque Dñs fuiſſe loquutus Balaan dormiẽti, & eidẽ ſedenti ſuper aſinã, quæ vidit Angelũ quẽ Balaã non vidit, *Num.22.*

Pluries etiam loquutus eſt Dñs ad Ioſue, ſicut apparet Ioſue c. 1. 4. 5. 7. & 13.

Poſt mortem Ioſue conſuluerunt filij Iſrael dominum, dicentes: Quis aſcendet ante nos? Dixitq; dominus: Iudas aſcẽdet. *Iudich. 1.*

Aſcendit Angelus domini ad locum flentium, & ait: Eduxi vos de Ægypto. *Iudich.2.*

Venit Angelus Domini, & apparuit Gedeoni, & ait: Dominus tecum. *Iudich.4.*

Apparuit Angelus domini vxori Manue, & alia vice apparuit Manue pari- *Iudith.13*

ter & vxori eius.

Iudith.20 Filij Iſrael cõgregati vt pugnarent contra Beniamin, conſuluerunt dñm, quibus ait, Quòd Iudas eſſet dux exercitus. Licet autem bis fuerint debellati, tamen dixit eis dominus quod pugnarent.

1.Reg.3. Vocauit dominus Samuel quater, tandem ait, Loquere domine, quia audit ſeruus tuus, iuxta conſilium quod dederat ei Heli ſacerdos, ſequitur: Addidit dominus vt appareret in Sylo.

2.Reg.2. Quando Dauid debebat committere prælium frequenter conſulebat dominũ, qui ſemper legitur ei reſpondiſſe, vt patet in multis locis 2.Reg. per totum.

3.Reg.3. Apparuit dominus Salomoni dicens: Poſtula quod vis.

3.Reg.9. Cũ perfeciſſet Salomon ædificiũ domus dñi & domus regis apparuit ei dominus, dixitque ad eum. Exaudiui orationẽ tuam.

3.Reg.11 Eidem loquutus eſt increpans eum durè propter ſcelera ab eo commiſſa.

3.Reg.19 Eliæ fugienti à facie Iezabel, apparuit, Angelus dñi, qui ei panem & aquã oſtendit, dñs quoque in ſibilo auræ tenuis.

4.Reg.6. Eliſeo ar exercitu Syrorum circundato, apparuerunt multi Angeli, defendentes eum, quos & puer eius vidit, ad ſimilitudinem equorum & curruum igneorum.

Lon

Longo tempore durauit apparitio Raphaëlis Angeli,quē dominus miſit ad curandū Saram.Tob.5.& infrà vſque in fi.

Multas mirabiles viſiones diuerſi prophetæ viderunt.Eſa.6.Ier.1. De virga vigilante, & de olla ſuccenſa. Item Ier.24. De duobus calathis ficubus plenis,præcipuè verò Ezechiel,Daniel, Amos,Zacharias, pleni ſunt imaginariis viſionibus, quas exprimere longum eſſet.

Volente Heliodoro ſpoliare templum, & depoſita aſportare, apparuit quidam equus,terribilem habens ſeſſorem. *2.Mac.3*

Cùm vehemens pugna eſſet inter Timotheum & Iudam Machab apparuerunt quinque viri in equis,frenis aureis decorati,ducatum Iudæis præſtantes,è quibus duo Machab.medium habētes armis ſuis circunſeptum,incolumen ſeruabant. *2.Ma.10*

Euntes Iudæi ad prælium contra exercitum magnum Lyſiæ, Machabæo duce, apparuit præcedens eques in veſte candida,armis aureis,haſtam vibrans. *2.Ma.11*

Angelus Domini legitur ter apparuiſſe Ioſeph.Primò,Cùm eſſet adhuc dominus in matris vtero. Secundò, Cùm natus ex vtero.Tertiò,Cùm eſſet in Ægypto. *Matt.12*

Super dominum baptizatum,Spiritus S. in columbæ ſpecie viſus eſt, paterna vox *Matt.12.* *Luc.3.*

Et apparuerunt eis diſpertitæ linguæ tanquam ignis.

Stephanus plenus Spiritu ſancto intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & ait: Ecce video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei. *Act.6.*

Cùm appropinquaret Saulus Damaſco, vt caperet Chriſtianos, ſubito circunfulſit eum lux de cœlo, & audiuit dominum Ieſum Nazarenum dicentem ſibi: Saule quid me perſequeris? & conſequenter apparuit Ananiæ. *Act.9.*

Cornelius Centurio vir religioſus & timens Deum, vidit manifeſtè, quaſi hora diei non angelum Domini dicentem ſibi: Corneli, mitte viros in Ioppen, & accerſe Simonem Petrum, hic dicet tibi, quid te te oporteat facere. *Act.10.*

Orante Petro & eſuriente, cecidit ſuper eum mentis exceſſus, & vidit cœlum apertum, ac deſcendens ad ſe vas quoddã velut linteum magnum, quatuor initiis alligatum ſubmitti è cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia terræ, beſtiæque & reptilia, & volatilia cœli. *Eodem.*

Angelus Domini aſtitit, & refulſit lumen in habitaculo carceris, in quo erat dormiens Petrus, vinctus catenis duabus, percuſſóque latere Petri, excitauit *Act.12.*

eum, dicens: Surge velociter.

Act. 16. Cùm Paulus & Sylas tranſiſſent Myſiã, deſcenderunt Troadem, viſio per noctem Paulo oſtẽſa eſt. Vir Macedo quidam erat, ſtans & deprecans eum, dicens. Tranſiens in macedoniam adiuua nos. Dixit Dominus nocte per viſionem Paulo, Noli timere, loquere, ne taceas.

Act. 23. Quadam nocte Dominus aſſiſtens Paulo, ait illi: Conſtans eſto Paule, ſicut teſtificatus es de me in Ieruſalem, ſic & Romę te oportet teſtificari.

Act. 27. Conſolari volens Paulus ſocios ſuos, tempore tempeſtatis, ſuaſit eis bono animo eſſe, dicens: Aſtitit mihi Angelus hac nocte, dicens: Ne timeas Paule, Cæſari te oportet aſſiſtere, Et ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum.

Apoc. 1. Beatus Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta exilio relegatus, in Pathmos inſulam vidit Chriſtum in medio ſeptem candelabrorum aureorum, & mirabilibus reuelationibus totus liber plenus eſt.

De bonis Angelis. CAP. XXXI.

Gen. 18. ANgelus apparuerunt Abrahæ, & erga eum ſe familiariter habuerunt.

Gen. 9. Apud Loth hoſpitati fuerunt Angeli & quaſi piam ei violentiam facientes, ipſum de periculo extraxerunt.

Ange

Angelus Domini vocauit Abraham, & prohibuit, ne filium immolaret, & magna ei propter obedientiam promiſit. *Gene.22.*

Fugiens Iacob Eſau fratrem ſuum, vidit angelos aſcendentes, & deſcendentes per ſcalam. *Gene.28.*

Redeunti Iacob à ſeruitio Laban ad Iſaac patrem ſuum, Angeli ad eum, ſcilicet, protegendum obuiauerunt ei. *Gene. 32.*

Angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſrael quando recedebat populus de Ægypto, ſtetit inter caſtra Ægyptiorum, & caſtra Iſrael. Vnde in Exod. Ecce ego mitto Angelum meũ qui præcedat te, & cuſtodiat in via & introducat ad locum, &c. *Exod.13.*

Stetit Angelus Domini in via contra Balaam, qui ſedebat ſuper aſinam. *Num.22.*

Angelus Domini increpauit filios Iſrael qui iurauerunt amicitiam cum habitatoribus terræ Chanaan, memorans beneficia eis à Deo collata. *Iudic.2.*

Apparens Gedeoni Angelus Domini confortauit eum & animauit eum ad liberationem populi. *Iudci.6.*

Vxori Manue ſterili apparuit Angelus conceptionem filij prædicans, & abſtinẽtiam inducans, ac poſtea iterum eidem coram viro eius apparuit. *Iudith.13.*

Numerato populo ad mandatũ Dauid *2.Reg.24.*

miſit Dominus peſtilentiã in Iſrael. Cúmque extendiſſet manum ſuam Angelus Domini ſuper Ieruſalem, vt diſperderet eam, videns Dauid Angelum cædentem populum ait: Ego ſum qui peccaui.

3.Reg.19 Fugientem Eliam à facie Iezabel peſſimæ reginæ, angelus Domini confortauit & ſobrio cibo eum refecit.

2.Reg.1. Et Angelus reuelauit eidem, quid reſpondere deberet nunciis Ochoziæ.

4.Reg.6. Plures Angeli boni erant cum Eliſeo ad eum defendendum, quàm cum aduerſariis eſſent mali homines ad nocendum.

4.Reg.19 Venit angelus Domini, & percuſſit vna nocte centum octoginta quinque millia hominum, de exercitu regis Aſſyriorum.

Tob.5.& per totũ. Raphael angelus qui fuit dux Tobiæ, ipſum à deuoratione piſcis eripuit: vxorem eius à dæmonio liberauit, patri cæco viſum reſtituit, & per eum tam parentes, quàm ſocij fuerunt multiplici conſolatione repleti.

Iudith.13 Viuit Dñs, ait Iudith: Quoniam cuſtodiuit me angelus eius, & hinc euntem, & ibi cõmorantẽ, & inde huc reuertentem.

Eſa.6. Volauit ad Eſaiam vnus de Seraphin & mundauit eum calculo, quem forcipe tulerat de altari.

Dan.3. Angelus Domini deſcendit cum Azaria

ria, & ſociis eius in fornacem ignis.

Daniel in lacu leonum exiſtẽs, dixit Dario regi ad ipſum veniẽti: Deus meus miſit angelum ſuũ, qui cõcluſit ora leonum. *Dan.6.*

Reuelata ſunt Danieli multa & magna myſteria, per miniſterium angelorum: poſtmodum angelus Domini Abacuc prophetam de Iudæa, in Chaldæam tranſtulit, vt ferret prandium Danieli. *Dan.10. & 11. Dan.14.*

Machabæus, & qui cum eo erant, rogabant Dominum, vt bonum Angelũ mitteret, ad ſalutem Iſrael. Sequitur: Apparuit præcedens eos eques in veſte candida. *2.Mac.11*

Ad annunciandũ conceptionem Ioannis Baptiſtæ, apparuit angelus Domini Gabriel Zachariæ. *Luc.1.*

Ad annunciandum conceptionem Saluatoris, miſſus eſt idem Angelus à Deo in ciuitatem Dauid. *Eodem.*

Rurſus etiam nato Domino, Angelus Domini ſtetit iuxta paſtores, & facta eſt cum angelo multitudo militiæ cœleſtis exercitus laudantium, &c. *Luc.2.*

Angelus Domini legitur etiã apparuiſſe Ioſeph, & ei locutus eſſe. Primò, ante natiuitatem Domini, Noli timere accipepere Mariã coniugẽ tuam. Secundò, poſt adorationem Magorum, Surge & accipe puerum tuũ & fuge in Ægyptum. Tertiò, poſt *Matt.12.*

poſt mortem Herodis, Accipe puerum & matrem eius & vade in terram Iſrael.

Matt. 4. Poſt receſſum tentatoris à Domino legitur: Ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.

Luc. 22. Poſt cœnã oratione facta in horto apparuit illi Angelus de cœlo cõfortans eũ.

In eius reſurrectione Angelus Domini deſcendit de cœlo. Ioan. 20. Matt. 28. Marc. 16. Luc. 24.

Act. 1. In eius aſcẽſione. Ecce duo viri aſtiterũt.

Act. 5. Principes ſacerd. & omnes qui cum illis erant iniecerunt manus in Apoſt. & poſuerunt eos in cuſtodia publica. Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuam carceris eduxit eos, & dixit: Ite & loquimini in templo plebi.

Act. 8. Angelus Domini dixit ad Philippum: Surge & vade meridiem verſus, &c.

Act. 10. Cornelius vidit manifeſtè Angelum hora diei nona, introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi: Corneli, &c.

Act. 12. Et dormiente Petro in Herodis carcere Angelus aſtitit.

Eodem. Herodes Rex veſtitus veſte regali ſedebat pro tribunali, populus ei acclamamabat: Voces Dei non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, & conſumptus à vermibus expirauit.

Aſtitit

Aſtitit Angelus Paulo in naui,ſuadẽs eum *Act.* 17.
bono animo eſſe,dicens:Ne timeas Paule.

Significauit Deus quæ oportet fieri ci- *Apoc.* 1.
to poſt hoc loquens ſeruo ſuo Ioanni, qui
teſtificatus eſt,&c. Et totus liber ille ple-
nus eſt angelicis reuelationibus.

De ſpiritibus malis. CAP. XXXII.

SPiritus mali, dicuntur eſſe Dei, quia ſunt in poteſtate Dei, & per Deum poſſunt quicquid poſſunt.

Spiritus Dei malus exagitabat Saul. 1.Reg.16.

Dæmonium occidit ſeptem viros Saræ *Tob.* 3.6.
filiæ Raguelis, ſed fuit eiectum per boni *&* 8.
angeli Raphaelis aduentum.

Super animalia Iob,& domum, vbi fi- *Iob.* 1.2.
lij comedebant,& ſuper corpus ipſius Iob
Sathan tantum potuit, quantum proui-
dentia diuina permiſit.

Spiritus malus, fecit hominem ſæuum *Matth.* 8.
vel crudelem.Occurrerunt enim domino
duo habentes dæmonia ſæui nimis.

Facit quoque hominem immundum, *Luc.* 8.
nam illi duo dæmoniaci ſæui nimis, ha-
bitabant in monumentis, & dæmones
petierunt intrare porcos,non agnos.

Vnus eorum famoſior,veſtimento non *Luc.* 8.
induebatur,in domo non habitabat, vin-
ciebatur cathenis & compedibus cuſto-
ditus

tus, etiam ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deſerto.

Matt. 9. & 17. *Marc.* 9. *Luc.* 9. Facit quoque hominem cæcum & mutum. Item cùm apprehenderit eum allidit illum & ſpumat, & ſtridet dentibus, & areſcit, & frequenter eum in aquam & in ignem mittit, vt eum perdat.

Marc. 1. *Luc.* 4. Laudes malignorum ſpirituum dominus recuſabat. Obmuteſce & exi ab eo.

Matt. 8. *Luc.* 8. Poteſtatem dęmonū paruam eſſe ex hoc patet, q̃ nec in porcos potuerunt intrare, niſi petita à Chriſto licentia, & obtenta.

Luc. 10. Prohibuit Dñs ne gauderent diſcipuli: ſi ſpiritus maligni ſubiicerentur eis, quaſi hoc magnū ab eis nō debuiſſet reputari.

Act. 19. Puella quædā habēs ſpiritū phytonem, clamabat multis dibus poſt Paul. & ſocios eius. Dolens autem Paul. conuerſus eſt ad ſpiritū, & dixit: præcipio tibi in virtute, & in nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, exire ab ea, & exiit eadem hora. Nota: Non curabat Paul. doctrinam veritatis confirmari, per ſpiritum falſitatis.

Act. 19. Quidā Iudæi tentauerūt inuocare ſuper eos qui habebant ſpiritus malos, nomen Dñi noſtri Ieſu Chriſti, dicentes: Adiuro vos per Ieſum, quem paulus prædicat. Reſpondens autem ſpiritus nequā, dixit: Ieſum noui, & Paulum ſcio, vos autē qui

eſtis

eſtis: & inſiliens homo in eos, in quo erat dæmonium peſſimum, dominatus eſt eorum & inualuit contra eos, adeò quòd nudi & vulnerati recederent à domo illa.

De immortalitate rationalis animæ.

CAP. XXXIII.

PEr hoc quod dicitur de Abrahã: Congregatus eſt ad populum ſuum, innuitur quod in alio ſeculo haberet populum, ſcilicet homines qui bene vixerant, ſicut & ipſe. *Gen.25.*

Simile habetur de Iſaac, Appoſitus eſt populo ſuo. Et de Iacob, Gen.47. *Gen.35.*

Quum crederet Iacob mortuum eſſe Ioſeph Deſcendã, inquit, ad filium meum, lugens in infernum. Vnde credebat eum ibi eſſe ſecundum ſpiritum. *Gen.37.*

Fratres Ioſeph volentes dicere, quòd vnus fratrum ſuorum mortuus eſſet dicebant: Duodecim fratres ſumus filij viri vnius, minimus cum patre noſtro eſt, alius non eſt ſuper. *Gen. 42.*

Apparens dominus Moyſi in rubo, dixit: Ego ſum Deus Abraham, Iſaac &c. Per hoc probat Saluator noſter reſurrectionem mortuorum, non eſt, inquit, Deus mortuorum, ſed viuentium. *Exod.3.* *Matt.22*

De Chore & complicibus eius dicitur: Deſcenderunt viui in infernum, operti *Num.16.*

humo,

humo, & perierunt de medio multitudinis. Per hoc patet quòd in inferno viuant mali ſecundum animas.

1.Reg.26 Si Saul crediditſet Samuelem penitus, quantum ad animam fuiſſe extinctum, non petiuiſſet ipſum ſuſcitari.

2.Reg.12 Mirantibus ſeruis Dauid, quòd ipſe pro mortuo paruulo non ploraret, dixit: Ego vadam ad eum, ille verò non reuertetur ad me.

2.Reg.18 Cum ſuſpẽſus & tribus lanceis cõfoſſus *Aug. 3. de doctri. Christ.* Abſalon interiiſſet, Dauid lachrymabiliter planxit eũ. Et vt Aug. in lib. de Doctr. Chriſt. ait: Non orbitatem filij doluit, ſed quia nouerat in quas pœnas tam impiè adultera, & parricidialis anima raperetur. Nanque alio prius filio, qui innocens erat pro quo ægrotante affligebatur, moriente, lætatus eſt. Vt 2. Reg. 12. habetur.

3.Reg.17 Orauit Elias pro ſuſcitatione filij hoſpitæ ſuæ, dicens: Domine Deus meus reuertatur oro anima huius pueri in viſcera eius. Frequenter legitur in libr. Reg. Dormiuit cum patribus ſuis. Quodquidem nullatenus de brutis animalibus poteſt dici. Vnde probatur eos viuere poſt mortem, & poſtea reſurrecturos eſſe, ſicut in dormiente apparet.

Tob.2. Ex verbis quæ dixit Tobias, increpans ſtulte

ſtultitiam propinquorum, patet manifeſtè, quòd anima viuat poſt ſeparationem à corpore. Filij, inquit, ſanctorum ſumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt his qui fidē ſuam nunquam mutant ab eo. Item in oratione poſtea, dixit: Domine ſecundùm voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace, &c. *Eod.3.*

Addidit Dñs omnia, quæcūque fuerant Iob duplicia, ſed tantum dedit ei ſeptem filios, & tres filias ſicut prius, eo quòd ſecundùm Gregor. primi non reputabantur mortui, cùm eorum animæ viuerent. *Iob.3. & 42.* *Greg. vlt. moral.*

Valde expreſsè dixit Salomon in fine Eccleſiaſtes lib. Reuertatur puluis in terram ſuam, vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. *Eccl. vlt.*

Ex verbis illis. ſ. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniā, &c. quæ dicunt damnati in inferno, oſtenditur tam malos quam bonos in alio ſeculo viuere. *Sap. 5.*

De Nabuchodonoſor rege Babylo. dicitur ad literā: Ex quo dormiſti, in morte ſ. non aſcēdit qui ſuccidat nos. Infernus ſubter te conturbatus eſt in occurſum aduentus tui. Et poſtea: Detracta eſt, ad inferos ſuperbia tua. Et plura ponuntur ibi per quæ patet illū non penitus interiiſſe, ſed ad infernum eius animam deſcendiſſe, *Eſa.14.*

2.*Mac.*8. Dum ſuaderetur Eleazaro, vt ſimularet ſe de carnibus ſacrificij comediſſe, dixit: etſi in præſenti tempore ſuppliciis hominum eripiat, ſed manum omnipotentis, nec viuus, nec defunctus effugiam.

2. *Mac.*7 Vnus ſeptẽ illorũ fratrũ, dixit? De cœlo iſta poſſideo, ſed & propter Dei leges hæc ipſa deſpicio. Quoniam ea ab ipſo me recepturum ſpero. Similiter in verbis matris eius & aliorum patet, quòd quantum ad animam, non credebat ſe perire.

1.*Ma.* 14 Raxias complexus inteſtina ſua proiecit ſuper turbas inuocans dominatorem terræ ac ſpiritus, vt hæc illi iterum redderet, & ſic obiit.

Mat. 10. Monens, ac etiam muniens diſcipulos, quos mittebat Saluator, ait: Nolite timere illos, qui occidunt corpus, animam verò non poſſunt occidere, ſed potius timete eum, qui poſtquam occidit, habet poteſtatem mittendi in gehennam.

*Luc.*16. Nota in eo quod narrat Dominus de diuite & Lazaro, non videtur parabola aliqua vel ſimilitudo. Vnde videtur fuiſſe hiſtoria manifeſta, & ſic apparet eſſe, ſiue bonorum ſiue malorum animas immortales, & recipere poſt ſeparationem à corpore, prout in corpore meruerunt.

Eodem. Exemplo villici iniquitatis, qui fecit amicos

amicos de bonis dñi ſui, concludit Dñs, dicens. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Quod fruſtra eſſet dictum, ſi anima poſt ſeparationem à corpore, ſeu poſt mortem corporis nullum haberet receptaculum.

Deuotã & rectam fidẽ de anima habebat S.Stephanus, qui cum lapidaretur dicebat, Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritũ meum. *Act.7.*

Ex verbis egregij doctoris Pauli, animam viuere poſt ſéparationem à corpore manifeſtè apparet. *1.Cor. 15.*

Cùm dicit, Infœlix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. *Rom.7.*

Idem, Scimus, inquit, quoniam ſi terreſtris domus diſſoluatur, quòd ædificationem habemus ex Deo domum non manu factam, ſed æternam in cœlis. *2.Cor. 5.*

Et ad Philip. Deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto. Talia certè non diceret, niſi certus eſſet de alia vita. *Phil.1.*

De fide, quam homo debet habere ad Deum.

CAP. XXXIIII.

CRedidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiã. Nota: Quod credidit Deo, promittenti rem valde difficilẽ. *Gene. 15 & Ro.4.*

Tranſlato mari rubo, & exercitu Pharaonis ſubmerſo, timuit populus Domi- *Exod. 14*

num, & crediderunt Domino & Moyſi.

Num.20. Vſque ad aquas contradictionis, fideliter credidit Moyſes cunctis verbis Domini, ſed ibi aliqualiter hæſitauit.

1. Re.14. Credidit Ionathas cùm dixit armigero ſuo: Non eſt Domino difficile ſaluare, vel in multis, vel in paucis.

1.Reg.17 Magnam fidem habuiſſe oſtenditur Dauid, cùm pugnaturus contra Goliath gigantem, dixit: Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini.

3.Par.14 Magnæ fidei verbũ protulit Aſa, cum dixit, Dñe, non eſt apud te vlla diſtantia, vtrum in paucis auxilieris aut in pluribus.

2.Par.20 Dixit Ioſaphat rex Iuda exercitui ſuo ad pugnam congregato: Credite in Domino Deo veſtro, & ſecuti eritis: Credite prophetis eius, & cũcta venient proſpera.

2.Eſdr.8. Fide Eſdras vẽturus in Ieruſalẽ, propter magnã & periculoſam viam noluit petere conductum ab rege, ſed conuertit ſe ad ieiuniũ & orationẽ Deo ſe commendans.

Nehem.4 Videns Nehemias tot imminere pericula & labores, ædificantibus magna fide dixit, Deus noſter pugnabit pro populo, & nos ipſi faciamus opus.

Dan. 3. Magnæ fidei verbum protulerunt ſocij Danielis regi Nabuchodonoſor, dicentes:

centes: Deus noſter quem colimus, poteſt nos eripere de camimo ignis, & de manu tua liberare, quòd ſi noluerit, notum ſit tibi, quòd deos tuos non colimus.

Multa fide orauit Suſanna, dicẽs: Deus æterne, q abſconditorũ es cognitor, &c. *Dan.13.*

Magnæ fidei fuerunt Niniuitæ, qui credentes Ionæ pœnitentiam egerunt. *Ionæ 3.*

Fide Iudas Machab. ſociis ſuis timentibus, dixit: Facile eſt concludi multos in manibus paucorum, & non eſt differentia manus Dei liberare in multis aut in paucis. Quia non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cælo fortitudo eſt. *2.Mac.3.*

Fide Eleazarus dixit his, qui volebant eũ mortẽ euadere, ſimulãdo ſe de ſacrificij carnibus manducare: Manus Omnipotentis, nec viuus, nec defunctus effugiã. *2.Mac.6.*

Ex abundanti fide mentis procedebãt verba illorum ſeptem fratrum, & matris ipſorum, qui variis ſuppliciis interire maluerunt, quàm patrias leges præuaricari. *2.Mac.5.*

Zachariæ patri Ioaanis Baptiſtæ, dixit Angelus: Ecce eris tacens, & non poteris loqui: vſque in diem quo hæc fiant, pro eo quòd non credidiſti verbis meis. *Luc.1.*

Elizabeth repleta Spiritu ſancto beatam virginem ſpecialiter laudauit, Beata, ait, quæ credeſti, &c. *Eodem.*

Mat. 2. Mira fides in illis tribus Magis fuiſſe probatur, qui in Bethlehē ab Oriente venerunt, & inuenientes puerū cū paupercula matre, humiliter adorauerunt, & myſticas ei munerum ſpecies obtulerunt.

Matt. 2. *Luc. 7.* Meritò cōmendatur à Dño fides Centurionis, qui dixit: Dño non ſum dignus, &c Sequitur: Non inueni tantam fidem, &c.

Matt. 9 *Luc. 5.* Multum poteſt valere cuilibet fides propria. ſi tantum paralytico valuit fides aliena, Videns Ieſus fidem illorum, dixit: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, & ſtatim integraliter ſanauit.

Matt. 6. Mulier fluxum ſanguinis patiens intra ſe ait: Si tetigero tantum veſtimenta eius, ſalua ero. Sequitur, Confide filia, fides tua ſaluam te fecit. Duo cæci fide ſanantur.

Ibidem. *Matt. 13* Non fecit Dñs Ieſus virtutes multas in patria ſua propter incredulitatē illorum.

Math. 14 Quando Petrus ambulans ſuper aquas cœpit mergi arguit eū D ñs de defectu fidei, dicens: Modicæ fidei, quare dubitaſti?

Matt. 15. *Marc. 7.* Commēdatur à Domino mulier Chananea, cui dixit: O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis .

Mat. 16. Magnæ fidei verbum dixit Petrus Domino interrogāti, quid homines dicerent de eo: Tu es, inquit, filius Dei viui.

Luc. 2. Mira fides fuit Magdalenæ, idcirco iuſtè

iuſtè à Domino exaudiri meruit, Fides tua te ſaluam fecit.

Credens iam pater pueri lunatici, humiliter ſibi fidem augeri petebat, & cum lachrymis aiebat: Credo Domine, adiuua incredulitatem, &c. *Matth.9.*

Thomæ Dominus dixit: Infer digitum tuum, &c. noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Quia vidiſti, credidiſti. Beati qui non viderunt & crediderunt. *Ioan. 20.*

Die Pentecoſtes poſt primã Petri prædicationẽ, poſt Spiritus ſancti receptionem, circiter tria millia hominum crediderunt. *Act.2.*

Cum ſanatus eſſet claudus, alloquutus eſt mirantẽ & ſtupentẽ turbã Multi autem qui audierunt verbum crediderunt. Et factus eſt numerus virorum quinq; millia. *Act.3 4*

Elegerunt Apoſtoli Stephanum virum plenum fide & Spiritu ſancto. *Act.6.*

Eunuchus ait Philippo: Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et reſpondens Eunuchus, ait: Credo Dei filium eſſe Ieſum Chriſtum. Et tunc Philippus baptizauit eum. *Act.8.*

Saulus & Cornelius modo vario, ſed vtroque ædificatorio ad fidem Chriſti fuerunt adducti. *Act 9. & 10.*

Quidam Cyprij & Cyrenæi, cùm intro- *Act.11.*

iſſent Antiochiam, loquebãtur ad Græcos annũciantes Dominum Ieſum, multúſque numerus conuerſus eſt ad Dominum.

Act.13. Proconſul Paulus, videns quomodo ad verbum Pauli Apoſtoli Elymas magus, qui reſiſtebat ei excæcatus fuit, credidit, admirans ſuper doctrina Domini.

Eodem. Paulo & Barnaba dicentibus Iudæis, Nobis oportebat primũ loqui ſermonem Dei, ſed quoniam repellitis illum ecce conuertimur ad gentes. Audientes autem gentes gauiſæ ſunt, & glorificabant nomen Domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.

Act.14. Factũ eſt Iconij vt Paulus & Barnabas ſimul introirent in ſynagogam Iudæorum, & loquerẽtur ita, vt crederet Iudæorum & Græcorum copioſa multitudo.

Eodem. Quidam vir de ciuitate Lyſtris, qui nunquam ambulauerat, audiuit Paulum loquentem. Paulus autem videns ꝙ fidem haberet, vt ſaluus fieret, dixit ei, Surge ſuper pedes tuos rectus, & exiliuit, &c.

Act.16. Tranſeuntibus Paulo & Barnaba per diuerſas ciuitates, Eccleſiæ cõfirmabantur in fide, & abundabant numero quotidie.

Eodem. Cuſtos carceris in quo detinebantur Paulus & Silas, videns terræ motũ fieri, & carcerem aperiri, tremefactus procidit ad pedes

pedes eorũ, dicens : Dñi quid me oportet facere, vt ſaluus fiam? At illi dixerunt: Crede in Dominum Ieſum, & ſaluus eris.

Cùm Paulus diſputaſſet Athenis contra idololatriam, quidam viri, adhærentes ei, crediderunt, in quibus Dionyſius, &c. *Act. 17.*

De fidelitate homini ſeruanda.

CAP. XXXV.

SEruus Abrahæ Eliezer fideliter egit nunciũ à Dño ſuo ſibi cõmiſſum, quãdolui pro Rebecca ad domum Bathuelis. *Gene. 24.*

Fideliter ſeruiuit Iacob auũculo ſuo Laban, quando gregem ipſius paſcendo die noctéque æſtu vrebatur & gelu. *Geneſ. 13.*

Ioſeph erga dominum ſuum fideliter ſe habuit, qui vxorem eius tangere noluit. *Gen. 39.*

Idem erga Pharaonem in conſilio quod ei dedit, & in miniſterio quod ei exhibuit ſcilicet Ioſeph. *Gen. 41.*

Rahab meretrix fideliter egit cum exploratoribus quos miſerat Ioſue, & ipſe Ioſue egit poſtea fideliter cum eadem. *Ioſue. 26.*

Quamuis Gabaonitæ fefelliſſent Ioſue & filios Iſrael, tamen iuramenta & pacta eis ſeruauerunt, & eos cõtra hoſtes poſtea fideliter adiuuerunt. Ioſue 9. & 10.

Fideliter indicauit Dauid Ionathas irã patris ſui, & ipſum quantum potuit excuſauit, & poſtea confortauit. 1. Reg. 20.

1.*Reg.*22 Occiſio patre Abiathar occaſione Dauid, Ego, inquit Dauid, ſum reus omnium animarum patris tui: mane mecum, ne timeas, ſi quis quæſierit animã meam, quæret & animam tuam, mecúmq; ſeruaberis.

1.*Reg.*20. & 26. Noluit Dauid percutere dñm ſuum, licet malũ & perſequentẽ eum, cùm tamen ſi voluiſſet bis eum percutere potuiſſet.

1.*Reg.*31 Magnum fidelitatis ſignũ fuit, licet indiſcretè egerit armiger Saul: quando videns dominũ ſuũ eſſe mortuum noluit vltra viuere, ſed irruit ſuper gladium ſuũ, & mortuus eſt cum eo. Quid ergo facere debemus pro Domino, pro nobis crucifixo?

1.*Reg.*31 Viri Iabes Galaad fideliter ſe habuerunt ad Saul dominum ſuum, licet malum reuerenter ſepelientes eum.

2.*Reg.*11 Vrias Ethæus nolebat eſſe in delitiis, quandiu Ioab dominus ſuus laborabat in exercitu.

2.*Reg.*12 Inſtante captione ciuitatis Rabbath, quandiu obſederat Ioab, miſit ad Dauid, vt veniret, & illam caperet, vt domino ſuo non ſibi honor victoriæ deferretur.

2.*Reg.*15 Dum fugeret Dauid à facie Abſalon: dixit illi Ethai: Viuit Dominus, quoniam in quocunq; loco fueris, domine mi rex, ſiue in morte, ſiue in vita, ibi erit ſeruus tuus.

2.*Reg.*18 Noluerunt viri Dauid, quòd ipſe exiret cum

cum eis ad prælium, dicentes: Tu vnus pro decem millibus computaris. In quo apparuit quòd fideliter diligebant eum. Et infra c.21. Iam non egredieris nobiſcum ad prælium, ne extinguas lucernam in Iſrael. 2.*Reg.*21 1.*Reg.*20

Separatus omnis Iſrael à Dauid, ſecutusq́; eſt Sebam filium Bochri. Viri autem Iuda adhæſerunt regi ſuo tanquam fideles, videlicet, & conſtantes.

Tres viri robuſtiſſimi fideliter defenderunt Dauid pugnantem contra Philiſtiim, & attulerunt ei de aqua ciſternæ Bethlehem, quã cum deſiderio magno petierat. 3.*Reg.*23 2.*Par.*11

Valde fideliter egit Ioiada Pontifex cum Ioas filio Ioram regis Iuda, licet male recognouerit poſtea. 4.*Reg.*11.

Onias ſummus Pontifex, & alij ſacerdotes laborauerunt fideliter, viduarum & pupillorum depoſita cuſtodire. 1.*Mac.*3.

Commendat Dominus, fidelitatem ſeruorum qui multiplicauerunt ſibi tradita. *Mat.*25.

Cum multa fidelitate procurabat Paulus fieri collectas pro neceſſitatibus pauperum de Iudæa. *Luc.*19. 2.*Cor.*9.

Fideles & affectuoſas litteras miſit Paulus Philemoni pro Oneſimo ſeruo eius fugitiuo. *Philem.*

Diſcretum & fidele conſilium dederunt Paulo quidam de Aſiæ principibus, *Act.*19.

rogan

rogantes eum ne ſe daret in theatrum.

De quiete & mentis illuſtratione.

CAP. XXXVI.

Gen. 12. POſtquã exiuit Abrahã de Hur Chal-
13. 15. dæorum, crebro apparuit ei Dominus
17. 18. & eum diuerſis reuelationibus viſitauit.
21. 22. Apparuit Dominus Abrahæ in conual-
Gen. 18. le Mambre, ſedenti in hoſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei, &c. totum poteſt exponi de viro contemplatiuo.

Gen. 24. Habitabat Iſaac in terra Auſtrali, & egreſſus fuerat ad meditandum in agro.

Gen. 25. Factus eſt Eſau vir gnarus venandi & homo agricola: Iacob autem vir ſimplex habitabat in tabernaculis.

Gene. 28. Egreſſus Iacob de Berſabee, pergebat Aram: cúmque vellet in quodam loco requieſcere poſt ſolis occaſum, tulit de lapidibus qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo dormiuit in eodem loco, vidítque in ſomnis ſcalam ſtantem.

Gen. 42. Cùm maturè ſurrexiſſet Iacob, tranſiuit vadum Iaboch, tranſductiſq; omnibus quæ ad ſe pertinebant, remanſit ſolus, & ecce vir luctabatur cum eo, &c.

Exod. 3. Moyſes paſcebat oues ſoceri ſui, cúmque minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei Oreb, apparuítque ei Dominus in flamma ignis.

Videns

Videns Iethro Moyſen occupatum iudicando populum expectantem ad veſperam, dixit ei: Stulte labore conſumeris, & populus qui tecum eſt, eſto tu populo in his quæ ad dominum pertinent. *Exod.18*

Deſcendit dñs ſuper montem Sinay & vocauit Moyſen in cacumine eius, ibi reuelauit ei Deus iudicia & præcepta, & ceremonias, quæ populum docere debebat. *Exod.16*

Loquebatur dominus ad Moyſen, facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum.

Fuit Moyſes cum domino per quadraginta dies, & totidem noctes, panem non comedit, & aquam non bibit. *Exod.33 & 34.*

Dixit Dominus ad Moyſen: Aſcende ad montem iſtum Abarim, in montem Nebo qui eſt in terra Moab cõtra Iericho & vide terram quam daturus ſum filiis Iſrael. *Deut.32.*

Samuel dormiebat in templo Domini, & vocauit dominus Samuelem. *1. Reg.3.*

Cùm ſediſſet Rex Dauid in domo ſua & dñs dediſſet ei requiem vndiq; ab vniuerſis inimicis, dixit ad Nathan Prophetam: Vides quòd habitẽ in domo cedrina. *2. Reg.7.*

Eliæ fugienti à facie Iezabel oſtenſum eſt, quòd dominus non erat in ſpiritu grandi, nec in commotione, nec in igne, ſed in ſibilo auræ tenuis. *3.Reg.19.*

Per

4.Reg.3. Per ſimilitudinem rerum corporalium debet anima ſumere iudicium, vel ferri in Deum, in quo inſeparabiliter melius inuenitur, quicquid delectabile in creatura videtur. Vnde cùm caneret pſaltes coram Eliſeo, facta eſt manus domini ſuper eum.

4.Reg.4. Cùm Eliſeus attente voluit orare pro mortuo filio Sunamitis, non fecit hoc coram aliis, ſed clauſit oſtium.

Tob.3. Sara filia Raguelis, audito grandi improperio ab vna de ancillis ſuis, perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ, & trib. diebus & tribus noctibus non manducauit neque bibit, ſed in oratione perſiſtens cum lachrymis deprecabatur dominum.

Iudith 9. Videns Iudith populum ſuum in arcto poſitum, ingreſſa eſt oratoriũ ſuum, & induens ſe cilicio poſuit cinerẽ ſuper caput ſuũ, & proſternẽs ſe clamauit ad dominũ.

Heſter.14 Heſter regina confugit ad dominũ pauens periculũ, quod imminebat. Cumque depoſuiſſet veſtes, fletibus & luctu indumenta apta ſuſcepit, & deprecabatur dominum, Adiuua me ſolitariam.

Pſal.54. Poſt tribulationes & turbationes, quas ſubſtinebat Dauid, dicebat: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Et ſubdit modum acquirendi pennas & requiem. Ecce elongaui

fugiens

fugiens, & manſi in ſolitudine.

Cũ eſſet Ezechiel in medio captiuorũ *Ezec. 11.* facta eſt ſuper eũ manus domini, & vidit ꝙ ventus turbinis veniebat ab Aquilone.

Audiens Daniel crudelem ſententiam *Dan. 2.* contra ſapientes Babilonis latam, ingreſſus eſt domum ſuam, & de nocte per viſionem myſterium reuelatum eſt ei.

Dixit Gabriel Angelus ad Danielem miro feruore orantem: Egreſſus ſum, vt docerem te, & intelligeres, quia vir deſideriorum tu es.

Super cuſtodiam meã ſtabo ait Abacuc. *Aba. 2.* & figam gladium meũ ſuper munitionẽ & contemplabor, vt videã quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentẽ me.

Dimiſſa turba aſcendit dñs in montem *Matt. 14.* ſolus orare: veſpere autem facto, ſolus erat ibi: in quo exemplum dedit fugiendi turbas, & ſolitudinem inquirendi.

Ingreſſus eſt Zacharias templum do- *Luc. 1.* mini vt incenſum poneret, & omnis multitudo populi erat orans foris: tunc ei apparuit Angelus domini.

Martha circa miniſteriũ ſollicita & tur- *Luc. 10.* bata erat: Maria autem ſedens ſecus pedes dñi, audiebat verbũ illius. Et eſt notabile valde, quod tam pio & deuoto miniſterio præfertur quieta audientia verbi domini.

Videns

Ioan. 11. Videns Ieſus Mariam plorantem: & Iudæos qui venerant cũ ea plorantes, infremuit ſpiritu & lachrymatus eſt: quod nequaquã fecerat qñ loquuta eſt ei Martha.

Act. 2. Miro & ineffabili modo fuerunt diſcipuli domini docti & illuſtrati in aduentu Spiritus ſancti.

Act. 9. Poſtquã lux de cœlo Saulum circũfulſit & ipſe cadens in terram excęcatus fuit. Deinde per triduum ieiunans, & orans, excellentes reuelationes habuit à Chriſto.

Act. 10. Cũ hoſpitaretur Petrus in domo Simonis Coriarij, aſcẽdit quadam vice in ſuperiora domus, vt oraret. Ad hoc videlicet vt poſſet vacare quietius, à turba inferius exiſtente remotus. Et tunc reuelauit ei dominus in mentis exceſſu, quòd gentiles non erãt repellendi à prædicatione Euan.

1.*Cor.* 12 Raptus fuit Paulus vſque ad tertium cœlum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.

Altiſſima verò eius ſapientia apparet in epiſtolis ſuis, præcipuè autem Rom. 1. 9. 10. 11. Tum etiam ad Epheſios 1. & 2. & Coloſ. 1. 2. Hebr. 1.

Apoc. 1. Beato Ioanni ſequeſtrato à tumultu & conſolatione mundi. Quando in inſula Pathmos exulauit: reuelauit: dominus facta cœleſtia: vt in Apoc. patet.

De lon

De longanimitate,ſpe,ſeu confidentia in Deum.

CAP. XXXVII.

MVltis annis expectauit Abrahã antequam haberet filium de Sara qui iam cẽtenarius erat,quãdo natus eſt Iſaac. *Gene. 15. & 21.*

A promiſſione primò facta Abrahæ vſque ad ingreſſum ſeminis ſui fluxerunt anni 440. *Gene. 12. & 15.*

Permiſit dominus filios Iſrael in Ægypto flagellari longo tempore & affligi,& poſt ea per deſertum tentari 40. ann. antequã venirent ad terram promiſſionis,ſicut apparet in Exod.& lib. Nume. quaſi per totum.Qui ergo longanimes fuerunt,ſeruati ſunt:cæteri verò perierunt. *Pſal. 93.*

Filij Iſrael contra tribum Beniamin pugnantes multi contra paucos bis bellati fuerunt:tandẽ præualuerũt lõganimitate. *Iudic. 20.*

Parentibus Tobiæ irridentibus eum,& dicentibus:Vbi eſt ſpes tua, pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas? Tobias increpabat eos dicens: Nolite ita loqui, quoniam filij ſanctorum ſumus, & vitám illam expectamus quam Deus daturus eſt his,qui fidem ſuam nunquam &c. *Tob. 2.*

Afflictus corpore,orbatus filiis,deriſus ab amicis,& rebus oĩbus ſpoliatus Iob,dicebat:Etſi occiderit me,in ipſum ſperabo. *Iob 12. & 13.*

Cùm eſſet Suſanna duorum presbyte- *Dan. 13.*

rorum iniquo condemnata teſtimonio, dicitur tamen de ea, quòd erat cor eius habens fiduciam in domino.

2.Mac.7 Vnus illorum ſeptem fratrum poſtulatus à Tyranno, linguam citò protulit, & manus cõſtanter extendit,& cum fiducia ait: E cœlo iſta poſſideo.

2.Ma.12. Machabæus Iudas miſit Ieroſolymam duodecim millia drachmas argenti offerri eas ibi pro peccatis mortuorũ, iuſtè & religiosè de reſurrectione cogitans.

Luc.2. Homo erat in Ieruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus & timoratus expectans conſolationem Iſrael.

Act.2. Aſcenſurus in cœlũ Saluator præcepit diſcip.ſuis,vt non deſcẽderent ab Ieroſolymis,ſed expectarent promiſſum patris.

Act.23. Videns Paulus quot vna pars erat Phariſæorum & alia Sadducæorum,exclamauit in concilio: Viri fratres, ego Phariſæus ſum,filius Phariſæorum,de ſpe,& reſurrectione mortuorum ego iudicor.

1.*Tim.6.* Monet Apoſt. Tim. vt præcipiat diuitibus,non ſublime ſapere nec ſperare in incerto diuitiarum,ſed in Deo viuente.

De vana & ſtulta confidentia.

CAP. XXXVIII.

Geneſ.11. FRuſtra & ſtultè nimium in ſe confidebant ædificatores turris Babel,quorum

rum linguam merito confudit dominus.

Pharao & Ægyptij in curribus & equis ſtultè confidentes, dum aduerſus dominum perſequerentur Hebræos, ſubmerſi ſunt in mari rubro. *Exod.* 1.

Nimis in viribus ſuis confidentem Goliath Gigantem occidit Dauid adhuc puerulus. 1.*Reg.*17

Nec minus vana fuit Holofernis in potẽtia, & armis, confidentia, dicentis non eſſe Deum niſi Nabuchod. cuius tamen caput amputauit imbecillis fœmina. *Iudith* 6. *&* 13.

Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarũ gloriantur. Sequitur, Et relinquent alienis diuitias ſuas, & ſepulchra eorum domus illorum, &c. *Pſal.* 48.

Qui confidit in diuitiis ſuis, corruet, iuſti autẽ quaſi virens, folium germinabunt. *Prob.* 11.

Qui confidit in cogitationibus ſuis impiè agit. *Prob.* 12

Qui cõfidit in corde ſuo ſtultus eſt, qui autem graditur ſapienter, ipſe ſaluabitur. *Prob.* 28.

Stultiſſimè valde in ſe confidebat, ſiue Lucifer, ſiue Nabuchodonoſor, cui hæc verba aſcribuntur. In cœlum aſcendam ſuper aſtra, & exaltabo ſolium, &c. Vnde meritò illi reſpondetur: veruntamen ad infernum detraheris in profundum lacus. *Eſa.* 14.

Maledictus homo qui confidit in ho-

mine, & ponit carnem brachium ſuum, & à domino recedit cor eius Ierem. 17.

Amos 6. Væ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum, ingredientes pompatice domum Iſrael.

Matt. 25. Stulta & inanis fuit cõfidentia virginum fatuarum, quæ accenſis lampadibus non ſumpſerũt oleum ſecum. Ideo audire meruerunt, Amen dico vobis, neſcio vos.

Matt. 26. Petrus quoque nimis in ſe confidebat
Marc. 14 cum dixit, Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.
Luc. 22. Et tecum paratus ſum & in carcerem, & in mortem ire.

Marc. 10. Difficile eſt confidentes in pecuniis in regnum cœlorum introire, ait dominus.

Luc. 12. Vnde diuiti illi qui ſtultiſſimè confidens in diuitiis dicebat, Anima habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede bibe, epulare, reſponſum eſt: Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te, quæ paraſti cuius erunt?

Luc. 18. Nec etiam in operibus quæ ſunt de genere bonorum ſi ſint abſque charitate, confidendum eſt. Non enim Phariſæus, qui orans dicebat, Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omniũ quæ poſſideo, deſcendit iuſtificatus; ſed publicanus, qui non aude

audebat oculos ad cœlum leuare,ſed percutiebat pectus ſuum dicens : Deus eſto propitius mihi peccatori.

De timore Dei. CAP. XXXIX.

VSque ad beatitudiem confirmatam non poteſt eſſe ſecuritas, nam & angeli in cœlo empyreo , & primi parentes in terreſtri paradiſo peccauerunt. *Gen.3.*

Loth inter peccatores peſſimos bonus fuit,& exigens inde cum filiabus propriis in monte peccauit. Vnde beatus homo, qui ſemper eſt pauidus. *Gen.19.*

Defectus timoris diuini eſt cauſa peccati, ideo dixit Abraham ad Abimelech, Cogitaui mecum,dicens,Forſitan non eſt timor Dei in loco iſto,& interficient me. *Gen.20.*

Timuerunt obſtetrices Dominum . & ædificauit illi domos. *Exod.1.*

Poſt tranſitum maris rubri & ſubmerſionem exercitus Pharaonis dicitur : Timuit populus Dominum ; & crediderunt Domino & Moyſi ſeruo eius. *Exod.14.*

Voluit Dominus in filios Iſrael multũ timorem incutere, ideo cum tonitruis,& igne,& ſignis terribilibus legem dedit. *Exod.19. & 20.*

Abdias diſpenſatur domus Achab timebat Dominum Iſrael valde. Nam cùm interficeret Iezabel prophetas Domini , tulit & ille centum prophetas, *3.Reg. 18.*

& abſcondit eos,& pauit.

4 Reg.17 Homines quos miſit rex Babylonis ad habitandum Samariam, non timebant dominum, & immiſit eis dominus leones qui interficiebant eos.

2.Par.19 Conſtituit Ioſaphat iudices in cunctis ciuitatibus Iuda,præcipiẽs eis inter cætera, Sit timor Domini vobiſcũ,& cum diligentia cuncta facite.Non enim apud dominum Deum noſtrum iniquitas.

Tob.1. Tobias ſenior ab infantia filium ſuum timere dominũ docuit, & timentes Deum ad conuiuium ſuum fecit vocari.Sequitur, Plus timens Deum quàm regem,rapiebat corpora occiſorum & ſepeliebat.

Tob 3. Cõfitendo in oratione domino, dicebat Sara filia Raguelis: Virum cum timore tuo,nõ cum libidine mea cõſenſi accipere.

Tob.9. Tobias iunior, & amici ſui timore dñi

Iudith.8. nuptiarũ conuiuium exercebant.Erat Iudith in omnibus vidua famoſiſſima, quoniam timebat Deum valde, nec erat qui loqueretur de ea verbum vnum malum.

Iob.1 2. & 31. Inter alia, de quibus cõmendatur Iob, ſignanter tangitur timor Dei. Vnde ipſe dixit: Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum.

Prou.31. De muliere forti dicit ſpecialiter:Mulier timens Deum ipſa laudabitur.

Com

Commota tempeſtate magna, nautæ *Ionæ* 1.
cum quibus erat Ionas, miſerunt ipſum
in mare,& ſtetit mare à furore ſuo, & timuerunt viri timore magno DOMINUM,
& immolauerunt hoſtias,& vouerunt,&c.

Cùm plagis perimeretur Eleazarus ait: *2.Mac.6.*
Domine,tu ſcis quia cùm à morte poſſem
liberari, duros corporis ſuſtineo dolores,
ſecundum animã verò, propter timorem
tuum libenter hæç patior.

Si timendus eſt aliquis dominus, quia *Tob.3.*
poteſt multa bona donare, multo magis
ſummè timendus eſt Deus, quia ſumma
bona donare poteſt. Vnde Tobias, Noli
timere fili, multa bona habebimus ſi timuerimus Deum.

Et quia poteſt mala inferre,propter hoc *Matt.* 15.
Chriſtus dicit:Timete eum qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.

Si grauiter eſt punitus ſeruus ille qui *Matt.25.*
talentum ſibi creditum non multiplicauit,ſed ligatum in ſudario integrum reportauit,quid fiet de illo, qui omnia diſſipat luxurioſè viuendo, & quantum in
ipſo eſt dominum impugnando, ſi non
conuertatur & pœniteat. *Luc. 19.*

Valde grauiter punientur illi, qui opera iniquitatis & nequitiæ perpetrauerũt. *Matt.2.5*
Ex quo apparet quod ita confundentur

qui opera miſericordiæ non fecerunt, Ite, dicetur, maledicti in ignem æternum.

Luc.2. Simeon erat homo iuſtus & timoratus expectans redemptionem Iſrael.

Act.8. Viri timorati curauerunt Stephanum à Iudæis lapidatum, & fecerunt planctum magnum.

Act.9. Poſt conuerſionem Pauli ſcriptum eſt, Eccleſia ædificabatur, ambulans in timore Domini, & conſolatione ſpiritus ſancti replebatur.

Act.10. Occaſione Cornelij Deum timentis, dixit Petrus, In omni gēte, qui timet Deum & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.

De timore quo mali timent bonos.

CAP. XI.

Gene.21. Dixit Abimelech ad Abraham, Deus tecum eſt in vniuerſis quæ agis. Iura ergo per Deum ne mihi noceas.

Exod.14. Ægyptij perſequentes filios Iſrael qui ibant per medium mare, dixerunt. Fugiamus Iſrael, Deus enim pugnat pro eis.

1.*Reg.18* Videns Saul quòd Dominus eſſet cum Dauid, cœpit timere eum.

4.*Reg.1.* Princeps quinquagenarius, qui tertiò venit ad Eliā, reuerenter loquutus eſt ei, quod & quia non fecerant duo alij, fuerunt ab igne deſuper veniente cōſumpti.

Nehe.6. Factum eſt, cùm completus eſſet murus

rus Ieruſalem, vt timerent vniuerſæ gentes, quæ erant in circuitu.

Cecidit timor Iudæ & fratrum eius, & formido ſuper omnes gentes in circuitu eorum, & peruenit nomen eius ad regem. *1. Mac. 1.*

Audierunt aduerſarij, quia paratus eſt Ionathas cum ſuis in bello, & timuerunt, & formidauerunt in corde ſuo. *2. Mac. 1.*

Poſtquã Lyſias fuit debellatus à Iuda Machabæo, voluit pacem facere cum eo & promiſit conſenſurum ſe omnibus quæ iuſta erant, quaſi ad voluntatem Iudæ. *2. Ma. 11*

Herodes metuebat Ioannẽ, ſciens eum virum iuſtum & ſanctũ, & cuſtodiebat eũ. *Marc. 6.*

Poſt terribilem mortem Ananiæ, & Sapphiræ, erant omnes diſcipuli in porticu Salomonis. Cæterorum autem nemo audebat ſe illis coniungere, ſed magnificabat eos populos. *Act. 5.*

Cùm Paulus & Silas eſſent in carcere pariter poſiti, & pedes eorũ ligno ſtricti ſubito terremotus factus eſt magnus. Cuſtos autem carceris tremefactus procidit Paulo & Silæ, ad pedes, & ait: Domini, quid me oportet facere vt ſaluus fiam? *Act. 6.*

De dilectione Dei. CAP. XLI.

DAturus legem Moyſi, Dominus dixit ei: Ego ſum Dominus Deus tuus faciens miſericordiam his qui diligunt *Exod. 20*

me,& cuſtodiunt præcepta mea.

Deut.6. Præcipuum omnium mandatorum legis,eſt dilectio Dei: nã dixit Moyſes poſt x. mandata populo repetia:Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo.

Deut.10. Timorem Dei & amorem volẽs ſpecialiter imprimere in populo Moyſes ait: Et nunc Iſrael quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius & diligas eum:& ſeruias dño Deo tuo in toto &c.

Ioſue 23. Longæuus Ioſue & progreſſoris ætatis vocat omnem Iſraelem: & monens eos de multis,dixit inter cætera:Hoc tantùm diligentiſſimè præcauete,vt diligatis Dominum Deum veſtrum.

Ecc.47. De rege Dauid dicitur.De omni corde ſuo laudauit Deum, & dilexit dominum,
Pſal.17. qui fecit illum. Vnde ipſemet dicebat:
& 30. Diligam te Domine fortitudo mea. Et, diligite Dominum omnes ſancti eius.

Matt.22. Legiſperito interroganti de mandato magno legis, reſpondit Dominus: Diliges Dominum Deum tuum,&c.

Luc.7. Magdalenæ remittuntur peccata multa:quoniam dilexit multum.

Ioan.21. Petrus reſpondit Domino ſæpius rogãti,amas me?Domine tu ſcis quia amo te.

Rom.8. Multum dilexit Ieſum Paulus Apoſt. qui

qui ait: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?&c. Idem Apoſtolus talem tulit de dilectione Ieſu ſententiam.

Si quis non amat dominum Ieſum Chriſtum:ſit anathema maranatha. *1.Cor.16*

Item quia amor eſt virtus vnitiua,magnum amorem ad Chriſtum oſtenditur habuiſſe Paulus.cùm ait: Vt Deo viuam, Chriſto confixus ſum cruci. Et poteſt dici quòd Chriſtus in eo viuebat. *Gal.2.*

Viuo autẽ iam non ego: viuit verò in me Chriſtus:& mihi viuere Chriſtus eſt. *Ibid.*

Erat Chriſtus ei ſapientia & iuſtitia. *Phil.1.*

Facta eſt nobis ſapi à Deo,& iuſtitia. *2.Cor.1.*

Nõ eñ iudicaui me ſcire aliquid inter vos,niſi Ieſum Chriſtũ, & hunc crucifixũ. *Ibid.*

Item eius diuitiæ.Omnia,inquit,detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam. *Philip.3.*

Poteſt dici,quòd Chriſtus in eo loquebatur. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? *2.Cor.13.*

Item Chriſtus in eo operabatur. Non adeo aliquid loqui eorum quæ per me non effecit Chriſtus. *Rom.15.*

Item Deus eũ triumphat.Deo gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto. *1.Cor.2.*

Poteſt quoque dici Chriſti ſeruus. Paulus ſeruus Ieſu Chriſti. *Ruth. 12.*

2.Cor.1. Et Chriſti Apoſtolus.Paulus Apoſt.Ieſu Chriſti per voluntatem Dei.

2.Cor.5. Item Chriſti legatus & vicarius. Pro Chriſto legatione fungimur, tanquã Deo hortante per nos, obſecramus,pro Chriſto reconciliamini Deo.

1.Cor.3. Et Dei adiutor erat. Dei ſumus adiutores.

2.Tim.4. Etiam pugil,vel certator. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui. Et
1.Cor.7. alibi: Sic pugno non quaſi aërem verberans. Et 1.Corinth.15. Sic ſecundum hominem ad beſtias depugnaui.

1.Cor 9. Item curſor.Sic curro non quaſi in incertum.Curſum conſummaui.

1.Cor.11. Item ſpecialis imitator. Imitatores eſtote mei,ſicut ego Chriſti.

1.Ioan.4. Pulchram facit exhortationem de dilectione B.Ioannes dicens: Nos diligamus Deũ,quoniam ipſe prior dilexit eos,&c.

De dilectione proximi. CAP. XLII.

Geneſ.4. Reprehenſus eſt Cain à Domino grauiter,& punitus, quia cõtra fratrem ſuum iniquè egit, & ſe non eſſe cuſtodem dixit eius.

Gene.18. Nota,quã dilegenter & ſolicitè orabat Dominũ Abraham, vt parceret Sodomitis,quod erat magnæ dilectionis ſignum.

Exod.32. Tantam dilectionem erga proximos ſibi ſubditos Moyſes habebat, quòd ipſe

erans

orans Dominum, dicebat, Aut dimitte eis hanc noxam, au dele me de libro, &c.

Idem optabat, vt omnes quotquot erãt in caſtris prophetarent, licet honor eius inde minui videretur. *Num.11.*

Idem recuſat maius dominium, quod ei Dominus promittebat, intantum proximos ſuos quibus præerat, diligebat. *Num.14.*

Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. *Deut.6.*

Filij Iſrael poſt occiſionem filiorum Benjamin, magno vlulatu cœperunt flere dicentes: Quare Domine Deus noſter factum eſt hoc malum? *Iudith.21.*

Anima Ionathæ colligata eſt animæ Dauid, & dilexit eum, quaſi animã ſuam. *1.Reg.18*

Oſtendit Dauid ſe diligere inimicum, in planctu Saul. Amicum, in planctu Ionathæ. Similiter in planctu Abner. *2.Reg.1. & 3.*

Filium quoque licet malum, & ſibi aduerſarium fleuit. *2.Reg.18 & 19.*

Magnam dilectionem oſtendit ſe habere Nehemias ad filios tranſmigrationis, quod patet in his, quæ eis fecit. Nehemi. per totum.

Quia Tobias multis multa opera charitatis exhibebat, multi diligebant eum. *Tob.1.*

Vnde cum iuſſus eſſet occidi à rege, latuit, & inuentus non fuit.

Tantam dilectionẽ vult Dñs ad proxi- *Matt.5.*

mos

mos nos habere, vt dixerit: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos. Et Petro reſpondit non eſſe dimittendum ſepties peccanti fratri, ſed vſque
Matt. 12. ſeptuagies ſepties. Dixítque: Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

Luc. 10. Ad proximum magnã dilectionem habuiſſe laudatur Samaritanus ille, qui appropians ſemiuiuo, miſericordia motus eſt: & eius vulnera alligauit, &c. Per quem ſignificatur Chriſtus, qui de cœlo deſcendens genus humanum à diabolo vulneratum ſanauit, pro quo mortem ſæuiſſimam crucis paſſus eſt: & vt perfectiſſimæ charitatis exemplum daret, pro crucifixoribus ſuis orauit.

Act. 7. Mirã quoque dilectionẽ ad proximum habuiſſe monſtrauit B. Stephanus, qui Dominum imitatus & ipſe pro lapidatoribus ſuis deuotius, quam pro ſe oraſſe videtur. Nam pro illis genua poſuit, & voce magna clamauit. Pro ſe verò ſimpliciter dixit: Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum.

Rom. 9. Ineſtimabiliter Paul. proximos diligebat, qui pro fratribus ſuis anathema fieri optabat. Erat erga eos vt pater corripiens.

1. *Cor.* 4. Nam in Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui.

Ibidem. Et paulò pòſt. In virga veniam ad vos.

Et

Et ad Theſſ. Sicut pater filios deprecan- 1. *Theſſ.* 2.
cantes vos, & conſolantes teſtificati ſumus.

Item, vt mater parturiens. Nam dicebat *Gala.* 4.
Galatis: Filioli mei quos iterum parturio.

Tanquam nutrix fouens & blandiens, 1. *Tim.* 2.
Facti ſumus, ait, tanquam ſi nutrix foueat
filios ſuos.

Et alibi, Tanquam paruulis in Chriſto 1. *Cor.* 3.
lac potum dedi vobis.

Item tanquam magiſter & doctor eru- 1. *Tim.* 1.
diens, poſitus ſum prædicator, & Apoſtolus & magiſter gentiũ in fide & veritate.

Item tanquam frater & ſocius, colla- *Philip.* 4.
borans, & coadiuuans.

Fratres mei dilectiſſimi, & deſideratiſſimi, rogo te Germana compar, &c.

Et habeo vos, in confirmatione Euan- *Philip.* 1.
gelij ſocios gaudij mei, &c.

Et non dominamur fidei veſtræ, ſed 2. *Cor.* 1.
adiutores ſumus gaudij veſtri.

Item tanquam legatus reconciliatus: 2. *Cor.* 5.
Pro Chriſto legatione fungimur.

Et Apoſtolus bona annuncians: Vos *Act.* 10.
ſcitis qualiter nihil ſubtraxerim vobis
vtilium quominus annunciarem vobis,
& docerem vos publicè per domos.

Et alibi: Quod ignorantes collitis, ego *Act.* 17.
annuncio vobis.

Item

1.Cor.3. Item Architectus ædificans. Vt ſapiens Architectus poſui fundamentum.

Per aliam nihilominus viam poteſt dici, ꝙ Paulus oſtendit ſe eſſe proximorum ſeruantiſſimũ dilectorũ: per hoc videtur, quòd ipſe multa pro eis faciebat, ſiquidem vel ſuſtinebat, vel dabat ea, quæ non habebat, ab habentibus pro indigentibus procurabat. Quod enim ſuadet ad vtilitatem proximorum ipſe teſtatur.

Act. 20. Ad ea quæ opus erant mihi, & his qui mecũ ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Sequitur, Quoniam beatius eſt dare quàm accipere. Quamuis autẽ ſupererogationis eſſet cum ab ipſis accipere poſſet, in hoc faciebat, vt illis quibus prædicabat parce-

2.Cor.12 ret. Vnde ad Corint. Paratus ſum venire ad vos, & non ero vobis grauis. Non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos.

2.Cor.11 Secundò, vt pſeudo apoſtolis gloriandi occaſionem auferret, In omnibus ſine onere me ſeruaui, & ſeruabo, quod facio & faciam, vt amputem occaſionem eorum qui volunt occaſionem, vt in eo de quo glorianrur, reperiantur ſicut & nos.

1.Cor.9. Tertiò, vt exinde maiorẽ mercedẽ haberet, non vſi hac poteſtate, vt accipiamus, ſcilicet ſumptus à vobis. Sequitur,

Ibidem. Quæ eſt ergo merces mea? vt prædicans

ſine

ſine ſumptu ponam Euangelium Chriſti.

Rurſus etiam ipſe procurabat ab ecceleſiis de Achaia ad donandum pauperibus de Iudæa, ob quam cauſam collectas fieri faciebat, & fideles ad hoc efficaciter inducebat. *1.Cor.16*

Item, Qui parce ſeminat, parce metet. *1.Cor. 9.*

Dabat proximis verba Dei quibus copioſiſſimè abundabat, imò etiam ſeipſum eorum vtilitatibus dedicabat. Volebamus tradere vobis non ſolùm Euangelium, ſed & animas noſtras, propterea quòd chari nobis facti eſtis. *1.Theſſ.2*

Sic & Corinth. Ego ipſe libentiſſimè impendam, & ſuperimpendar pro animabus veſtris. *2.Cor.12*

Mira inſuper de corpore ſuo fecit proximis ad fidem & ſalutem conuertendis prædicando, videlicet diſputando, diſcurrendo à Damaſco in Arabiam, in Ieruſalem, in Antiochiã, deinde nunc iuſſu Spiritus S. cum Barnaba de Antiochia in Cyprum. Inde nauigantes per Pamphyliam, & poſt euntes in Piſidiam, Iconium, Licaoniam, conſtituerunt presbyteros per ſingulas eccleſias. Et tandem poſt factum multiplicem fructum Antiochiam redierunt. De his habetur in Actib. Poſtmodum verò Paulus volens viſitare fratres, qui- *Profectio Pauli.* *Gal.1.& 2.* *Act.9. 11.& 13* *Act.14. 15.& infra vſque in finem.*

bus prædicauerat verbum Dei, aſſumpto Sila in ſociũ profectus eſt in Syriã & Ciliciam. Inde tranſiens Phrygiæ & Galatiæ regionem, venerunt Miſiã, & poſtea vocatus in Macedo. nauigauit: & tunc Philippis, Theſſal. & in multis aliis ciuitatibus regionis illius, multum fructum faciens, conſequenter peruenit Athenas, vbi cum Philoſophis curioſis ſalubriter diſputauit. Ex quo tranſtulit ſe Corinthum, & ibi multum populũ Domino acquiſiuit. Inde profectus eſt Epheſum, & ingreſſus ſynagogam, diſputauit cum Iudæis. Inde egreſſus deſcendit Cæſaream, de Cæſarea venit Antiochiam, & facto ibi aliquanto tempore, profectus eſt Galatiam regionem, & Phrygiam, confirmans omnes diſcipulos. Et poſtea peragratis ſuperioribus patribus, iterũ venit Epheſum, ibique biennio cõmoratus diſputans & ſuadens de regno Dei, fecit vt omnes qui habitabant in Aſia, audirent verbum Domini, tam Gentiles quàm Iudæi. Inde reuerſus per Macedoniam & Troadem, & Miletum, & per plures alias ciuitates & inſulas tranſiens, applicuit Tyro, & de Tyro Ptolomaidam, & Cæſaream iter faciens. Deinde Ieruſalem cum multa fatigatione peruenit. Vbi comprehenſus

à Iudęis

à Iudæis, tractus & verberatus fuit,& coram diuerſis iudicibus nequiter accuſatus, à manifeſto grauamine Cæſarem compuſus appellare. Traditus autẽ Centurioni, poſt naufragia & multa pericula ad vrbem Romanam catenis vinctus acceſſit,ibique prædicationi ac doctrinæ inſiſtens, ire etiã in Hiſpaniã proponebat. Ecce quomodo amabat illos pro quibus tot & talia ſubſtinebat: vnde ait: Omnia chariſſimi,ad ædificationem veſtram.Act. 14.& 15. 2.Corinth. 14.

Apparent etiam ſigna dilectionis, cùm quis vult ſuſtinere, vel pati grauia pro amicis: vnde Eccleſia. dicitur: Amicum ſalutare non confundaris. Et ſi mala tibi euenerint per illum, ſuſtine. *Eccleſ.21.*

Ex iam dictis verò Paulum mira ſuſtinuiſſes liquet pro vtilitatib proximorum. Vnde ait: Omnia ſubſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur. De hoc require in cae, de tribulationibus:ibi enim de his multa inuenies. *2.Tim.2.*

Magnam dilectionem ad proximos habuiſſe Ioannem euangeliſtam, patet ex verbis ſuis.Ex abundantia enim cordis os eius loquebatur, quando dilectionem vel charitatem toties repetebat, ſicut apparet præcipuè in 1.epiſt.cap.3. & 4.

De inuidia. CAP. XLIII

Sap. 2. *Geneſ.* 3. INuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum: quia ſcilicet vidit diabolus hominem in ſtatu fœlici eſſe, & ad illum poſſe aſcendere locum, vnde ipſe corruerat: ideo tentauit hominem, & vicit.

Gen. 4. Inuidia motus Cain, fratrem ſuum Abel occidit, quando vidit numera eius acceptari à Deo, & non ſua.

Geneſ. 26 De Iſaac dicitur: Benedixit illi Dñs, & locupletatus eſt homo, ob hoc inuidentes ei Palæſtini, puteos eius obſtruxerunt. Per hoc patet, q̃d ꝓſperitas hominis cauſat inuidiam malis, occaſionaliter tamen

Geneſ. 30. Rachel ſterilis ſorori fœcundæ inuidit. Ecce q̃uo inuidia nec propinquis parcit.

Fratres Ioſeph inuidebant ei animo peſſimo & crudeli, videntes quod à patre plus cunctis fratribus amaretur, & audientes ſomnia quæ narrabat. Et nota ibidem, ad quantum facinus ex illa inuidia proruperunt. Geneſ. 37.

Num. 11. Cum duo viri prophetarent in caſtris Ioſue quaſi inuidens dixit: Domine mi Moyſes, prohibe eos, at ille: Quid æmularis pro me?

Num. 12. Maria ſoror Moyſi & Aaron, loquuti ſunt contra Moyſen dicentes: Non per ſolum Moyſen loquutus eſt Dominus, ex

quo

quo appareret, quòd inuidus non parcit beneficis, vel propinquis. Moyſes enim eorum frater erat, & per eum grandem recipiebant honorem.

Percuſſo Philiſtæo cantabant mulieres: Saul percuſsit mille, & Dauid decem millia. Iratus eſt autem Saul nimis, & diſplicuit ei ſermo iſte. *1. Reg. 18*

Videns Achitophel quòd non factum fuerat ſecundùm conſilium ſuum, ſed magis ſecundùm Chuſai, abiens in domum ſuam ſuſpendio interiit. *2. Reg. 17*

Ædificantibus templum filiis Iuda, poſt reditum de Babylone, gentes quę erant in circuitu doluerunt, & eos multipliciter impedierunt. *1. Eſdr. 4.*

Audierunt Sanabalath & Tobias, quod veniſſet homo, qui quereret proſperitatem filiorum Iſrael, contriſtati ſunt afflictione magna. *Nehe. 2.*

Daniel ſuperabat omnes principes & Satrapas. Vnde omnes principes & Satrapæ quærebant occaſionem, vt eruerent Danielem ex latere regis. *Dan. 6.*

Alchimus videns charitatem Iudæ & Nicanoris adinuicem, venit ad Demetrium, & dicebat Nicanorem rebus alienis aſſentiri: Iudámque regis inſidiatorem, ſucceſſorem ſibi deſtinaſſe. *2. Ma. 14*

Matt. 21 Luc. 19. Videntes principes Sacerdotũ & Scribæ mirabilia quæ Dominus faciebat, & pueros clamentes, Hoſanna Filio Dauid, indignati ſunt.

Luc. 15. Frater filij prodigi, audiens feſtum quod faciebat pater adoleſcentiori filio reuertenti, indignatus, nolebat introire.

Ioan. 3. Ab Ioanne Baptiſta longè fuit inuidia relegata, ad quem cùm venirent diſcipuli, & dicerent quòd Chriſtus baptizaret, & omnes irent poſt eum, reſpondit: Amicus ſponſi, &c. Hoc ergo gaudium meum impletum eſt. Illum oporret creſcere, me verò minui, &c.

Ioan. 11. Quidam Iudæi, qui viderãt Lazarum à Domino ſuſcitari, abierunt ad Phariſæos & dixerunt quæ fecit Ieſus. Vnde Pontifices & Phariſæi collegerunt concilium.

Matt. 27 Marc. 5. Ad tã immane ſcelus principes ſacerdotum ex inuidia proruperunt, quod legitur. Sciebat Pilatus quod per inuidiã tradidiſſent eũ ſummi ſacerdotes, videlicet, ipſum Dei filium Dominũ Ieſum Chriſtũ.

Act. 4. Petro & Ioanne loquentib. ad populũ, ſuperuenerunt ſacerdotes, & magiſtratus populi, & Saducæi moleſtè ferentes, quod docerent populum. Exurgens princeps ſacerdotum & omnes qui cum illo erant, videntes ſigna, quæ per Petrum fiebant, repleti

pleti ſunt zelo, & iniecerunt manus in Apoſt. & poſuerũt eos in cuſtodia publica. *Act. 5.*

Audientes verba Steph. Iudæi deſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebãt dẽtibus in eũ, dolentes ꝙ non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui, qui loquebatur. *Act. 7.*

Conuenit penè vniuerſa ciuitas, audire verbum Dei, quod Paulus & Barnabas prædicabant. Videntes autem Iudæi repleti ſunt zelo. *Act. 13.*

Ex Theſſalonicenſibus Iudæis & Gentilibus crediderunt, multi viri, & mulieres nobiles non paucæ: zelantes autem Iudæi concitauerunt ciuitatem. *Act. 17.*

De correptione fraterna. CAP. XLIIII. *Geneſ. 13.*

Corripere proximum vel reprehendere eſt opus miſericordiæ. Vnde charitatiuè, & manſuetè compeſcuit Abraham iurgiũ, quod erat inter paſtores ſuos, & paſtores nepoti ſui Loth.

Dulciter & benignè increpabat Loth Sodomitas, licet illi non acquieuerint ei. *Geneſ. 19.*

Poſtquam iurauerat Abraham Abimelech quod faceret ei miſericordiam continuo ſequitur: Et increpauit Abimelech. *Geneſ. 21*

Ruben & Iudas temperauerunt furorẽ fratrum ſuorum, ne occiderent Ioſeph. *Geneſ. 37*

Moyſes iniuriantem Hebræum charitatiuè corripuit, ſed ille iniquè tulit, & *Exod 2.*

ad iniurioſa verba prorupit. Nunquid occidere me vis?

Exod. 18 Videns Iethro populũ expectantẽ iudicari per Moyſen, dixit: Stulto labore conſumeris. Et nota, Quomodo tantus homo Gentilis hominis monitioni acquieuit.

Ioſue. 22. Phinees filius Eleazari & cæteri nuntij fratres ſuos, q ædificauerant altare in ſcãdalum filiorum Iſrael, diſcretè arguerunt, & ſatisfactionẽ libentiſſimè ſuſceperunt.

Iudi. 20. Miſerunt nuntios filij Iſrael ad tribum Beniamin qui dicerent: Cui tantum nephas in vobis repertum eſt? Tradite homines, qui hoc flagitium perpetrauerunt.

1. *Reg.* 19 Increpando Ionathas patrem ſuum Saul, pro iniqua perſecutione Dauid, eius malitiam aliqualiter in principio temperauit:

1. Re. 25. Volens Abigail arguere virum ſuum ſuper duritia, quam oſtenderat nuntiis Dauid, noluit quidem ſtatim dicere poſt prandium: ſed expectauit tempus opportunum ſolum vſque ad craſtinum, cùm prius vinum bibitum digeſsiſſet.

2. *Reg.* 2. Abner bene arguebat Aſael qui nimis vrgebat perſequendo eum, ſed ille audire contempſit: & propter hoc occiſus fuit.

2. *Re.* 18. 12. Nota, quã diſcretè arguit Nathan Dauid, cũ peccaſſet adulteriũ & homicidium committendo: non enim cum furore dixit?

Peſſim

Peſſimè feciſti, ſed aſſumpta ſimilitudine cõgrua illaqueauit eum verbis oris ſui.

Cum magno zelo arguit Elias populum, dicens: Si Dominus Deus eſt, ſequimini eum. Vt quid claudicatis in duas partes? *3. Reg. 8.*

Reprehenſurus regem Achab, regem Iſrael, vir quidam de filiis prophetarum, propoſuit ei ſimilitudinem, per quam cognouit rex peccatum ſuum. *3. Re. 20.*

Cum magna libertate dixit Eliſæus ad Ioram regem Iſrael, exercitu circunſtante: Si non erubeſcerem vultum Ioſaphat, non attendiſſem te, nec reſpexiſſem. *4. Reg. 3.*

Sacerdotes reſtiterunt Oziæ regi Iuda volenti adolere incenſum, & dixerunt: Non eſt tui officij vt adoleas incenſum. *2. Pa. 26.*

Cum magno ardore corripuit Eſdras filios tranſmigrationis, qui duxerunt alienigenas, contra legem. *1. Eſdr. 9. & 10.*

Nehemias audiens clamorẽ populi propter grauamina, quæ patiebatur à diuitibus, increpauit optimates, & magiſtratus. Idem fecit pro eo, quòd multi portando onera, diem Sabbati prophanabant. *Nehe. 5.*

Irridebant Tobiam parẽtes & cognati eius, at ipſe increpabat eos, dicens: Nolite ita loqui, filij ſanctorum ſumus, &c. *Tob. 2.*

Audiens Iudith propoſitum ciuium ſuorum quòd poſt quinque dies volebant *Iudith. 8.*

ciuitatem tradere Aſſyriis, reprehendit eos ſermonibus fidelibus & diſcretis.

Dan. 5. Daniel valde diſcrete arguit regem Balthaſar exemplo patris ſui. Et nota quã patienter rex illũ audiuit, licet dixiſſet cõtra eũ, & poſtea ipſum magnificè honorauit.

Matt. 14. *Luc.* 3. Cum miro feruore dicebat Ioannes Baptiſta Phariſæis & Saducæis, Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira?

Matt. 3. *Marc.* 6. Dicebat Ioannes Herodi adulteranti cum Herodiade vxore fratris ſui: Non licet tibi illam habere.

Matt. 16. Indiſcretè licet piè, voluit Dominum Petrus increpare, cùm diceret oportere eum pati à principibus, ſed Dominus, durè reſpondit: Vade poſt me Sathana.

Matt. 18 Veram & certam dedit Dominus regulam Petro de correctione fraterna: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum.

Luc. 23. Vnus de his latronibus, qui pendebat, blaſphemabat Dñm Ieſum, reſpondens alter increpabat eũ, dicens: Neque tu times Deũ, &c. nos digna factis recipimus, &c.

Ioan. 9. Pulchrè arguebat & conuincebat Phariſæos ille cæcus natus, à Domino illuminatus, dicens: Mirabile quidem eſt, quòd vos neſcitis vnde ſit ille homo, &

ape

aperuit oculos meos. A ſeculo non eſt auditum quòd aperuerit quis oculos cæci nati: niſi hic eſſet à Deo, non potuiſſet, &c.

Videns Petrus quoſdam Iudæos admirantes & diſcipulos deridentes, diſcretè & confidenter arguit illos & inſtruxit, & ad fidem conuertit. *Act. 2. & 3.*

Simile accidit cap. 3. Act. poſt ſanationem claudi: & culpas eorum ipſe oſtendit, & aliqualiter excuſans eos, multa dulcia verba dixit, ita quòd conuerſi fuerunt quinque millia hominum. *Act. 5.*

Duriſsimè increpauit Petrus Ananiam & Sapphiram pro eo, quod fraudauerant de pretio agri, quod vendiderant, & partes ad pedes apoſtolorum poſuerant. *Act. 6. & 7.*

Stephanus in concilio Iud. exiſtẽs confidenter increpabat eos dicens inter cætera: Duri ceruice, & incircuncisi corde & auribus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis ſicut patres veſtri ita & vos. Quẽ prophetarum nõ perſecuti ſunt patres veſtri? Simonem magũ pro dono Dei pecuniam offerentem Petrus terribiliter increpauit, dicẽs: Pecunia tua tecũ ſit in perditionem. Paulus intuens Elymam magũ qui nitebatur auertere proconſulem à fide, dixit illi: O plene omni dolo, & omni fallacia fili diaboli, & inimice omnis iuſtitiæ, non *Act. 8.* *Act. 13.*

deſinis

deſinis ſubuertere vias Domini rectas?

Rom. 1. *2.& 3.* Miro diſcretionis modo Paulus arguit Romanos ex Gentilibus & Iudæis conuerſos, qui ſuperba commotione dolebant ſe alterutrum ſupponere. Oſtendit autem vtroſque peccaſſe, & glorioſa Dei miſericordia indigere. Nam & Gentiles legis naturalis, & Iudæi legis Moſaicæ fuerant tranſgreſſores. Cauſati ſumus, inquit, Iudæos & Græcos, id eſt, Gentiles & circunciſos omnes ſub peccato eſſe

1. Cor. 3. & 5. Corint. arguit de hoc præcipuè. ꝙ Chriſtus in eis diuidi videbatur, dicente vno, Ego ſum Apollo: alio, Ego Cephæ. Ita etiam, quia diſsimulabant inter ſe fornicatorem, qui tenebat nouercam ſuam.

1. *Cor.6.* Item, quia apud infideles iudices de ſecularibus negotiis litigabant.

1.Cor.11. Reprehendit eoſdem circa Euchariſtiæ ſumptionem. Et de errore circa mortuorum reſurrectionem. c. 15.

2.Cor.11 Eoſdem increpat de hoc præcipuè, quòd illi multa grauia à pſeudoapoſtolis ſuſtinebant, & ipſum non habebant in tanta reuerentia vt debebant. Suſtinetis, inquit, ſi quis vos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, &c.

2.Cor.12 Item, Ego debui à vobis commendari. Nihil enim minus feci ab his, qui ſunt

ſupra

ſupra modum apoſtoli. *Gala. 3.*

Galatas acriter & feruẽter arguit ſuper hoc quòd poſt acceptam veritatem Euangelii volebant ad circunciſionem & legales oblationes reuerti. O inſenſati, ait, Galatæ, quis vos faſcinauit? &c. *2.Theſ.3.*

Audierat apoſtolus quoſdã de Theſſalonicenſibus ambulare in quiete, non operantes, ſed curioſè agentes. Idcirco corripi tales mandauit.

De compaßione habenda ad proximum.

CAP. XLV.

AVdiens Abraham captum eſſe Lot nepotem ſuum, celeriter & viriliter ſuccurrit ei. *Gen.14.*

Ruben & Iudas reſiſtẽbãt cæteris fratribus volentibus occidere Ioſeph: & quãuis non reduxerint eum ad patrem, tamen minus malè actum eſt ei. *Gen.37.*

Gedeon compatiens ſociis fugatis petiuit panes pro eis. *Iudith.8.*

Licet Filii Beniamin, filios Iſrael grauiſſimè offendiſſent, propter illorum tamen excidium omnes eleuata voce, vlulatu magno fleuerunt. *Iudith.21*

Lugebat Samuel Saul, licet ſciret eum à Deo proiectum. *1.Reg.15*

Compatiens Dauid laſſis ſociis, quia ad bellum ire non poterant, conſtituit *1.Reg.30*

quod

quòd ęqua pars eſſet deſcendentis ad prę- lium, & remanentis ad ſarcinas.

2.*Reg.*18 Doluit Dauid de occiſione Abſalon, licet ille multum offendiſſet eum.

2.*Reg.*24 Compaſſus populo Dauid petiuit ab angelo percuti pro illis.

3.*Reg.*17. Elias benigne accipit verbum mulieris ſatis durum, & pro filio eius mortuo dolori illius compatiens efficaciter orauit.

3.*Reg.*18 Cùm Iezabel occidiſſet prophetas domini, Abdias abſcondit centum ex eis, & pauit eos diebus multis.

4.*Reg.* 4. Piè compaſſus fuit Eliſæus viduæ debitis obligatæ & augmentauit ei modi cum oleo, quod habebat.

4.*Reg.* 8. Non ſolum pro præſentibus malis compatiendum eſt proximo: ſed etiam pro futuris: vnde Eliſæus vidẽs Azahel, qui mala facturus erat filiis Iſrael, cœpit flere.

2.*Par.*28 Cùm cœpiſſent filij Iſrael de viris Iuda ducenta millia mulierum & puerorum, pepercerunt eis, & veſtitos atque refectos ad propria remiſerunt.

*Nehe.*1.2 Audiens Nehemias miſerabilum ſtatum ciuitatis Ieruſalẽ, fleuit diebus multis, & tandem conſilium adhibuit, & auxilium opportunum.

Tob. 1. Cùm regnaret Sennacherib, & filios Iſrael exoſos haberet, Tobias pergebat

quot

quotidie per omnem cognationem ſuam, & conſolabatur eos, eſurientes alebat, nudis veſtiměta præbebat, & mortuis atque occiſis ſepulturam ſolicitus exhibebat.

Nũtiata reginæ Eſther ſententia crudeli, contra populum ſuum lata, non aliter ſumpſit negotium, quàm ſi fuiſſet vna de populo, licet eſſet ſecluſa à tali ſententia tanquam ſponſa regis dilecta. *Heſter 4. & 7.*

Audientes tres amici Iob omne malum quod accidiſſet ei, venerũt vt conſolarẽtur eũ: ſed cùm non intelligerent cauſam ſuæ afflictionis, fuerunt ei poſtea oneroſi. *Iob. 2.*

Magnam cõpaſſionem Iob habebat ad proximos, qui dicebat: Auris audiens beatificauit me. Eo quod liberaſſem pauperem vociferantẽ, & pupillum cui non erat adiutor, benedictio pupilli ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum. *Iob. 29.*

Non ſolùm iuſtis in afflictione poſitis compatiendum eſt, ſed etiam peccatoribus & iniuſtis. Vnde dicebat Eſaias: propter deſtructionem Babylonis, repleti ſunt lumbi mei dolore, anguſtia poſſedit me, ſicut anguſtia parturientis. *Eſa. 21.*

Videns in ſpiritu idem calamitatem ſuperuenturam populo ſuo dicebat. Recedite à me, amare flebo. Nolite incumbere, vt conſolemini me ſuper vaſtitate *Eſa. 22.*

ſtitate filiæ populi mei.

Ierem. 38. Dolēs Abdemelech Æthiops, quod Ieremias propheta miſſus erat in lacū Leonū in quo nonerat aqua, ſed lutum, procurauit apud regem vt extraheret illum.

Iere. 43. & 45. Cùm ſcripſiſſet Baruch verba commi-nationis ex ore Ieremiæ, dixit: Væ mihi miſero, quoniam addidit Dominus dolorē dolori meo. Et tamē dicebat populus quod Baruch incitaret Ieremiā aduerſus eos, vt traderētur in manus Chaldæorum.

Ezech. 3. & 9. Cùm reuelaſſet Dominus Ezechieli peccata, quæ populus Iſrael faciebat, & pœnas quas paſſurus erat, fuit amaricatus, triſtis & gemebundus.

Dan. 6. Rex Darius ſciens Danielem poſitum in lacum Leonum, præ dolore dormiuit incœnatus, cibiq́ue non ſunt illati coram eo. Inſuper & ſomnus receſſit ab eo

2. *Mac.* 3. Magnum dolorem habuit Onias ſacerdos quando vidit templum per Heliodorum debere ſpoliari, & depoſita viduarū & pupillorum auferri.

1. *Mac.* 4. Antiochus rex, qui nobilis appellabat, licet ſimpliciter eſſet malus, tamē audiens Oniam ſummum ſacerdotem iniquè fuiſſe occiſum, flexus ad miſericordiam lachrymas fudit.

Matt. 14 Miſertus eſt dñs turbæ indigenti, quia pede

pedeſtris ſequuta eum fuerat in deſerto.

Accedẽtes diſcipuli ad dominum roga- *Marc.* 8.
bant eum pro muliere Chananæa, dicen- *Matt.* 15.
tes: Dimitte eam, quia clamat poſt nos.

Contra nolentes compati proximo, & *Matt.* 18.
ex corde remittere, inducit dominus pa-
rabolam de ſeruo nequam, cui mille ta-
lenta fuerunt remiſſa, & noluit dimittere
conſeruo ſuo centum denarios.

Ad hoc quòd homo libenter cõpatia- *Matt.* 25.
tur proximo & miſereatur ipſius, multum
facit, quòd ſpecialiter fiet diſputatio de o-
peribus miſericordiæ in iudicio.

Cùm vidiſſet Dominus flẽtem viduam *Luc.* 7.
cuius filius efferebatur defunctus, miſeri-
cordia motus ſuper eam, dixit: Noli flere,
& mortuum illius filium ſuſcitauit.

Samaritanus ille, ſuper ſauciato miſe- *Luc.* 10.
ricordia motus, alligauit vulnera eius in-
fundens oleum & vinum, & curam illius
egit, & pabulum fecit haberi.

Videns dominus ciuitatẽ Ieruſalem, & *Luc.* 19.
conſiderans mala quæ ei futura erãt poſt-
modum & paſſura, fleuit ſuper eam di-
cens: Si cognouiſſes & tu, &c.

Vt vidit Ieſus Mariam plorantem, & *Ioan.* 11.
Iudæos qui venerant cum ea plorantes,
infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, &
lachrymatus eſt.

Ioan. 19. Etiam pendens Saluator in cruce habuit curam matris, quam ſciebat in anima crucifigi, Mulier, dixit, ecce filius tuus. oſtenſo Ioanne.

Act. 9. Cùm veniſſet Petrus in Ioppen, vidit flentes viduas pro morte Tabithæ, quæ faciebat eis tunicas & veſtes; & ponens genua ſua orauit, & cùm vocaſſet eam, ſanctis & viduis aſſignauit viuam.

Act. 17. & 28. Paulus cùm eſſet Athenis, incitabatur ſpiritus eius in eo quòd ipſe videbat idololatriæ deditam ciuitatem.

Barbari non modicam præſtabant humanitatem Paulo & ſociis eius. Accenſa enim ei pira reficiebant omnes propter imbrem qui imminebat & frigus: ipſi verò eius bene indigebant qui de naui confracta euaſerunt tempore hyemali: & quoſdam oportuit natare: Alij verò ſuper tabulas fuerunt aſportati.

Rom. 9. Cum tanta ſpiritus anxietate compatiebatur Paulus fratribus, & cognatis ſuis pereuntibus, quòd ipſe dicebat: Triſtitia eſt mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto, pro fratribus meis, qui ſunt cognati ſecundùm carnem.

Galat. 4. Et Galatis: Filioli mei, quos iterum parturio. Iudicium ſine miſericordia

fiet ei qui non facit miſericordiam. Iac. 2.

De hoſpitalitate exhibenda. CAP. XLVI.

NOta de Abraham, quàm celeriter, quàm lætanter angelos hoſpitio receperit, & ipſis ea quæ videbantur neceſſaria peregrinis parari fecit. *Gene.* 18.

Item de Loth attende, quomodo angelos, quos putabat eſſe homines tranſeuntes, honorauit, obnixè rogauit, & eis neceſſaria benignè offerens, domum ſuam contra incurſantes defendit, vt potuit. Vnde liberatus eſt ab incendio. *Gen.* 19.

Prompta ad hoſpitalitatem videbatur Rebecca, quæ dixit ſeruo Abrahæ, Palearum & fœni plurimum eſt apud nos, & locus ſpacioſus ad manendum. Et paulo pòſt dixit eidem Laban: Præparaui domum, & locum camelis. *Gen.* 24.

Sine magna prece Iethro recepit peregrinum Moyſen hoſpitio. Poſtmodum autem filia eius & nepotes ſui, fuerunt per illum magnificè honorati. *Exod.* 2.

Teſtatur Moyſes dicens: Dominus Deus noſter amat peregrinum, & dat ei victum & veſtitum, & vos quoque amate peregrinos, quia & ipſi fuiſtis aduenæ. *Deut.* 1[illegible]

Exploratores, quos miſit Ioſue accepit hoſpitio Rahab meretrix liberaliter & cuſtodiuit fideliter, ac dimiſit. Et do- *Ioſue* 2. *&* 4.

mus eius tota ab hoſte ſeruata eſt.

Iudith 19 In Gabaa Beniamin, non inuenit locum Leuites, qui eum hoſpitio reciperet, niſi quendam ſenem de opere venientem.

3.*Reg.*17 Elias ſuſcitauit filium mulieris, apud quam ſuſtentabatur.

4.*Reg.*4. Mulier Sunamitis Eliſeum tranſeuntem hoſpitio ſuccepit, hic ei filium impetrauit & eundem mortuum ſuſcitauit.

*Iob.*31. Bonus hoſpitalarius erat Iob, qui dicebat, Foris non remanſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit.

Matt. 10. *Luc.*10. Quando miſit Saluator diſcip. ad prædicandũ, in illis ſeipſum recipi, aſſeruit & audiri. Qui vos recipit, me recipit, qui vos audit, me audit: qui vos ſpernit, &c.

*Luc.*9 & 10. *Ioan.* 12. Ambulãs per mundũ dominus Ieſus, nõ habebat vbi caput reclinaret: Martham verò ſpecialem hoſpitã legitur habuiſſe.

*Luc.*19. Gaudens accepit dominum Zachæus in in domo ſua, & dominus ipſum magis gaudentem effecit, quando dixit, Hodie ſalus huic domui facta eſt.

Luc. 24. Exemplo duorũ diſcip qui dominum in ſpecie peregrini coẽgerunt ad manẽdum, apparet, quòd peregrini non ſolùm vocandi ſunt ad hoſpitium ſed compellendi.

*Act.*10. Apoſtoli hoſpitabantur, vt plurimum, in domibus artificum, & hominum medio

diocriũ. Vnde legitur de Petro: Hic hoſpitabatur apud Simonem quendam coriarium, cuius domus eſt iuxta mare.

Obnixè & inſtãter deprecata eſt Lydia purpuraria Paulũ & ſocios eius vt manerent apud eam domo ſua: coëgit eos: &c. *Act.* 16.

Itẽ de Paulo, manebat apud Aquilam & Priſcillam, quia erat eiuſdem artis. *Act.* 18.

Cùm euaſiſſet Paulus & ſocij eius de confracta naui, Publius princeps inſulæ illius ipſos ſuſcipiens, triduò benignè victum exhibuit. Paulus autẽ patrem ipſius febribus & diſenteria laborantem, oratione, manuum impoſitione ſanauit. *Act.* 28.

Vrbana fiducia vtebatur Paulus ſcribẽs Philemoni, cùm dixit: Para mihi hoſpitium, nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis. *Hebr.* 13.

Inter cætera ad quæ ſpecialiter Paulus induci Hebræos, eſt hoſpitalitas. Hoſpitalitatem nolite obliuiſci, per hanc enim quidam placuerunt angelis, &c.

Commendat Gaium beatus Ioannes in tertia ſua epiſtola, dicens: Chariſſime, fideliter facis quidquid opereris in fratres, & hoc in peregrinos.

De amicitia. CAP. XLVII.

VOcatis multis amicorum turbis ad conuiuium, Laban fecit nuptias, & *Gen.* 29.

Digitized by Google

dedit filiã ſuã Rachel nepoti ſuo Iacob.

Exod.31. Loquebatur Dñs ad Moyſen facie ad faciẽ, ſicut ſolet homo ad amicum ſuum.

Ruth.1. Ruth adhæſit ſocri ſuæ Noëmi, & dixit ei: Quocunque perrexeris, pergam: & vbi morata fueris, & ego pariter, &c.

1.Reg.18 Anima Ionathæ colligata eſt animæ Dauid, & dilexit eũ Ionathas, quaſi animã ſuam. Nam expoliauit ſe Ionathas tunica qua erat induta, & dedit eam Dauid.

1.Reg.13 Signũ fuit fidelis amicitiæ, licet indiſcretæ, ꝙ armiger Saul, videns Dominum ſuum mortuum, mortuus eſt cum eo

2.Reg.3. Miſit Abner nũcios ad Dauid dicẽs: Fac mecũ amicitias, & erit manus mea tecũ, & reducã ad te vniuerſum Iſrael. Chuſai

4.Reg.17 Arachites amicus Dauid venit ad Abſalon, & diſſipauit conſilium Architophelis.

2.Par.19 Propheta Iehu dixit Ioſaphat regi Iuda qui inierat fœdus, & venerat ad prælium cũ Achab rege Iſrael: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dñm, amicitia iungeris. Et idcirco iram Dñi merebaris.

Heſter.3. Aman ſuperbus cõuocauit ad ſe amicos, & expoſuit illis magnitudinem diuitiarum ſuarum, & filiorum turbam, & quantum eum gloria ſuper omnes principes rex leuaſſet.

Iob 2.6. Audientes tres amici Iob omne malum

lum quod accidiſſet ei venerunt ſinguli de loco ſuo, vt viſitarent eum, & conſolarentur. De his tamen, dixit poſtea, Subuertere nitemini amicum veſtrum.

Alchimus proditor impius, concitauit regem Demetrium aduerſus Iudam Machabæum, pro quo dixit ei: Perdidit Iudas & fratres eius, amicos tuos. *1. Mac. 7.*

Rex Alexander miſit epiſtolam Ionathæ, nunciauitque ei dicens: Audiuimus de te, quòd ſis vir potens viribus, & aptus vt ſis amicus noſter. *1. Ma. 10*

Poſtquàm Alexander percuſſit Demetrium, miſit ad Ptolomæum regem Ægypti legatos, vt ſtatueret amicitiã adinuicem, & daret ei filiam ſuam in vxorem. *Eodem.*

Accepit Ionathas aurum & argenrum, & alia xenia multa, & dedit Demetrio, & inuenit gratiam in conſpectu eius, & fecit eum principem amicorum. *1. Mac. 11*

Vidit Ionathas, quia tempus eum iuuát, miſit viros Romam ſtatuere, & renouare cum Romanis amicitiam. *1. Ma. 12*

Propter veterem amicitiã, quam habebant ad Eleazarum, quidam aſtãtes attulerunt carnes, quibus veſci licitè poterat, vt ſimularet ſe de ſacrificij carnibus mãducaſſe: & ſic euadere poſſet mortem. *2. Mac. 6.*

Lyſias intelligens inuictos Iudæos, Dei *2. Mac. 11*

omnipotentis auxilio, miſit ad eos, promiſitque ſe regẽ cõpulſurum, amicũ fieri.

*Luc.*11. Potuit Dominus exemplum de illo, qui media nocte vadit ad amicum, vt petat aliquid ab eo.

*Luc.*16. Laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet, acquirendo amicos de bonis domini: concludens per hoc, quòd facere debemus amicos, qui poſſint recipere nos, quando nos in morte deficere oportebit.

*Luc.*23. In paſſione Domini, Herodes & Pilatus facti ſunt amici.

*Act.*19. Commota ciuitate Epheſo, & confuſa, quidam de Aſiæ principibus, qui erant amici Pauli, miſerunt ad eum rogantes, ne ſe daret in theatrum.

De inimicitia & odio. CAP. XLVIII.

*Gene.*3. POſt peccatum primorum parentum, ſtatim poſuit Deus inimicitias inter ſerpentem & mulierem, & inter vtriuſque ſemen.

*Gene.*26. Rixati ſunt Paſtores de Gerare, aduers⁹ paſtores Iſaac, ꝓ puteo, quẽ foderunt. Idcirco appellauit Iſaac puteum inimicitiæ.

*Gene.*27. Oderat ſemper Eſau Iacob, pro benedictione qua benedixerat ei pater, dixitque in corde ſuo: Veniet dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrẽ meum.

Dixit

Dixitque Iacob Simeon & Leui: Turbaſtis me, & odioſum feciſtis Chananæis, & Pherezæis, habitatoribus terræ. *Gene.34.*

Videntes fratres Ioſeph, quòd à patre plus cunctis amaretur oderunt eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. *Gene.37.*

Oderant filios Iſrael Ægyptij & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem producebant vitam eorum. *Exod.1.*

Dixit Dominus ad Moyſen: Hoſtes vos ſentiãt Madianitæ, & percutitæ illos, quia & ipſi hoſtiliter egerunt contra vos & deceperunt inſidiis per idolum Phogor. *Num.25.*

Adoniſedech rex Ieruſalem, & quatuor alij reges, obſederunt Gabaon, vt expugnarent eam, pro eo quòd transfugerant Gabaonitæ ad Ioſuæ & ad filios Iſrael, & inerant fœdus cum eis. *Ioſue 16.*

Perrexerunt maiores natu de Gabaa ad Iephthe, dicentes: Eſto princeps noſter. Quibus ille reſpondit: Nónne vos eſtis, qui odiſtis me? & de domo patris mei deieciſtis me, & nunc veniſtis ad me in neceſſitate? *Iudic.11.*

Fundebat apud Samſon Dalida lachrymas & conquerebatur, dicens: Odiſti me, & non diligis, idcirco problema non vis indicare mihi. *Iudic.14.*

Videns Saul, quod populus altè de *2.Reg.17. & 18.*

Dauid ſentiebat,&quòd in omnibus prudenter & ſtrenuè ſe habebat: factus eſt inimicus eius cunctis diebus.

1. Reg.4. Duo latrones qui occiderant Isboſeth, dixerunt ad Dauid: Ecce caput filij Saul inimici tui,ſed malè fuerunt ſtipendiati.

2.Reg.8. Thou rex Hemath audiens ꝙ Dauid expugnaſſet Adarezer hoſtẽ ſuum, miſit ad eum fillium ſuum,& gratias egit ei.

2.*Reg.*13 Poſtquã Amnon filius Dauid oppreſſerat Thamar ſororem Abſalon, exoſam eam habuit odio magno nimis, ita vt maius eſſet odium quo oderat eam amore quo ante dilexerat.

3.*Reg.*13 Tres aduerſarios ſuſcitauit Dñs Salomoni, poſtquàm à Deo per peccatum receſſit, videlicet Adad Idumæum, Raſon filium Hel'ada, & Ieroboã ſeruum ſuum.

3.*Reg.*19 Eliam prophetam perſecuta eſt impia Iezabel vxor Achab, propter prophetas Baal,quos fecerat occidi.

.*Reg.*21 Cùm Elias argueret Achab, pro iniqua morte Naboth,ait Achab ad Eliam:Num inueniſti me inimicũ tibi?qui dixit,inueni.

.*Reg.*22 Dixit Achab ad Ioſaphat regem Iuda, Remanſit de prophetis Domini Michæas filius Iamla, ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum,ſed malum.

*Eſd.*4. Audierunt hoſtes Iudæ & Benjamin, quia

quia filij captiuitatis ædificauerunt templum Domino Deo Iſrael, & voluerunt ædificare cum eis.

Raguel & Anna vxor eius, benedixerunt Dominum, qui fecerat cum eis miſericordiam ſuam, & excluſerat ab eis inimicum perſequentem eos. *Tob.8.*

Amputato capite Holofernis dixit Iudith, tacentibus vniuerſi: Laudate Dominum Deum noſtrum qui non deſeruit ſperantes in ſe, & interfecit in manu mea hoſtem populi ſui, & proferens caput Holofernis oſtendit eis. *Iudith.13*

Conquerentes de Aman ſuperbiſſimo Heſter dixit Aſſuero: Hoſtis & inimicus noſter peſſimus eſt ille Aman. *Heſter.7.*

De Iuda Machabeo dicitur: Repulſi ſunt inimici præ timore, & operarij iniquitatis conturbati ſunt, & directa eſt ſalus in manu eius. *1.Mac.3*

Ptolomæus rex Ægypti voluit dolo obtinere regnum Alexandri, & manifeſtæ factæ ſunt inimicitiæ eius. *2.Mac.11*

Cognouit Simeon, quòd Thryphon cũ dolo loqueretur, petens duos filios Ionathæ, & 100. talẽta argẽti: iuſſit tamen dari argentũ & pueros, ne inimicitiam magnam ſumeret ad populũ Iſrael, dicẽtem: Quia non miſit argentũ, propterea periit. *1.Mac.13*

Herodes

Luc.23. Herodes & Pilatus antea inimici, facti ſunt amici in paſſione Chriſti.

De pace & concordia. CAP. XLIX.

Gen.1. Alia animalia in principio fecit Deus duplicia, ſcilicet, maſculum & fœminam. Hominem autem fecit vnum, & ex illo ſunt omnes & ſinguli procreati, vt ſcilicet vnitatem pacis & cōcordiæ commendaret in homine.

Gene.23. & 16. Diuitiæ & copia rerum temporalium, ſunt plerunque materia & occaſio iurgiorum, ſicut apparet de paſtoribus Abrahā, & Loth, & de paſtor. Gerare.

Gene. 26. Gratanter faciunt homines pacem, & ineunt fœdus cum potentibus & magnis hominibus. Hinc eſt, ꝙ Abimelech venit ad Iſaac, quando vidit eum proſperari.

Gene. 27. & 28. Cedendum eſt interdum furori maiorum, ſicut fecit Iacob, recedens à fratre Eſau, donec requieſceret furor eius.

Ioſue 9. Audientes Gabaonitæ, quæ fecerat Ioſue Iericho, & Hai, venerunt ad eū, & ſerui ipſius beneplacitam pacem fecerunt.

Ioſue 22. Phinees & cæteri legati ad fil. Ruben miſſi, audientes excuſationē eorū placati ſunt & verba eorū libētiſſimè ſuſceperūt.

2.Reg.18 Quamuis Abſalon nimis nequiter contra patrem egiſſet, tamen Dauid magis volebat pacem quàm mortem; nam dixit,

xit,Eſtne pax puero Abſalon?

Cùm eſſet Dauid ſanctus & placens Deo, noluit tamen dominus vt ædificaret ei domum ſed filius eius pacificus iſto fuit priuilegio honoratus. *3.Reg 3. & 5. 1.Par 22*

Multum laudandus eſt Deus, quando dat populo ſtatum pacificum & quietum, ſicut fuit tempore Salomonis, dixit Salomon: Requiem dedit mihi Dominus per circuitum, non eſt Sathan nec occurſus malus. Sequitur, Benedictus Dominus. *3.Reg. 5.*

Boni homines habent pacem ad inuicem, ſed mali pugnant contra bonos contráque malos alios. Vnde inter Roboam & Ieroboam fuit bellum cunctis diebus. *3.Reg. 15*

Oſtenſum fuit Eliæ Dñm nõ eſſe in grãdi vento, nec in cõmotione, nec in igne, ſed in ſibilo auræ tenuis, hoc eſt in pace. *3.Reg. 1 & 19.*

Benedixit populus omnibus viris qui ſe ſponte obtulerant, vt habitarent in Ieruſalem, quæ interpretatur viſio pacis. *Nehe. 1.*

Miſit Ionathas legatos ad Bacchidem componere pacem cum eo, & tamen ipſe Bacchides fuerat dux exercitus, in quo occubuit Iudas Macha. frater Ionathæ. *1.Mac. 9.*

Rex Demetrius miſit epiſtolam ad Ionathan verbis pacificis, vt magnificaret eũ, dixit enim: Anticipemus pacem facere cum eo, priuſquam fiat cum Alexandro *1.Ma. 10*

aduer

aduerſum nos. Recordabitur enim omnium malorum quæ fecimus in eum.

2.Mach.3 Cauſa pacis, quæ fuit tempore Oniæ pulchrè deſcribit, videlicet idoneitas prælati prudenti, & pij, & bonitas ſubditorũ.

2.Mac.11 Poſtquàm debellatus fuit Lyſias à Iuda Machab. libenter fecit pacem cum eo, Intelligens enim inuictos eſſe Hebræos, Dei auxilio nitentes, miſit ad eos, promiſitque conſentire omnibus, quę iuſta ſunt, & regem compulſurum amicum fieri.

Matt.10. Tantam pacem & concordiam vult dñs erga proximos nos habere: vt dixerit
Matt.18. Petro peccanti fratri non eſſe remittendum ſepties, ſed vſque ſeptũagies ſepties.

Marc.9. Item diſcipulos dominus pacem inter ſe habere præcepit.

Luc.10. Pacem iuſſit per diſcipulos nunciari.

Luc.2. Pacem eis ante paſſionem reliquit.

Luc.24. Poſt reſurrectionem pacem obtulit.

Pacem annunciauerunt Angeli in natiuitate Domini.

Qui deſiderat ſeruare pacẽ, & quietem mentis, abſtinere debet à diſcurſibus: etiã interdũ, valdè licitis, & honeſtis, ceſſare.

Ioan.12. Vnde Martha vt audiuit quòd Ieſus venit, occurrit illi: Maria autem domi ſedebat, nec inde ſe mouit donec fuit vocata ab ipſo domino, per ſororem: Licet fortaſſis

taſſis non ignorauerit ipſa Maria aduentum Domini, quando Martha præſciuit. Quantum ſit pacis bonũ,perpendi poteſt per diſcretũ æſtimatorum Paulũ,qui illud tam ſolicitè in omnibus epiſt. ſuis illis quibus ſcribebat,optabat, excepta illa ad Hebræos,in qua nec nomẽ ſuum,ex certa cauſa,nec aliquã ſalutationem præmittit. Nota tamen quòd dicturus, pax vobis, præponit gratiam, dicens, Gratia vobis, Pax vobis. Per quod manifeſtè datur intelligi, quòd ſine gratia Dei, pax vera numquam poteſt haberi. Vnde Eſa.48. Nõ eſt pax impiis: Dicit Dominus.

De vnitate & communi conſenſu.

CAPVT. I.

EX vno homine Deus humanum genus inſtituit ad commendandum hominibus quàm ei grata ſit etiam vnitas in pluribus. Vnde Aug. lib. 12. de ciui.Dei *Aug.lib. 12.de ciuitate Dei cap. 21.* ait: Vnum ac ſingulum creauit,non vtique ſolũ ſine humana ſocietate deferendum, ſed vt eo modo vehemẽtius ei cõmendaretur ipſius ſocietatis vnitas,vinculúmque concordiæ,& non tantum inter ſe naturæ ſimilitudine, verùm etiam cognationis affectu homines necterẽtur, quando nec ipſam quidem fœminã copulandam viro ſicut ipſum creare placuit, ſed ex ipſo, vt omne

omnes ex homine vno diffunderetur genus humanũ. Vnde quãdiu vnus fuit non peccauit, ſed multiplicatus citò deliquit.

Exod.19. Populus filiorum Iſrael in deſerto multum fuit vnanimis, & voluntarius ad recipiendam legem, etiam auditis à Moyſe verbis legis, reſpondit cunctus populus, vna voce: Omnia verba Domini, quæ loquutus eſt faciemus.

Exod.35 Ad faciendum opus tabernaculi domini, & ſacras miniſtrorum veſtes, obtulit omnis multitudo filiorũ Iſraël omnia neceſſaria, mente prõptiſſima atque deuota.

Iudic.20. Congregati ſunt pariter omnes filij Iſrael quaſi vir vnus, videlicet, ad vindicandum flagitium in Gabba Beniamin erga vxorem Leuitæ commiſſum.

1.Reg.11 Inuaſit timor domini populũ, & egreſſi ſunt, quaſi vir vnus ad ſuccurrendum fratribus ſuis in Iabes Galaad obſeſſis.

2.Reg.5. Venerunt vniuerſæ tribus Iſrael à Dauid in Ebron, & vnxerunt eum in regem ſuper illos.

3.Reg.8. Conuenit ad regem Salomonem vniuerſus Iſrael, & tunc fuerunt arca & vſa ſanctuarij delata in templum, & ipſum ſolenniter dedicatum.

1.Eſdr.3. Congregatus eſt omnis populus, quaſi vir vnus in Ieruſalem, ad reædificandum

dam templum, quod fuerat à rege Babylonis deſtructum.

Congregatus eſt omnis populus quaſi vir vnus ad plateam. Et dixerunt Eſdræ vt afferret librum legis Domini. *Nehe.8.*

Cùm expoſuiſſet Achior vniuerſa, quæ dixerat Holofernes, omnis populus communi lamentatione & fletu vnanimes preces ſuas Domino effuderunt. *Iudith.6.*

Poſt mortem Iudæ congregati ſunt omnes amici eius, & dixerunt Ionathæ fratri eius: Ex quo frater tuus defunctus eſt, &c. nunc itaque te eligimus pro eo eſſe nobis principem & ducem, ad bellandum bellum noſtrum. *1.Mac.9.*

Auditis ſermonibus Simonis, accenſus eſt ſpiritus populi ſimul, & voce magna dixerunt: Tu es dux noſter loco Iudæ & Ionathæ. *1.Mac.13.*

Poſt aſcenſionem Domini, omnes diſcipuli erant perſeuerantes in oratione, cum mulieribus & Maria mater Ieſu, & ſic inuenit eos Spiritus ſanctus. *Act.16.*

Omnes qui credebant pariter erant recepto Spiritu ſancto, & habebant omnia communia, vnanimiter perdurantes in templo, & frangentes circa domos panes. *Eodem.*

Cùm audiſſent diſcipuli de ſanatione claudi, & reſponſione Petri & Ioannis ad *Act.4.*

magiſtratus plebis, vnanimiter leuauerunt vocem, & dixerunt: Domine, qui feciſti cœlum & terram, da ſeruis tuis, &c.

Eodem. Multitudinis credentium erat cor vnũ, & anima vna, nec quiſquam eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.

Act.5. Punitis ad vocem petri terribiliter Anania & vxore eius Sapphira, factus eſt timor magnus in vniuerſa terra, & erãt omnes vnanimiter in portico Salomonis.

De diſcordia, lite, vel rixa. CAP. LI.

Gen.14. PRimam diſcordiam inter homines, mouit inuidia, inter Cain & Abel, quoniam opera Cain maligna erant, fratris autem iuſta.

Gen.13. Subſtantia Abraham & Loth erat multa, & nequibant habitare communiter, vnde & facta eſt rixa inter paſtores gregum Abraham & Loth.

Gen.14. Quia quinque reges ſeruierant duodecim annis Chodorlahomor regi Elamitarum, & decimotertio receſſerant ab eo: ideo factum eſt bellum illud de quatuor regibus aduerſus quinque, in quo fuit Loth captus, ſed per Abraham liberatus.

Gen.19. Viri ciuit. Sodomæ, vallauerunt domum in qua erant duo Angeli, in humana ſpecie hoſpitati, & volebãt illos cognoſcere.

Vim

Vimque faciebant vehementiſſimè, eo ꝙ Loth fideliter hoſpites defendebat.

Factũ eſt iurgium paſtorum Gerare, ad uerſus paſtores Iſaac, propter poſſeſſio. oniũ & armentorum & familiæ plurimæ. *Geneſ.26.*

Oderat ſemper Eſau Iaob, pro benedictione qua benedixerat ei pater, dixitq; in corde ſuo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. *Gene.27.*

Tumens Iacob cum iurgio dixit ad Laban: Quam ob culpam meam ſic exarſiſti in me? Et ſcrutatus es omnem ſupellectilem meam? *Geneſ.13.*

Occaſione Dinæ filiæ Iacob, quam Sichem filius Emor rapuit, & oppreſſit, facta eſt diſcordia magna inter filios Iacob, & habitatores terræ illius. *Gen.34.*

Moyſes quadam die, vidit duos Hebræos rixantes, dixítq; ei, qui faciebat iniuriam: Quare percutis proximum tuum. *Exod.2.*

Cum exiſſent filij Iſrael de terra Ægypti, & tráſiſſent mare rubrũ, Amalech venit, & pugnauit contra eos in Raphidim. *Exod. 17.*

Multoties iurgati ſunt filij Iſrael contra Moyſen in deſerto. Primò pro defectu potus: poſteà habito vno cibo deſiderauerunt alium. Extædiati enim manna, petierunt carnes. Item ad aquas contradictionis conuenerunt aduerſus Moy- *Exod.15. & 16. Num.20. & 24.*

ſen & Aaron filij Iſrael, vbi iurgati ſunt contra Dominum & Moyſen.

Iudic.9. Inter Abimelech filium Ierobaal,& viros Sichem, qui male fecerant eum principem, fuit magna diſcordia ſuſcitata:ita, quòd illi cœperunt eum deteſtari & rebellare ei, & ipſe eos expugnauit.

Iudic.12. Orta eſt ſeditio inter viros Ephraim & Iephthe, eo quòd Iephthe vadens ad pugnam contra filios Ammon, illos vocare noluit,vt dicebant.

Iudic.20. Pro vxore Leuitæ in Gabaa Beniamin, & inter tribus Iſrael, tam vehemens diſcordia & prælium fuit, ita quòd illi de tribus Beniamin, exceptis quingentis viris penitus ſunt deleti.

1.Re.18. & infr. Occiſo à Dauid Philiſthæo, iratus eſt Saul contra Dauid, eo quòd communiter laudabatur. Non rectis oculis ergo Saul aſpiciebat Dauid à die illa, & deinceps nec aliquis ex tunc potuit mollire cor Saul,quin perſequeretur eum.

2.Reg.3. Facta eſt longa concertatio inter domum Saul & domum Dauid, ſed Dauid ſemper proficiebat,& domus Saul continuè decreſcebat.

2.Par.15. & 18. Nimis inhoneſta facta eſt diſcordia inter Abſalon ambientem regnum, & Dauid patrem ſuum. Deinde Abſalon

qui

qui eam mouit, ſuſpenſus eſt.

Rege Dauid redeunte in Ieruſalem, viri Iſrael turbati fuerunt, eo quòd viri Iuda ipſum reduxerant, aliis non vocatis. *2. Re.19.*

Duæ mulieres meretrices litigabant coram rege Salomone, occaſione vnius infantis, quem vtraque volebat habere. *3. Reg. 5.*

Mortuo Salomone, petiit populus, vt à Roboam filio eius mitius tractaretur. Quo durius reſpondente, receſſerunt decem tribus ab eo, & fecerunt Ieroboam regem ſibi, ex quo multa bella fuerunt inter reges Iſrael & Iuda. *3. Reg. 11*

Facta eſt contentio inter diſcipulos, quis eorum videretur eſſe maior: ſed Domino non placuiſſe talem contentionem patet per ea quæ ſequuntur. *Marc. 9. Luc. 22.*

Litigabant Iudæi adinuicem dicentes: Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum? *Ioan. 6.*

Murmur multus erat de Domino Ieſu in turba. Quidã enim dicebant, quia bonus eſt: alij autem dicebant, nõ, ſed ſeducit turbas. Sequitur: Facta eſt diſſenſio, &c. *Ioan. 7.*

Baptizato Cornelio cum omni domo ſua, audierunt Apoſtoli & fratres, qui erant ex Iudæa, quoniam gẽtes recepiſſent verbum Dei. Cùm aſcendiſſet autem Petrus Ieroſolymam, diſceptabant aduerſus *Act. 11.*

illum, qui erant ex circunciſione fratres, dicentes, Quare introiſti ad viros præputium habentes,& manducaſti cum illis?

Act. 14. Paulo & Barnaba in ciuitate Iconio prædicantibus, & multa miracula facientibus, diuiſa eſt multitudo ciuitatis. Quidam erant cum Iudæis, & quidam erant cum Apoſtolis.

Act. 15. Quidam deſcendentes de Iudæa docebant fratres: Quia niſi circuncidamini ſecundum morem Moyſi, non poteſtis ſalui fieri. Facta ergo ſeditione non minima Paulo & Barnabæ aduerſus illos, ſtatuerunt vt conſulerentur apoſtoli, qui erant Ieroſolymis ſuper hac quæſtione.

Rom. 12. Occaſione Ioannis Marci, quem Paulus nolebat recipere ad miniſterium Euangelij, facta eſt diſſentio inter Paulũ & Barnabam, ita vt diſcederent ab inuicẽ. Attamen totũ peruenit ad profectum Euang.

Act. 19. Prædicante Paulo Epheſi, etiã multa miracula faciẽte, facta eſt turbatio nõ minima de via Dñi. Demetrius enim quidam argentarius faciens ædes Dianæ argẽteas, præſtabat artificibus non modicum quæſtũ, &c. Impleta eſt tota ciuitas cõfuſione.

Act. 21. Quidam Iudæi videntes Paulum in templo, concitauerunt omnem populum, & iniecerunt manus, clamantes: Viri

Iſrae

Iſraelitæ, adiuuate. Commota eſt ciuitas tota, & facta eſt concurſio populi.

Cùm exclamaſſet Paulus in concilio: *Act.23.*
Viri fratres, ego Phariſæus ſum, filius Phariſæorum, de ſpe & reſurrect. mort. ego iudicor. Facta eſt diſſenſio, &c.

De zelo bono contra peccatores. CAP. LII.

SÆuiebant filij Iacob ob ſtuprum Dinæ ſororis per Sichem oppreſſæ. *Gen.34.*

Audiens Moyſes voces cantantiũ, & videns vitulum & choros, iratus eſt valde, & proiiciens tabulas, confregit eas. Et nota, quam grauiter puniuit populũ, pro quo tã fideliter & inſtanter orauerat antè Deum. *Exod.32*

Multũ placuit Deo zelus Phinees Eleazari, quando perfodit virum cum muliere Madianita: licet eſſent magni & nobiles. *Num.25.*

Præcepit Ioſue Acham lapidari, & totam eius ſupellectilem comburi, quia tulerat de anathemare Iericho. *Ioſue.7.*

Cũ audiſſent filij Iſrael filios Rubem & Gad, ædificaſſe ſibi altare, conuenerunt omnes contra eos & dimicare voluerunt. *Ioſue.22.*

Congregati ſunt omnes filij Iſrael quaſi vir vnus, ad vindicandum grauiſſimum ſcelus, quod commiſerant viri de Gabaa Beniamin, pro vxore Leuitæ. *Iudic. 19. 3. & 20.*

Confidenter arguit Elias errantem populum, & ſacerdotes Baal fecit occidi. *2. Reg. 18*

Digitized by Google

illum, qui erant ex circunciſione fratres, dicentes, Quare introiſti ad viros præputium habentes, & manducaſti cum illis?

Act. 14. Paulo & Barnaba in ciuitate Iconio prædicantibus, & multa miracula facientibus, diuiſa eſt multitudo ciuitatis. Quidam erant cum Iudæis, & quidam erant cum Apoſtolis.

Act. 15. Quidam deſcendentes de Iudæa docebant fratres: Quia niſi circuncidamini ſecundùm morem Moyſi, non poteſtis ſalui fieri. Facta ergo ſeditione non minima Paulo & Barnabæ aduerſus illos, ſtatuerunt vt conſulerentur apoſtoli, qui erant Ieroſolymis ſuper hac quæſtione.

Rom. 12. Occaſione Ioannis Marci, quem Paulus nolebat recipere ad miniſterium Euangelij, facta eſt diſſentio inter Paulũ & Barnabam, ita vt diſcederent ab inuicẽ. Attamen totũ peruenit ad profectum Euang.

Act. 19. Prędicante Paulo Epheſi, etiã multa miracula faciẽte, facta eſt turbatio nõ minima de via Dñi. Demetrius enim quidam argentarius faciens ædes Dianæ argẽteas, præſtabat artificibus non modicum quæſtũ, &c. Impleta eſt tota ciuitas cõfuſione.

Act. 21. Quidam Iudæi videntes Paulum in templo, concitauerunt omnem populum, & iniecerunt manus, clamantes: Viri Iſrae

Iſraelitæ, adiuuate. Commota eſt ciuitas tota, & facta eſt concurſio populi.

Cùm exclamaſſet Paulus in concilio: Viri fratres, ego Phariſæus ſum, filius Phariſæorum, de ſpe & reſurrect. mort. ego iudicor. Facta eſt diſſenſio, &c. *Act. 23.*

De zelo bono contra peccatores. CAP. LII.

SÆuiebant filij Iacob ob ſtuprum Dinæ ſororis per Sichem oppreſſæ. *Gen. 34.*

Audiens Moyſes voces cantantiũ, & videns vitulum & choros, iratus eſt valde, & proiiciens tabulas, confregit eas. Et nota, quam grauiter puniuit populũ, pro quo tã fideliter & inſtanter orauerat antè Deum. *Exod. 32*

Multũ placuit Deo zelus Phinees Eleazari, quando perfodit virum cum muliere Madianita: licet eſſent magni & nobiles. *Num. 25.*

Præcepit Ioſue Acham lapidari, & totam eius ſupellectilem comburi, quia tulerat de anathemare Ericho. *Ioſue. 7.*

Cũ audiſſent filij Iſrael filios Rubem & Gad, ædificaſſe ſibi altare, conuenerunt omnes contra eos & dimicare voluerunt. *Ioſue. 22.*

Congregati ſunt omnes filij Iſrael quaſi vir vnus, ad vindicandum grauiſſimum ſcelus, quod commiſerant viri de Gabaa Beniamin, pro vxore Leuitæ. *Iudic. 19. 3. & 20.*

Confidenter arguit Elias errantem populum, & ſacerdotes Baal fecit occidi. *3. Reg. 18*

3.Reg.20. Reprehenſus eſt Achab,eo quòd Benadab regem Syriæ, virum morte dignum indiſcretè viuum permiſit abire.

4.Reg.10 Quamuis rex Iſrael Iehu ſimpliciter fuerit malus, tamen multum commendatur, eo quòd ſemen domus Achab deleuit, & prophetas Baal occidit, & ædem ipſius Baal deſtruxit.

2.Pa.24. Spiritus Domini induit Zachariam filium Ioiadæ, & ſtetit in conſpectu populi ſculptilibus ſeruientis, & dixit: Quare tranſgredimini præceptum Domini? quod vobis non proderit: & dereliquiſtis Dominum, vt derelinqueret vos.

1.Eſd. 9. Audiens Eſdras ſacerdos Iudæos cum Gentilibus matrimonia copulaſſe miro modo doluit, & gemens ac eiulans, ſigna doloris oſtendit.

Nehe.13. Videns Nehemias Iudæos ducẽtes vxores alienigenas, obiurgauit eos, & maledixit & verberauit aliquos & decalcauit.

1.Mac.2. Surrexit Matathias & dixit: Væ mihi: vt quid natus ſum videre contritionem populi mei? Sequitur poſtea de illius zelo ferventiſsimo, & mirabili probitate: quando trucidauit hominem ſuper aram idolis immolantem.

2.Mac.3. Onias ſummus pontifex reſtitit viriliter Simoni, qui volebat iniquum quid-

in

in ciuitatem moliri.

Miro feruebat zelo Ioannes Baptiſta, quando dicebat: Progenies viperarũ quis demonſtrauit vobis fugere venturã iram? Simul & quando Herodem increpabat. *Matt. 3. & 14.*

Dure increpabat Dominus Scribas & Phariſæos, & hypocritas, & ſpecialiter vbi dixit eis ſepties: Væ vobis, &c. *Mat. 23.*

Sciens Dñs Ieſus Phariſ. ipſum nequiter obſeruare, circunſpiciens eos cũ ira contriſtatus eſt ſuper cæcitatem cordis ipſorum, dixitque, Vos ex patre diabolo eſtis. *Ioan. 8.*

Plures eiecit Dñs vẽdentes & ementes de templo quãdoque, cũ duro verbo, Domus mea, domus orationis eſt, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. *Ioan. 2. Luc. 19.*

Grandi zelo ſuccenſus eſt Petrus in Ananiam & Sapphiram, quando vidit quòd fraudauerant aliquid de pretio agri. *Act. 5.*

Ex ardenti zelo proueniebat ſermo, quẽ dixit Stephanus Iudæis: Dura ceruice, & incircuncisi corde & auribus, ſemper reſtitiſtis Spiritui ſancto. *Act. 7.*

Reſiſtente Paulo & Barnaba, Barieu pſeudoprophetæ, dixit Paulus: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, & inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas. *Act. 13.*

Cùm Paulus prædicaret Athenis, in- *Act. 17*

citabatur ſpiritus eius , videns idololatriæ deditam ciuitatem.

Specialiter apparet feruens zelus Pauli in epiſt.ad Galat. 5. Vbi arguebat, increpabat, obſecrabat. Similiter ad Rom. 9. 2.Cor.11.& ad Heb.2.

De zelo indiſcreto. CAP. LIII.

Num.11. VIdens Ioſue famulus Moyſi, duos homines in caſtris prophetantes, dixit Dñe mi Moyſes, prohibe illos, at ille, Quid (inquit) æmulatis pro me?

1.Reg.16 Abiſai Saruiæ voluit amputare caput maledicentis ſerui Dauid, perſecutionem Abſalon patienti. Sed non permiſit Dauid, vt aliquid mali inferretur illi.

4.Reg.2. Filij prophetarum coegerunt Eliſeum vt mitteret viros ad quærendũ Dñm ſuum, ne forte ſpiritus Dñi proieciſſet eum in vnum montium, aut in vnam vallium.

Ionæ 14. Ionas fugere voluit à facie Dñi, quando præcepit ei prædicare Niniuitis. Et poſtmodum doluit, qñ vidit ꝙ ciuitas iuxta interitum, quẽ prædixerat, non ruebat.

Matt.16 Cũ oſtendiſſet Dñs diſcipuli, oportere eum multa pati à principibus Iudæorum, & occidi, Petrus cœpit increpare illum dicens, Abſit à te Dñe, non erit tibi hoc.

Luc.6. & 13. Multum zelabant Phariſæi pro obſeruatione Sabbati, quãdo videbant Dominum

minum die illo curantem infirmos.

Item quando videbãt diſcip. eius ſpicas vellentes,& manibus cõfricantes.Luc.6. *Matt.12. Marc. 2.*

Scribæ & Phariſæi amplius zelabant pro traditionib.ſuis, quàm ꝑ diuinis mãdatis. *Matt.15. Marc. 7.*

Item pro auro templi, plus zelabant quàm pro ipſo templo,& pro dono altaris, plus quàm pro ipſo altari. *Matt.23.*

Oblati ſunt domino paruuli, vt manus eis imponeret & oraret. Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus autem ait: Sinite paruulos venire ad me. *Matt. 19. Marc.10.*

Cum effudiſſet Maria pretioſum vnguentum ſuper caput domini, quidam diſcipuli indignè ferebant, & fremebant in eam,de perditione vnguenti. *Matt.26 Marc.14*

Ioannes Apoſt. prohibuit quẽdã eiicientẽ dæmonia in nomine Dñi Ieſu, eo quòd nõ ſequebatur eos,cum aliis diſcipulis, & ait ad illum Ieſus:Nolite prohibere:qui enim non eſt aduerſum nos,pro nobis eſt. *Luc.9.*

Audientes Iacobus & Ioannes, quòd Samaritani non reciperẽt nuncios domini,aiunt:Domine,vis dicamus,vt ignis de cœlo deſcendat,& conſumat illos?Et conuerſus dominus increpauit illos, & dixit: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. *Eodem.*

Arguit dominus Petrum,quia amputauerat aurẽ ſeruo principis ſacerdotum, eo *Mat.26. Luc. 22.*

quòd

quòd tunc Chriſti nō erat tempus potentiæ oſtendendæ,ſed patientiæ exhibendę.

Ioan.3. Apparet diſcip. Ioānis Baptiſtæ, celaſſe contra dn̄m pro magiſtro, qaando dixerunt ei, Rabbi, qui tecum erat trans Iordanem,hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Ioannes autē optime reſpondit eis.

Act.3. Cùm afferrentur de ciuitatib.vicinis diuerſi infirmi in Ieruſalem,& à Petro curarentur,exurgēs princeps ſacerdot. & omnes qui cum illo erant,repleti ſunt zelo.

Act.8. Æmulator erat paternarum traditionum
9. & 22. Paulus, contra multos coætaneos ſuos,
Gal.1. quando deuaſtabat Eccleſiam per domos intrans & trahens viros ac mulieres, & tradebat in cuſtodiam.Vnde accepit litteras à principe ſacerdotum ad ſynagogam, quæ erat Damaſci,vt ſi quos inueniret ibi, qui inuocarent nomen Chriſti, vinctos perduceret in Ieruſalem..

Act.13. Videntes Iudæi,quòd penè vniuerſa ciuitas conuenerat audire verbū Dei,quod Paulus & Barnabas prædicabant, repleti ſunt zelo,& contradicebant iis quę à Paulo dicebantur blaſphemantes.

Act.21. Venienti Ieroſolym. Paulo dixerunt ei fratres: Quot millia ſunt in Iudæis qui crediderunt:& oēs æmulatores legis ſunt?

Rom.10. Et de talibus dicit Paul. Teſtimonium

qui

quidē perhibeo illis, ꝙ æmulationē q̄dem Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam.

De prudentia & diſcretione. CAP. LIIII.

ABraham veniens in Ægyptum, de vxore ſua prudenter & caute celauit veritatem, nec tamen aſſeruit falſitatem dicens: Soror mea eſt. *Gen.* 12.

Simile egit q̄n venit ad Abimelech. *Gen.* 20.

Prudenter ſeparauit ſe Abrahā à Loth, ne paſtores adinuicem litigarent. *Geneſ.* 13.

Diſcretè diuiſit Abraham filiis ſuis dum viueret portiones, ne poſt mortem ſuam ad inuicem concertarent. *Gene.* 25.

Rebecca ſagaciter inſtruxit filiū ſuum Iacob, vt benedictionem patris ſui conſequeretur, & eum fecit recedere à partib. illis donec requieſceret furor fratris. *Gene.* 27.

Artem arte deluſit Iacob pulchrè, quā do nolebat ei dare Laban mercedem pro ſeruitio competentem. *Gen.* 30.

Sagaciter egit Iacob, quando debuit obuiare irato fratri, quoniam munera ei miſit, res ſuas diuiſit, ne vno furoris impetu totum perderet, & res nimis dilectus maiori periculo exponeret. *Gen.* 32.

Prudenter loquutus eſt Ioſeph coram Pharaone ei exponendo ſomnium, & contra futuram famem dando conſilium. *Gen.* 41.

Ioſeph fratres ſuos cautè deprehendit, *Gene.* 44.

dit,& eis timorem incuſſit.

Exod. 18 Bonum conſilium dedit Iethro Moyſi dicens: Prouide tibi viros potentes & timentes Deum,in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam,&c.

Num. 13. Antequàm Moyſes inuaderet terram promiſſionis, miſit exploratores illuc, ad conſiderandum conditiones eius.

Ioſue 2 1. Exploratores,quos miſit Ioſue,prudenter latuerunt, donec illi, qui quærebant eos,ad propria redirent.

Ioſue 8, Magna ſagacitate vſus eſt Ioſue, inſidias ponendo,iuxta ciuitatem Hai, & fugam poſtea ſimulando.

Ioſue 9. Callidè cogitantes Gabaonitæ, voluerunt decipere Ioſue, ſed ille eos diſcretè in ſeruitutem redegit.

Ioſue 22. Filij Iſrael Phinees,& alij nuncij ad filios Ruben miſſi,diſcretè loquuti fuerit, & illi eos verbis prudentiſsimis placauerunt.

Iudic. 3. Ahod portans munera,Eglon ipſum aſtutè decepit.

Iudich. 8. Gedeon percuſsit caſtra hoſtiū, qui ſequuti erant,& nihil aduerſi ſuſpicabantur,

Iudich. 11 Iephthe per nuncios prudenter ſignificauit regi filiorum Ammon,quòd indicebat ei bella non iuſta, ſed poſtea indiſcretum fecit votum.

Iudic. 12. Cautè deprehendit Iephthe, qui eſſent

Ephra

Ephratæi, & qui Galaaditæ, dicendo, Schibboleth, dum illi reſponderent, Chibboleth, &c.

Filij iſrael pugnãtes cõtra illos de Beniamin fugã arte ſimulauerunt, & ſic eos à ciuit. extraxerũt & penitus debellauerũt. *Iudic. 20*

Dicentibus quibuſdam de Saule: Vnde ſaluare vos poterit iſte? & deſpicientibus eum, ille diſſimulabat ſe audire. 1. Reg. 10

Magnæ prudentiæ fuit, quando Dauid armatus armis Saulis cœpit tentare, ſi ſic poſſet incedere contra Goliath, &c. 1. *Reg.* 17

Egrediebatur Dauid ad oĩa quæcunq; miſiſſet eum Saul, & prudenter ſe agebat. *1. Reg. 18.*

Dauid corã Achis ſimulauit ſe eſſe fatuum & quaſi furentem, vt poſſet fugere ab eo. 1. *Reg.* 21

Abigail prudenter placauit Dauid iratum contra Nabal virum ſuum. *1. Reg. 25*

Arguere volens Nathan prophetã Dauid de exceſſu commiſſo in Vriam & vxorem apertam parabolam de diuite, qui abſtulit ouem pauperi, prudenter aſſumpſit. *2. Reg. 12*

Prudenti cautela vſus eſt Ioab, ad hoc quòd per mulierem ſapientem faceret Abſalon reuocari. *2. Reg. 14*

Sapiens mulier, de Abela fecit recedere Ioab ab obſidione ciuitatis. *2. Re. 20.*

Audiẽs Berſabee, quòd Adonias volebat regnare pro patre, ſapienter loquuta eſt *1. Reg. 3.*

ad

ad Dauid, pro ſe, & filio ſuo Salomone.

Eodem. Diſcretionem & ſapientiam poſtulauit Salomon, quod multum placuit Deo: & cum ſapientia alia multa ei conceſſit.

3. Reg. 3. Salomon prudenter iudicauit inter duas mulieres, de vnico filio contendentes.

3. Reg. 12 Rex Roboã reſpondit populo durè, bono & diſcreto ſeniorũ conſilio derelicto quod ei dederãt. Et loquutus eſt eis ſecundum conſiliũ iuuenũ, & imprudẽter egit.

3. Reg. 20 Apprehenſurus Achab regẽ Iſrael quidam de filiis Prophetarum parabolam de viro commendato, & male cuſtodito, diſcretè propoſuit, per quam rex ille peccatum ſuum manifeſtè cognoſceret.

4. Reg. 10 Studioſe fecit Iehu Prophetas Baal honorare velle ſe fingens, & poſtea illos occidit, & altare Baal deſtruxit.

2. Reg. 18 Studioſe & diſcretè Ezechias Rex Iu-*Eſa. 36.* da prohibuit ne populus nunciis regis Aſſyr. dicentibus blaſphemias reſponderet. Non enim expedit populũ fidelẽ contra litigantes infideles, diſputationes habere.

1. Par. 23 Ioiada Pontifex volens conſtituere regem in Ieruſalem, Ioas filium Ioram, valde caute ſe habuit & prudenter.

2. Par. 32. Ezechias intelligens regẽ Aſſyriorum contra Ieruſalem aduẽturum, obturauit capita fontium extra vrbem, reparauit

muros

muros ciuitatis, bellatores, ſuos optimis ſermonibus cōfortauit, & deinde ad prædicandum dominum ſe conuertit.

Cum magna diſcretione, diligentia, & ſolicitudine Nehemias ædificauit murum in circuitu Ieruſalem. *Nehe. 2. 3. & 4.*

Magnæ ſapientiæ verbum & meritò approbatum fuit illud quod dixit Zorobabel: Fortiores ſunt mulieres, ſuper omnia autem vincit veritas. *1. Eſdr. 3.*

Tobias credens ſe cito moriturum, dedit filio ſuo magnæ prudentiæ documenta, & inter alia dixit: Conſilium ſemper à ſapiente perquire. *Tob. 4.*

Sapientiā magnā ſe habere oſtendit Iudith in verbis quæ dixit cap. 8. Et poſtea dicitur, quod ſerui Holofernis mirabātur ad ſapientiā eius, & dicebat alter ad alterū: Non eſt talis mulier ſup terrā in aſpectu, & pulchritudine, & in sēſu verborū. *Iudit. 8. & 11.*

Cum magna prudentia requiſiuit Mardoch. Heſter, vt ſuccurreret populo Iudęorū, dicēs: Si nunc ſilueris, per aliam viā liberabuntur Iudęi, & tu, & domus patris tui peribitis. Quis nouit vtrum idcirco ad regnum veneris, vt in hoc tpe parareris? *Heſter 4.*

Danieli & ſociis eius dedit Dominus ſcientiam & diſciplinam, in omni libro & ſapientia. Danieli autem ſpecialiter *Dan. 1.*

intelligentiam viſionum & ſomniorum.

Dan.2. 4. & 13. Viſiones Nabuchodonoſor regis Babylon. Daniel expoſuit ſapienter. Et poſtmodum legitur (licet prius acciderit) de duobus ſenibus presbyteris, quos mira prudentia contra innocentem Suſannam falſum dixiſſe teſtimonium deprehendit.

1.Mac.7. Innotuit Iudæ Machabæo, quòd Nicanor venerat cum dolo, & quòd volebat eum capere, cautè ſubtraxit ſe Iudas, & noluit eum amplius videre.

1.Ma.13 Cognouit Simon, quòd Triphon cum dolo loqueretur: petens duos filios Ionathæ: & centum talenta argenti iuſſit dari, ne inimicitiam magnam ſumeret ad populum dicentem: Quia non miſit argentum & pueros, propterea periit.

2.Mac.7 Septem illi fratres cum pia matre ſua in verbis, quæ ſibi inuicem & tyranno dicebant, miram ſapientiam ſe habuiſſe demonſtrauerunt.

2.Ma.14 Conſtituta fuit dies, in qua Iudas ſecreto cum Nicanore loqueretur. Præcepit autem Iudas armatos eſſe in locis opportunis, ne fortè ab hoſtibus repente aliquid mali oriretur.

Luc.1. Miræ diſcretionis & prudentiæ B. virginem fuiſſe, apparet in colloquio quod habuit cũ Angelo, Cogitabat qualis eſſet

iſta

iſta ſalutatio, ait: Quomodo fiet iſtud?

Cùm remanſiſſet in Ieruſalē annis duodenis puer Ieſus in medio doctorum audiens, & interrogans illos, ſequitur: Quòd ſtupebant omnes, qui eum audiebant ſuper prudentia & reſponſis eius. *Luc.2.*

Laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet. *Luc.16.*

Pulchrè deluſit dñs curioſam interrogationem ſacerdotum & ſeniorum populi Iudæor. quærentium, in qua poteſtate ille miracula faceret, ait enim, Interrogabo & ego vos Baptiſmus Ioannis, vnde erat? *Mat.21.* *Luc.20.*

Cùm Paul. fuiſſet cum ſocio eius Sila, in carcere poſitus: in craſtino miſerunt magiſtratus præcipiētes vt dimitterentur. Paul. prudenter dixit. Cæſos nos publicè indicta cauſa cū ſimus Romani, cōiecerūt in carcerem, & nunc occultè nos eiiciunt? *Act.16.*

Cōmota & confuſa ciuit. Epheſina Pau. prudenter & humiliter acquieuit conſilio amicorū. Qui rogauerunt eum, ne ſe daret in theatrū. Vbi etiam apparuit prudentia illius Scribæ, qui pulchrè ſedauit populum ſic cōmotum, & remiſit ad domū. *Act.19.*

Cùm vellet Paulus de Græcia, nauigare in Syriam, & intelligeret ſibi à Iudæis eſſe paratas inſidias cautè declinauit. Et reuerſus eſt per Macedoniam, nec *Act.20.*

recuſauit comitatum, quem fecerant ei fratres diuerſarum ciuitatum.

Act. 22. Cùm tribunus iuſſiſſet Paulum cædi & flagellis torqueri, dixit Paulus aſtanti ſibi Centurioni, Si hominem Romanum licet indemnatum vobis flagellare? & diſceſſerunt ab eo, qui eum torturi erant.

Act. 23. Sciens Paulus quòd vna pars eſſet Phariſæorum, exclamauit: Viri fratres, Phariſæus ſum &c. Et ſurgentes quidam Phariſæorum pugnabant pro eo.

Eodem. Poſtea cùm audiſſet, quòd quidam Iudæi vouerant, ſe nihil guſtaturos donec occiderent Paulum, fecit hoc nunciari tribuno, qui miſit eum cum multis armatis, ad Felicem Syriæ præſidem.

Act. 25. Cùm Feſtus Præſes vellet eum in Ieruſalem reducere ad inſtantiam Iudæorum, Paulus prudenter aduertens eorum malitiam, Cæſarem appellauit.

De aſtutia & calliditate mala.

CAP. LV.

Geneſ. 3. PRimum magiſtrũ calliditatis & mendacij ſeu aſtutiæ, patet fuiſſe diabolũ in ſerpẽte. Qui cùm callidior eſſet cũctis animantib. primum mulierẽ ſeduxit. Non enim voluit virũ aggredi primum quem ſciebat maiori diſcretione dotatum,

Geneſ. 29. & 20. Multoties voluit ſeducere Iacob nepotem

tem ſuũ modo in vxore, modo in mercede, Laban ſcilicet, ſocer eius. Sed Dominus in fraude circunuenientiũ illi affuit.

Cùm Laban ſcrutaretur ſupellectilem Iacob & veniret ad tentorium Rachel, illa ſolicitudinem quærentis aſtutè deluſit. *Gene.13.*

Sæuientes ob ſtuprũ ſororis ſuæ Dynæ filij Iacob, callidè ſuaſerunt, Sichem & ciuitatis pop. circuncidi. Quo facto, & irruerunt in eos, & faciliter occiderunt. *Gen.34.*

Filij Iacob voluerunt decipere patrem, quando tunicam Ioſeph tinxerunt in ſanguine hœdi, mittentes qui dicerent ei: Hanc inuenimus, vide vtrum tunica filij tui ſit, an non? *Gene.37.*

Diuerſas excogitauit aſtutias Pharao rex Ægypti ad hoc, vt filios Iſrael totaliter extirparet. Ad hoc etiam, vt eos in Ægypto interimeret & nullatenus recedere pateretur. *Exod.15.*

Malefici Pharaonis quantum ad duo ſigna prima, fecerunt per incantationes ſicut fecerat Moyſes. *Exod.8.*

Malitioſè loquuti ſunt Chore, & complices eius, quando ſteterunt cõtra Moyſen & Aaron dicentes: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus. Quid eleuamini ſuper populum Domini. *Num.15.*

Num.22. Videns Balach rex Moabit. ꝙ fortitudine filios Iſrael vincere non poterat, voluit eos maledictione Balaam ſuperare.

Ioſue 9. Gabaonitæ audientes, quæ fecerat Ioſuæ Ierico & Hai, callidè cogitauerunt, quomodo poſſent ita facere, quòd non totaliter delerentur.

1.Reg.13 Cauerant Philiſthini, ne faber ferrarius inueniretur in omni terra Iſrael, ne fortè Hebræi facerent gladium, aut lanceam,

3.Reg.18 Saul inuidens proſperitati Dauid, dixit de filia ſua Michol quam Dauid habere vocabat. Dabo eã illi, vt fiat ei in ſcandalum: & ſit ſuper eum manus Philiſtinorum. Dixit ergo Saul ad Dauid: In duabus rebus gener meus eris hodie.

2.Reg.11 Per magnam aſtutiam voluit Dauid celare iniquitatem ſuam, quando miſit pro Vria, vt dormiret cum vxore ſua.

2.Reg.13 Nephandam calliditatem docuit Amnon filium Dauid, Ionadab filius Semma, quando dixit ei, vt languorem ſimularet, & ſic Thamar ſororem Abſalon, de qua tentabatur, ſolus habere poſſet.

Ibidem. Cùm vellet Abſalon vindicare iniuriam ſororis ſuæ, quam oppreſſerat Amnõ frater eius, fecit per grande conuiuiũ, & fratrem ſuum inuitauit, & dum comederet, ibi eum occidi fecit.

Am

Ambiẽs Abſalon regnũ patris, cœpit malitioſè adulari, & facta patris ſui vituperans ſeipſum bene iudicaturum iactauit. 2.Reg.15

Dixit Ieroboã in corde ſuo: Nunc reuertetur regnum ad domũ Dauid, ſi aſcenderit populus iſte, vt faciat ſacrificium in domo Domini in Ieruſalem, & excogitato conſilio, fecit duos vitulos aureos. 3.Reg.12

Achab rex Iſrael dixit quædam generalia verba nunciis Benadab regis Syriæ, ſuos & ſua liberaliter offerendo. Ex quibus ille aſtutè voluit eum grauare nimis ad ſpecialia deſcendendo. 3.Reg 20

Scelerata Iezabel crudeli aſtutia vſa eſt ad hoc vt vineam Naboth acquireret viro ſuo. 3.Reg.21

Sedechias filius Chanaana propheta Baal, fecit ſibi cornua fieri ferreã, quaſi eſſet propheta verus, dicens regi Achab: Hæc dicit Dominus, His vẽtilabis Syriam donec deleas eam. Tandem fefellit eum, & fecit eum ire ad bellum. 3.Reg.22

Currens Gioſi poſt Naaman, callidè colorauit petitionem ſuã, quando dixit: Dñs meus miſit me ad te, dicens. Modò venerunt ad me duo adoleſcẽtes, da eis talentum argenti & veſtes mutatorias, &c. 4.Reg.5.

Athalia mater Ochoziæ regis *Iuda* vidẽs mortuum filium, interfecit omne ſe- 4.Reg.11.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

men regium. & ſic regnauit ſuper terram ſex annis.

4.Reg.28. Loquebatur alta voce Rabſaces nũtius Sennacherib regis Aſſyriorum, vt audiret eum populus, & timeret ſuper murum.

2.Par.13 Dum Abia rex Iuda exercitum ſuũ cõfortaret, & aduerſarios increparet, Ieroboã rex Iſrael retro moliebatur inſidias. Cúmque ex aduerſo hoſtium ſtaret, ignorantem Iudam, ſuo ambibat exercitu.

1.Eſdr.4. *Nehe.45.* Varias excogitauerunt aſtutias vicini filiorum Iſrael, qui redierant de captiuitate Babylonis, ad hoc, vt impedirentur in ædificatione templi & murorum ciuitatis Ieruſalem.

Eſther.3. Superbiſſimus Aman, videns quòd Mardochæus ipſum adorare nolebat, occaſione eius ſuaſit regi per mendacia vt totus Iudæorum populus deleretur.

Iob 1. Quia Satan non poterat corã Deo virtutes S.Iob omnino negare, voluit intentionem eius callidè deprauare, dicens: Nunquid fruſtra Iob timet Deum? Nota etiam ibi, Quomodo vna die diabolus omnia bona temporalia ei abſtulit, & ſimul nuntios venire fecit, vt multiplici dolore per impatientiam frangeretur.

Deut.6. Principes & ſatrapæ regni Perſarum procurarunt, vt Darius ſtatueret decretum,

rum, contra quod Danielem cogitauerunt omnino debere facere, vt hac arte ipſum poſſent à rege auertere.

Duo ſenes presbyteri deteſtandã adinuenerunt nequitiam, vt poſſent Suſannam decipere, & poſtea ſe de ea crudeliter vindicare. *Dan. 13.*

Plenus malignitate Alcimus acceſſit ad Demetrium regẽ, & accuſauit Iudam Machabæum in multis. Deinde, vt narratur 2. Mach. 14. *1. Mach. 7*

Obtulit regi coronam auream, & alia quædam dona, & ipſa quidem die ſiluit. Et poſtea tantum fecit, & dixit, quòd rex ſummum Sacerdotem eum conſtituit.

Iaſon miſit Menelaum portantem pecuniam Antiocho regi: at ille Menelaus commendatus regi in ſemet ipſum retorſit ſummum Sacerdotium, ſupponens Iaſoni talenta argenti trecenta. *2. Mac. 4.*

Herodes clam vocatis Magis diligenter ab eis didicit tempus ſtellæ, quæ apparuit eis, & mittens eos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate diligẽter de puero. Hoc verò qua intentione diceret, apparuit in occiſione puerorum. *Matt. 2.*

Phariſæi volentes capere Dñm in ſermone, miſerũt ad eum diſcip. ſuos cũ Herodianis, dicentes: Magiſter, ſcimus quia *Matt. 22*

verax es, licet cēſum dare Cæſari, an non?

Matt. 28. Princeps Iudæor. cuſtodibus ſepulchri dederunt pecuniam copioſam, vt dicerēt, Ieſum de nocte furto ſublatum eſſe.

Ioan. 9. Varios circuitus fecerunt Phariſæi, vt facerent confiteri cœcum illuminatum, quod non eſſet illuminatus à Chriſto.

Act. 5. Ananias conſcia Sapphira vxore ſua, fraudauit de pretio agri venditi.

Act. 8. Samaritani attendebant ad Simonem magum, eò quòd magicis artibus ſuis multò tempore dementaſſet eos.

Act. 13. Videntes Iudæi quòd verbum Domini diſſeminabatur per Paulum & Barnabam, cōcitauerunt religioſas mulieres & honeſtas & primas ciuitatis Antiochenæ, & excitauerunt perſecutionem in illos, & eiecerunt eos de finibus ſuis.

Act. 14. Cùm Paulus & Barnabas eſſent in ciuitate Lyſtri, & tantam haberent gratiā ibi, quòd homines ipſis tanquā diis ſacrificare voluerant: ſuperuenerunt quidam Iudæi qui taliter perſuaſerunt turbis, quòd Paulus fuit ibi lapidatus: & extra ciuitatē tractus, qui putabatur eſſe mortuus.

Quæſtuarij quidam cum puella ſpiritum Phytonem habente, volentes conqueri de Paulo, non dixerunt, quod per eum amiſerunt quæſtum ſuum, ſed mentiendo

tiendo dixerunt: Hi homines conturbant ciuitatem noſtram, annunciant inſtituta, quæ nobis non licet ſuſcipere: cùm ſimus Romani.

Iudæi malitioſè cogitauerunt petere à Tribuno, vt Paulum produceret in medium, quaſi aliquid certum inquiſituri eſſent ab illo. Inſidiabantur autem ei multi, qui volebant ſtatim interficere eum, & ad hoc etiam obligauerant ſe per votum. *Act.* 33.

De eruditione liberorum. CAP. LVI.

AVdiens Iacob ſomnia Ioſeph, increpabat eum: ne contra ſe fratrum ſuorum inuidiam ſuſcitaret. *Gene.* 37.

Negligentiã filiorũ arguebat Iacob audiens, q̃ alimenta vẽderentur in Ægypto. *Gene.* 41.

Blaſphemus in Eremo lapidatus fuit filius mulieris Iſraelitidis, de viro Ægyptio generatus. Tales enim filij malè frequenter inſtruuntur. *Leui.* 24.

Præcepit Dominus per Moyſen, vt filij Iſrael docerent filiios ſuos, ea quæ ipſi viderent. *Deu.* 4.

Contumax filius & proteruus, & parẽtum imperio obedire contemnens, præcipitur à Moyſe per populum lapidari. *Deut.* 21.

Heli ſacerdos malè corripuit filios ſuos, & ideo tam ipſe quam illi ſunt à Domino puniti. 1. *Reg.* 4.

Ado

Digitized by Google

3.*Reg.*12 Adonias filius Hagith, malè fuit à patre ſuo Dauid correptus, & idcirco in ſuperbiam elatus regnare voluit, ſed tãdem à fratre ſuo regnante fuit occiſus.

3.*Reg.*2. 1.*Par.*28 Appropinquans ad mortem Dauid, diligẽter inſtruxit Salomonem filium ſuum qui regnare debebat poſt eum.

Tob. 1. 4. 6. *&* 14. Tobias ſenior filium ſuum ab infantia timere Deũ docuit, & abſtinere ab omni peccato. Deinde, cùm ſe citò crederet moriturum, piè & ſalubriter inſtruxit eum. Similiter fecit inſtante morte ſua.

*Tob.*10. Parentes Saræ vxoris Tobiæ iunioris dimiſerunt ire filiam ſuam cum viro ſuo, monentes eam honorare ſoceros, diligere maritũm ſuum, regere familiam ſuam, gubernare domum, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere.

Iob 1. Magnam ſollicitudinem gerebat Iob de liberis ſuis, qui cùm ſimul comediſſent, offerebat holocauſta per ſingulos dies, ne fortè peccaſſent.

*Dan.*13. Parentes Suſannæ cùm eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuã, ſecundũ legem Moyſi.

1.*Mac.*2. Cùm appropinquaret morti Mathathias filios ſuos ſalubriter inſtruxit, & contra impios animauit.

2.*Mac.*7. Supra modum mater mirabilis quæ patientes ſeptem filios ſub vnius diei tempore

pore conſpiciens, ſingulos hortabatur pia voce dicens: Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis, &c.

Quòd bonis conſiliis non acquieſcere periculoſum eſt. CAP. LVII.

ANgeli qui apparuerunt Loth, dederunt ei bonũ conſiliũ, vt exiſteret de Sodomis, & generos ſuos ſecum ducens, nequaquam poſt tergum reſpicerent, ſed in monte ſaluos ſe facerent. Qui dixit generis ſuis, qui accepturi erant filias eius: vt egrederentur. Sed viſus eſt eis quaſi ludens loqui. Generi ergo Loth, nolentes exire de medio prauæ gentis, perierunt cum ipſis Sodomitis. Vxor autem eius retro reſpiciens, verſa eſt in ſtatuam ſalis: ipſe etiam Loth qui iuxta conſilium angeli noluit ſtatim in montem aſcendere, cum propriis filiabus peccauit. *Gene. 19.*

Ruben conſuluit fratribus ſuis, vt Ioſeph redderetur patri ſuo. Qui non acquieuerunt ei: idcirco venit poſtea ſuper eos tribulatio. *Geneſ. 37 & 42.*

Filiis Iſrael volentibus aſcendere ante tempus, ad locum, de quo loquutus fuerat Dominus, ait Moyſes: Non eſt Deus vobiſcum. Amalechites, & Chananæus ante vos ſunt, quorum gladio corruetis, eò quòd nolueritis acquieſcere Domino. *Num. 14.*

Poſt

Iudic.20. Poſt ſcelus perpetratum in vxorem Leuitæ, cõuenerunt Filij Iſrael, & miſerunt nuncios ad filios, vel tribum Benjamin, qui dicerent: Cur tantum nephas in vobis repertum eſt? Tradite homines, qui hoc flagitium perpetrauerunt. Qui noluerunt audire, propter quod omnes poſtea, exceptis paucis fuerunt occiſi.

2. Reg.2. Dixit Abner Aſaëli, vt deſiſteret ab inſecutione ipſius ꝙ audire contẽpſit. Abner autem ipſum aduerſa haſta trãsfodit.

3.Reg.12 Roboã filius Salom. noluit audire conſiliũ ſenum, ſed conſilio iuuenũ acquieuit. Et ideo magnã populi ſui partem amiſit.

Iudic.6. Bonum & fidele conſilium dedit Achior Holoferni, quod ille cum ſuperbia & indignatione contempſit, qui paulò pòſt fuit occiſus, & eius exercitus, cum damno & confuſione fugatus.

Iere.40. Godoliæ quem rex Babyl. præfecerat
41.& 42 terræ Iudæo. nunciauit fideliter Iohannã,
2.Reg.25 filius Careah, quòd Iſmael filius Nathaniæ volebat eum occidere. Qui reſpondit ei: Falſum loqueris de Iſmaele. In menſe autem ſeptimo venit Iſmael, & occidit Godoliam poſtquam comederat cum illo.

Dan 4. Conſilium meum placeat tibi, ô rex & peccata tua eleemoſynis redime, ait Daniel Nabuchodonoſor regi, qui non acquie-

quieuit, & mutatus eſt in beſtiam.

Vadens in Galaad Iudas Machabæus reliquit Ioſephum & Azariam duces populi, & præcepit eis dicens: Nolite bellum committere aduerſus gentes, donec reuertamur. Illi verò voluerunt ſibi facere nomen, & perdiderunt res & nomen. *1. Mac. 5.*

Habebat Iudas Machab. octingentos viros ſecum, aduerſariorum verò 22. millia, & auertebant eum ſocij, ne pugnaret tunc, ſed prius exercitu congregato. Qui noluit acquieſcere corũ conſilio, & in illo bello ipſe cecidit, cæteri verò fugerunt. *1. Mac. 9.*

Bonum conſilium dedit vxor Pilati viro ſuo: ſed ille acquieſcere recuſauit, magis timens Cæſarem offendere, quàm iuſtum ſanguinem condemnare. *Matt. 27.*

De ſuſpicione & falſa crudelitate.

CAP. LVIII.

Cogitauit Abraham, quòd forſitan nõ erat timor Dei in Geraris, & homines illius terrę eum occiderent propter vxorem ſuam. Id quod etiam putauerat de Ægyptiis. *Gen. 12. & 20.*

Simile accidit Iſaac. Gen. 26.

Suſpicatus eſt Laban quòd Iacob furatus eſſet Deos eius. Et ob hanc cauſam perſcrutatus eſt totam ſupellectilem. *Gen. 31.*

Videns Iacob veſtimenta Ioſeph, ſangui *Gen. 37.*

gui

guine cruentata, putauit eum eſſe mortuum,& à fera peſſima deuoratum.

Gen. 43. Præcepit Ioſeph diſpenſatori ſuo, vt introduceret fratres ſuos domum ad comedendum ſecum:ait illi exterriti, crediderunt ꝙ vellet eos ſubiicere ſeruituti.

Ioſue.22. Rubenitæ & Ganditæ,euntes ad poſſeſſiones ſuas,ædificauerũt altare trans Iordanem. Quo audito, filij Iſrael turbati fuerunt,neſcientes quare hoc feciſſent illi,& putauerunt, quòd vellẽt ſe ab eorum lege penitus ſeparare.

Iudic.15. Cùm iuiſſet Samſon ad domum patris ſui, ſocer eius putauit quòd odio haberet vxorem ſuam, & repudiaſſet eam, vnde tradidit eam alij viro.

1.Reg.1. Heli videns Annam labia mouere, & nullum verbum proferre, æſtimauit eam eſſe temulentam.

1.Reg.22 Quia Saul perſequebatur Dauid, imponebat ipſi Dauid, quòd ipſe perſequeretur eum. Vnde dicebat, quòd filius ſuus Ionathas ſuſcitaſſet ſeruum ſuum inſidiantem ei,licet eſſet falſiſſimum.

1.Reg.29 Cùm eſſet Dauid cũ Achis rege Geth, quaſi cuſtos capitis ſui, Satrapæ dixerunt ad Achis, vt recederet Dauid, ne fortè transfugeret ad Saulem.

2.Reg.10 Miſit Dauid nũcios ad regem Ammon

vt

vt conſolaretur eum ſuper patris interitu. Principes autem illius putauerunt quòd veniſſent ad explorandam ciuitatem, non ad conſolandum regem.

Poſtquam rex Aſſuerus turbatus fuit contra Aman, & ille iacebat ſuper lectum Eſther, ad rogandum eam pro anima ſua, impoſuit ei rex, quòd ipſo præſente, voluerit reginam opprimere. *Heſter* 7.

Dũ vellet Ieremias ire ad terram Beniamin, comprehendit eum cuſtos portæ, & impoſuit ei, quòd fugerat ad Chaldæos. *Ier.* 37.

Nunciante Ieremia propheta voluntatem Domini populo terræ, qui remanſerat poſt deſtructionem Ieruſalem, dixerũt ei: Mendacium tu loqueris: non te miſit Dominus, ſed Baruch filius Neriæ, incitauit te aduerſum nos, vt tradas nos in manus Chaldæorum. *Ier.* 43.

Tortores qui Eleazarum ducebant ad ſupplicium, in iram verſi ſunt, propter ſermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam dictos arbitrabantur. 2. *Mac.* 6.

Videntes diſcipuli ſupra mare Dominum ambulantem, putauerunt phantaſma eſſe, & præ timore clamauerunt. *Matt.* 14. *Ioan.* 6.

Simon Phariſ. videns mulierẽ peccatricẽ ad pedes Dñi flentẽ, ait intra ſe dicens: Hic ſi eſſet propheta, ſciret qualis, &c. *Luc.* 7.

Luc. 18. Ad hoc, quòd nullus de ſe altè ſentit, nec male ſentiat de aliquo, multũ valet exemplum quod adducit Saluator de iactante ſe Phariſæo, & humili Publicano.

Act. 2. Videntes Iudæi Apoſtolos Domini, poſt effuſionem Spiritus ſancti, loquentes variis linguis, dicebant quidam eorum: Quia muſto pleni ſunt.

Act. 9. Omnes diſcipuli Chriſti timebant Saulum poſt conuerſionem ſuam, non credentes, quòd eſſet diſcipulus, donec Barnabas duxit illum ad Apoſtolos, & narrauit illis, quómodo in via vidiſſet Dominum. Et quomodo in Damaſco fiducialiter egit in nomine Domini Ieſu.

Act. 21. Tribunus Lyſias videns Paulum à Iudæis tam male tractari, quæſiuit ab eo, Nónne tu es Ægyptius, qui ante hos dies tumultũ concitaſti, & eduxiſti in deſertum quatuor millia virorum ſicariorum?

Act. 28. Vt viderunt Barbari pendentem viperam in manu Pauli, adinuicem dicebant: Vtique homicida homo eſt hic. Et æſtimabant eum in tumorem conuertendum, & ſubito caſurum & moriturum.

Quòd ſancti viri permittunt aliqua fieri non libenter. CAP. LIX.

Gen. 43. IAcob permiſit abduci Beniamin filium non libenter, & temerè dilectum propter

pter neceſsitatem victualium ad inſtantiam filiorum.

Moyſes permiſit dari libellum repudij odioſis vxoribus Iudæorum, quia timebat in eis vxoricidium. *Deut.* 24 *Matth.* 5. & 19.

Conſiderato Dauid populo ſuo, conſtituit ſuper eum Tribunos & Centuriones, dixítque rex ad populum: Egrediar & ego vobiſcum: Et reſpondit populus: Non exibis, quia tu vnus pro decē millibus computaris. Melius eſt ergo vt ſis nobis in vrbe præſidio, ad quos rex ait: Quod vobis videtur, hoc faciam. 2.*Reg.* 18

Eliſæus permiſit quòd filij prophetarum quærerent Eliam ne fortè Spiritus Domini proieciſſet eum, cùm tamen ſciret, quòd iſti laborarent in vanum. 4.*Reg.* 2.

Cognouit Simon quòd Tryphon cum dolo loqueretur, petens duos filios Ionathæ, & centum talenta argenti iuſsit dari tamen argentū & pueros ne fortè aduerſum ſe inimicitiam populi concitaret. 1.*Ma.* 13

De iuſtitia & æquitate. CAP. LX.

ABraham volens ſeparari à Loth nepote ſuo, dedit ei optionem, vt eligeret, partem quam vellet; & ſi pulchre poterit partitio fieri, vt maior diuidat, & minor eligat. *Gen.* 13.

Dixit Iacob ad Laban: Reſpondebit *Gene.* 30.

cras iuſtitia mea.

Num.27. Teſtimonio Domini iuſtã rem poſtulauerũt filiæ Salphaad, quæ in hæreditate paterna ſuccedere à Moyſe perierunt.

Iudic.1. Rex Adonibezec comprehenſus à filiis Iſrael dixit: Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum ſummitatibus, colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias, ſicut feci ita reddidit mihi Dominus,

1.Re. 15. Adducto Agag rege Amalech coram Samuele, ait ei Samuel: Sicut fecit abſque liberis mulieres gladius tuus, ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua.

1.Reg.26 Dixit Dauid ad Saul, qui eum iniuſtè perſequebatur: Dñs retribuet vnicuique ſecundùm iuſtitiam ſuam & fidem.

1.Reg.30 Conſtituit Dauid, & quaſi pro lege habitũ eſt, vt æqua eſſet pars deſcendentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas.

2.Reg.24 Dauid noluit accipere gratis ab Areu-
1.Reg.21 na Iebuſæo aream quam habere volebat, ſed iuſto pretio mediante.

Tob. 2. Audiens hædum balantem Tobias, dixit. Videte ne furtiuus ſit, ſed reddite cum dominis ſuis: quia non licet vobis, aut edere ex furto, aut contingere.

Iudith 3. Achior dixit Holoferni ꝙ inquiri faceret vtrum populus Iudæorum ſeruaret legem Dei ſui, an non: quòd ſi non ſeruaret,

rẽ: poſſet eos ſibi redigere in ſeruitutem.

Præcepto regis Aſſueri ſuperbus & *Heſter.7.*
iniquus Aman, ſuſpenſus eſt in illo eodem *8.*
patibulo quod ipſe parauerat Mardo-
chæo, & hoſtes Iudæorum eodem die ab
ipſis Iudæis occiſi ſunt, quo Iudæos illi
occidere putauerunt.

Contra Babylonem prophetans Iere- *Ierem.50.*
mias ait: Reddite ei ſecundùm opus ſuum:
iuxta omnia quæ fecit, facite illi.

Iubente Dario rege, viri qui accuſa- *Dan. 6.*
uerunt Danielem, miſsi ſunt in lacum *& 14.*
leonum, & non peruenerunt vſque ad
pauimentum, donec arriperent eos leo-
nes, & omnia oſſa eorum comminuerunt.

Fecit populus duobus presbyteris, ſe- *Dan.13.*
nibus, qui iniquè accuſauerunt Suſan-
nam, ſicut malè egerant aduerſus proxi-
mum, & interfecerunt eos.

In eodem loco, in quo Andronicus in- *2.Mac.4*
iuſtè occiderat Oniam ſummum ſacer-
dotem, fecit eum vita priuari, purpura-
rius exutum Antiochus.

Impius Iaſon, qui inſepultos abiecerat *2.Mac.5*
multos, ipſe illamentatus, & inſepultus
abiicitur, nec propriam nec peregrinam
habuit ſepulturam.

Antiochus homicida, & blaſphemus *2.Mac.9*
peſſimè percuſſus,: vtque ipſe multos

tractauerat, peregre in montibus miſerabili vita defunctus eſt.

Mat. 18. A ſeruo nequam, qui noluit dimittere conſeruo ſuo centum denarios, merito reperiit Dominus vniuerſum debitum, quod liberaliter prius dimiſerat illi.

De iudiciis hominum rectis, aut prauis.

CAP. LXI.

Iob 29. CAuſam, quã neſcit iudex debet diligentiſsime inueſtigare, quemadmodũ Iob de ſe refert dicens: Cauſam quam neſciebam diligentiſsimè inueſtigabam.

Geneſ. 11. *& 18.* Vnde Deus quẽ nihil latere poteſt dicitur deſcendiſſe, vt videret ciuitatem, quã ædificabant filij Adam. Similiter dixit ipſe: Deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui ad me peruenit opere impleuerint.

Geneſ. 38 Iniuſtè præcepit Iudas Thamar nurum ſuam comburi.

Gen. 39. Dominus Ioſeph, minimum credulus verbis coniugis, miſit ipſum in carcerem.

Exod. 18. Minora per minores iudices, & maiora per maiores debẽt diffiniri, iuxta id quod conſuluit Iethro Moyſi.

Nu. 17. De duodecim bobus & ſex plauſtris, nullum dedit Moyſes filiis Caath, licet eſſent ſibi propinquiores, ſed totum dedit aliis Leuitis, eo quòd iſti amplius indigebant, qui grauiora portabant.

Con

Conſuluit Moyſes Dominum occaſione filiarum Saphaad & reſpondit Dominus Homo cùm mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſibit hæreditas. *Num.27.*

Voluit Moyſes, vt filij Ruben, & cæteri, qui petebant terram iam acquiſitam, armati alios præcederent ad bellum, donec terra alia eſſet penitus acquiſita. *Num.32.*

De filiis Samuel dicitur: Declinaue-runt poſt auaritiam, acceperúntque munera, & peruerterunt iudicium. *1.Reg.8.*

Iniuſtè protulit Dauid ſententiam contra Miphiboſeth, abſentem ad verbum Sibæ, ipſi Dauid xenia offerenti. Veruntamen poſtea cognita veritate voluit iniquam ſententiam penitus reuocare. *2.Re.16. & 19.*

Salomon rectè iudicauit de duabus mulieribus, quarum quælibet contendebat vnius pueri eſſe mater. *3.Reg.3.*

Donſtituit Ioſaphat rex Iuda, iudices terræ, præcipiens eis: Videte quid faciatis: non enim hominis exercetis iudicium, ſed Dei. Quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiſcum & cum diligentia cuncta facite. *1.Par.19.*

Ad ſuggeſtione Amã rex Aſſuerus iniuſtè dixit de populo: Age quod placet. *Heſter. 3.*

De iudicibus Iſrael dicebat Eſaias, Principes tui infideles, ſocij furum, om- *Eſa.1.*

nes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos.

Ier 38. Quia Ieremias à Dño prophetabat Ieruſalē capiendā eſſe à Chaldæis, dixerunt principes populi Sedechiæ regis: Rogamus vt occidatur homo iſte: qui reſpondit eis: Ecce ipſe eſt in manibus veſtris, nō enim fas eſt regē vobis quicquā negare.

Dan. 2. Nabuchodonoſor rex Babylonis præcepit vt perirent omnes ſapientes Babylonis, eo quòd illi ſomnium quod viderat, non poterant iudicare.

Dan. 6. & 14 Quamuis Darius rex Perſarum innocentem ſciret eſſe Danielem, tamen ad inſtantiam Satraparum fecit eum mitti in lacum leonum.

Dan. 13. Diſcretè examinauit Daniel duos ſenes, quis contra Suſannam iniquum tulerunt teſtimonium.

2. Mac. 4. Cùm accuſaretur Menelaus in iudicio coram Antiocho per pecuniam, quam promiſit, abſolutus eſt, & accuſatores eius iniqua morte damnati.

2. Ma. 4. Conqueſti ſunt Iudæi coram Antiocho rege de iniqua morte Oniæ. Contriſtatus autem Antiochus licet aliàs eſſet malus, Andronicum purpura exutum in eodem loco in quo ipſum Oniam occi

occiderat, iuſſit vita priuari.

Nimis iniquum protulit Herodes iudicium, quando mittens ſatellites occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem. *Marc. 2.*

Ad petitionem vnius ſaltatricis fecit Herodes Tetrarcha Ioannem Baptiſtam in carcere decollari, cùm tamen ſciret eum virum iuſtum & ſanctum. *Marc. 6.*

Dixit Nicodemus Phariſæis: Nunquid lex noſtra iudicat hominem: niſi audierit ab ipſo prius, & cognouerit quid faciat. *Ioan. 7,*

Nequiſsimum fuit iudicium, quando Pilatus dimiſit Barabbam homicidam, latronem, ſeditioſum, & Dominum Ieſum tradidit voluntati eorum. *Matt. 27*

Sacerdotibus & magiſtratibus templi denunciantibus Petro & Ioanni, ne docerent aliquid in nomine Ieſu, reſponderunt Apoſt. dicentes eis: Si iuſtum eſt in cõſpectu Dei, vos potius audire quã Deum, &c. *Act. 4.*

Cũ Paulus eieciſſet dæmonium à puella phytoniſſa, accuſatus fuit à dominis eius, quibus illa quæſtum diuinando præſtabat. Magiſtratus autẽ fecerunt Paulum & Silam virgis cædi, & in carcerem mitti. *Act. 16.*

Iudæis accuſantibus Paulũ, Gallio proconſul dixit: Si quidẽ eſſet iniquũ aliquid, aut facinus peſsimũ ô Iudæi, meritò vos ſuſtinerem. Si verò quæſtio eſt de ſermo- *Act. 18.*

ne, & nominibus legis veſtræ, voſipſi videritis. Iudex enim ego horum nolo eſſe.

Act.23. Princeps Sacerdotum præcepit percutere os Pauli, tunc Paulus ait: Percutiet te Dominus paries dealbate, & tu ſedens iudicas me ſecundùm legem, & contra legem iubes me percuti.

Act.24. Licet Paulus coram Felice præſide, ſe rationabiliter excuſaſſet, voluit tamen Felix gratiam præſtare Iudæis, & Paulum vinctum ſucceſſori ſuo Feſto reliquit.

Act.26. Feſtus volens acquieſcere Iudæis, qui petierant vt Paulus Ieroſolymam duceretur, dixit Paulo: Vis Ieroſolymam aſcendere, & ibi iudicari ſuper iſtis? Reſpondens dixit Paulus: Ad tribunal iudicis ſto. Cæſarem appello. Tunc Feſtus cũ conſilio loquutus, reſpondit: Cæſarem appellaſti, ad Cæſarem ibis.

Eodem. Dixit Feſtus præſes, Non eſt conſuetudo Romanis damnare aliquem hominem, priuſquam is, qui accuſatur præſentes habeat accuſatores, locúmque defendi accipiat ad abluenda crimina.

Act.26. Auditis rationibus Pauli, Agrippa rex, & præſes Feſtus loquebantur adinuicẽ dicentes: Quia nihil morte dignũ fecit homo iſte. Agrippa autẽ Feſto dixit: Dimitti poterat hic, niſi appellaſſet Cæſarem.

De

De Pœnitentia. CAP. LXII.

QVandiu manſit Maria extra caſtra, non proceſſerunt filij Iſrael. Non enim eſt bonum ire per deſertum huius vitæ ſine amaritudine pœnitentiæ. *Num.12.*

Audiens populus filiorum Iſrael dominum eſſe iratum, propter murmurationes eorum luxit nimis, & in mane plus voluerũt facere quàm dominus præciperet eis. *Num.14.*

Ad vocem Angeli improperantis populo peccanti beneficia Dei eleuauerunt omnes vocem ſuam, & fleuerunt. *Iudic.2.*

Dixerunt filij Iſrael ad dominum: peccauimus, tu redde nobis quicquid tibi placet. Et omnia idola proiecerunt. Sequitur: Qui doluit ſuper miſeriis eorum. *Iudic. 10.*

Citò pœnituit Dauid, quando Nathan ipſum de crimine reprehendit. *2. Re.12.*

Achab Rex Iſrael ſceleratiſſimus, cooperuit carnem ſuam cilicio, ieiunauítque & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite & minorata eſt pœna digna illi, pro criminibus infligenda. *3.Reg.21*

Manaſſes Rex Iuda vinctus catenis & in Babylonem ductus, egit pœnitentiam valde coram domino. Et reduxit eum dominus in Ieruſalem regnum ſuum. *2.Par.33*

Lamentante Eſdra pro populi peccatis, dictũ eſt ei: Si eſt pœnitentia in Iſrael *1.Eſdr.10*

ſuper

ſuper hoc,percutiā fœdus cum Dño, &c.

Iudith.4. Audita terribili potentia Holofernis ſacerdotes induerunt ſe ciliciis,& ex toto corde omnes orabant Dñm, vt viſitaret populum ſuum,& Dñs exaudiuit eos.

Iudith.8 Et in laudem Iudith dicitur, ꝙ habens ſuper lumbos ſuos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, præter Sabbata,& Neomenias,& feſta domus Iſrael.

Iob.42. Quamuis Iob eſſet vir ſimplex & rectus,timens Deum,& recedens à malo,tamen dicebat:Ego ago pœnitentiam in fauilla & cinere.

Eſa.22. Inſtante captiuitate Ieruſ. dicebat Eſa. Vocauit Dñs in die illa ad fletum,& planctum,& ad caluitiū, & ad ſingulum ſacci.

Ionæ.3. Niniuitæ crediderūt Domino ad prędicationem Ionæ, & prædicauerunt ieiunium,& veſtiti ſunt in ſacco,à minore vſque ad maiorem,& liberati ſunt.

2.Ma.10 Machab. Appropinquante exercitu Timothei, & qui cum illo erant, deprecabantur Dñm,caput terra aſpergētes,lumboſq; ciliciis præcincti, ad altaris crepidinem prouoluti, vt eis eſſet propitius & inimicis eorum inimicus. Et victoria potiti ſunt per auxilium cœlitus miſſum.

Matth.3. & 11. Ioan. Baptiſta ſanctificatus, antequam ex vtero matris natus à ſanctis parentibus

educatus fugit in deſertū verbo & exemplo pœnitentiā prædicans. Vbi tam auſteram vitam duxit, q̄ dicebatur: Nec comedens, nec bibens, adde, nec veſtiens. Quia pili camelorum non ſunt veſtes humanæ.

Quàm libenter receperit dominus peccatores ad pœnitentiam, ex his apparet, quòd prædicationem ſuam à pœnitentia legitur incepiſſe. *Matt. 4.*

Item ad hoc aſſerit ſe veniſſe, Luc. 5. Et hoc ipſum per opera demōſtrabat, Exemplo Mariæ. Luc. 7. Et Matt. eiuſdem ca. 9. Et Zachæi. Luc. 19. Et de Petro. Matt. 16.

Item & per ſimilitudines, quas ponebat de oue quæ periit in deſerto. De dragma, quam mulier perdidit in domo. De filio prodigo, quem pater reputabat mortuum, & poſtea ſuſcitatum. *Luc. 15.*

Maria Magdalena exemplar pœnitentiæ non iuſſa ad dominū venit, conuiuantes non erubuit, retro ſecus pedes dñi ſtetit, inter epulas lachrymas obtulit. *Luc. 7.*

Vt induceret homines ad faciendum pœnitentiam, poſuit exemplum de quibuſdam ſuper quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos. Et ſubdit: Si non pœnitentiam egeritis, omnes peribitis. *Luc. 13.*

Ad exēplum ouis quæ periit, vel dragmæ, quam mulier perdidit, ſed poſtea *Luc. 15.*

inuenta fuerunt: dicit dominus, Gaudium magnum eſſe in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

Ioan. 8. Leuem & breuem pœnitẽtiam iniunxit dominus mulieri in adulterio deprehenſæ, dicens: Vade, & amplius noli peccare.

Mat. 27. Videns Iudas ꝙ damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos dicens: Peccaui, tradens ſanguinẽ iuſtum.

Verum quidem dixit, ſed quia deſperabat: veniam non meruit.

Mat. 16. *Marc.* 14. *Luc.* 22. *Ioan.* 18. Petrus peccauit negando dominum in atrio principis ſacerdotum, ſed quando flere & pœnitere voluit, foras exiuit. Et nota, quòd Luc. 22. additum eſt: Conuerſus dominus reſpexit Petrum.

Act. 2. Quærentibus quibuſdam Iudæis corde compunctis, Quid faciemus viri fratres? ait illis Petrus: Pœnitentiam agite, & vnuſquiſque veſtrum baptizetur.

Act. 11. Auditis rationibus Petri, quare venerat ad Cornelium, & cum baptizauerat, tacuerunt fratres, & glorificauerunt dominum dicentes: Ergo & Gentibus Deus pœnitentiam ad vitam dedit. Tota vita Chriſti pœnitentia fuit.

De honore parentum. CAP. LXIII.

Geneſ. 9. SEm & Iapheth benedictionem patris meruerunt, quia nudato obſequium præbue-

præbuerunt. Cham verò filius ſuus maledictus fuit, quia patris nuditatem deriſit. *Gen. 17.*

Magnæ exiſtimationis erat apud antiquos benedictio patris, vt patet in Iacob & Eſau, quia ipſam ſolicitè quæſierunt.

Licet Eſau eſſet homo maius, reprobatus à Deo, & odio haberet fratrem ſuum Iacob, nolebat tamen ipſum occidere viuente patre ſuo Iſaac. Vnde dicebat: Venient dies luctus patris mei. In hoc deferēs patri honorem, & timēs offenſam eius. *Eodem.*

Ad magnam pœnam obligabat ſe Iudas cùm dixit patri: Niſi Beniamin reduxero, & tradidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Et notandum, quòd priuſquàm dixerat Rubē, duos filios meos interfice, ſi non reduxero illum tibi, tamen pater non acquieuit illi, acquieuit autem Iudæ dicenti prædicta verba. *Gen. 42. & 43.*

Idem Iudas poſtea ſupplicans Ioſeph vt Beniamin ad patrem remitteret, inter cætera repetit prędicta verba, quibus ſe obligauerat patri, & ſubiunxit, Non poſſum redire ad patrem abſente puero, ne calamitatis, quæ oppreſſura eſt patrem meum, teſtis aſsiſtam. *Gene. 44.*

Iacob benedicens filios, dixit contra Ruben: Effuſus es ſicut aqua, non creſcas. Quia aſcendiſti cubile patris tui, & macula *Gene. 49.*

culaſti ſtratum eius.

Exod.20. Non tantum lege naturali verumetiam
Deut.15. diuina tenentur filij ſuos venerari parẽtes
Matt.15. quũ Deus præceperit eis dicens, Honora
Marc.7. patrẽ tuum, & matrẽ tuam. Cui præcepto
pręmiũ addidit, Vt ſis longæuus ſuper terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi.

Leuit.20. Contra verò faciẽtibus punitionem indixit inquiens, Qui malèdixerit patri ſuo
Matt.15 aut matri morte moriatur. Item, patri ma-
Marc. 7. trique qui maledixerit, ſanguis eius ſit ſuper eum. Hoc nempe in lege quoque noua ſeruandum eſſe perhibuit Chriſtus.

Deut.21 Præcepit dominus per Moyſen: Si genuerit homo filium contumacem & proteruum. Sequitur: Lapidibus eum obruet populus ciuitatis.

Iudic.6. Reddidit Deus malum, quod fecerat Abimelech contra patrem ſuum, interfectis ſeptuaginta fratribus ſuis.

1.Reg. 2. Non audierunt filij Heli patrem, ipſos corripientem. Et ideo, diuinam vltionem experti ſunt.

1.Reg.14 Quia Ionathas guſtauerat paululum mellis contra inhibitionem patris, morti adiudicatus eſt à patre: tamen à populo liberatus eſt.

1.Reg.22 Dauid à facie Saul fugiens, & in magna neceſſitate exiſtens, habuit curam paren

parentum ſuorum, & recommendauit eos diligenter apud Moab regem.

Abſalon Dauid patrẽ ſuũ de regno expellere laborabat, ſed peſſimè ei ſucceſſit. *2.Re.15. & 18.*

Venienti Berſabee matri Salomonis, aſſurrexit Rex, adorauítq; eam, & poſitus eſt thronis matri regis. *3.Reg.2.*

Filij duo Sennacherib occiderunt eum: ſed tamen neuter eorũ regnauit poſt eum. *4.Re.19.*

Tobias ſenior inſtruẽs filiũ ſuum inter cætera dixit: Cum acceperit Deus animã meã, corpus meũ ſepelietur: & honorem habebis matri tuæ, omnibus diebus &c. *Tob.4.*

Eiiciens Dñs de templo cum flagello vendentes & ementes boues, & numularios, dixit: Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. In hoc & aliis multoties honorem patris quærens. *Ioan. 2.*

De puero Ieſu dicitur: Deſcendit cum illis, ſcilicet, Maria & Ioſeph, & venit in Nazareth: & erat ſubditus illis. *Luc.2.*

Ipſe etiam dicit alibi: Honorifico patrem meum. *Ioan. 8.*

Et pendens in cruce, matrẽ ſuam dilecto diſcip. cõmendauit. In quo apparet, quam ſolicitudinem geſſerit de ipſa qui nec in mortis articulo huius oblitus fuerit. *Ioan.19.*

De gratiis pro beneficiis Dei.

CAPVT LXIIII.

Gen.32. SOlicitè gratias agebat Deo Iacob, dicens: Domine minor ſum cunctis miſerationibus tuis.

Exod.13. Voluit dn̄s vt liberatio filiorum Iſrael de Ægypto nunquam excideret ab eorum memoria. Erit quaſi ſignum, ait, in manu tua, & quaſi monumentum ante oculos tuos, vt lex domini ſemper ſit in ore tuo.

Exod.20. Cecinit Moyſes & filij Iſrael carmē Deo, & dixerunt: Cantemus domino. Poſtquam ſ. tam mirabiliter tranſierant mare rubrū.

Num.31. Obtenta de inimicis mirabili victoria, venerunt ad Moyſen principes exercitus Iſrael, dicentes, quòd nullus fuerat de filiis Iſrael in bello occiſus: & tamen hominum & animaliū rapuerunt magnā prædam: & ob hanc cauſam dona magna obtulerunt.

Ioſue.4. Præcepit dominus, vt poſt tranſitū Iordanis miraculoſum, ponerentur duodecim lapides in perpetuum monumentum.

Iudic.5. Poſt victoriam de Siſara habitam per Barach & Debora domino cecinerunt.

Iudic.20. Quamuis filij Iſraël in præliis, vbi vincebant, fortiter dimicarent, tamen dicebatur dominus percutere inimicos, vt laus Deo attribueretur.

1.Reg.2. Orauit dominum & laudauit Anna pro filio ſibi dato.

2.Reg.7. Audiens Dauid reuelationem, quam Deus

Deus fecerat Nathan Prophetæ de regni ſui duratione, gratias egit valde humiliter & deuotè.

Multũ laudãdus eſt Deus, qui dat populo bonũ principẽ & prælatum, iuxta illud: Benedictus Deus qui dedit Dauid filium ſapientiſſimum propter populum, &c. *3. Reg. 1. & 15.*

Cyrus Rex Perſarum fecit clamari per omnia regna terræ. Dedit mihi Deus cæli omnia regna terræ, & præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ieruſalem. Quis eſt in vobis de vniuerſo populo eius? Sit Deus cum ipſo, & aſcendat in Ieruſalem. *1. Eſd. 1.*

Cùm Tobias recuperaſſet viſum, & vxor eius, & omnes qui ſciebãt eum prius cæcum, glorificabant Deum. *Tob. 11.*

Omnis populus, poſt victoriam de exercitu Holofernis habitam, venit in Ieruſalem adorare dominum. *Iudit. 16.*

Reuelata Danieli viſione Nabuchodonoſor regis Babylonis, benedixit Deo cœli & ait: Sit nomen domini benedictum, quia ſapientia & fortitudo eius ſunt. *Dan. 2.*

Deuotè & pulchrè exoluerunt laudes Deo illi tres pueri, de fornacis incendio liberati. Et non ſolùm illi de hac cauſa gratias egerunt Deo, ſed & Nabuchod. fecit prædicari mirabilia Dei in toto regno. *Dan. 3.*

Mundato templo & recto ſub Iuda *2. Mac. 4.*

Digitized by Google

Machabæo, adorauerunt & benedixerunt in cælo eum qui proſperauit eis.

1.Mac.1 Iudas Machabæus & populus Ieroſolymorum ſcripſerunt Ariſtobolo dicentes: De magnis periculis à Deo liberati gratias magnificè ei agimus.

2.Ma.10 Deuicto Timotheo per Iudam Machabæum, & captæ quodam forti præſidio, in hymnis & confeſsionibus benedicebant dominum, qui magna fecit in Iſrael.

Luc.1. Beata virgo, audita laude ſua, quam dixit Eliſabeth: Benedicta tu, &c. In vocem laudis prorupit, pro beneficiis ſibi, & toto mundo collatis.

Luc.1. Nato Ioanne Zacharias recuperato loquendi officio, dñm prophetando laudauit, dicens: Benedictus dñs Deus Iſrael.

Luc.2. Accepit puerum Ieſum Simeon in vlnas ſuas, & benedixit dominum.

Matt.14. Marc. 6. Luc.9. Ioan. 6. 11. Quando volebat dominus in Euangelio aliquod grande opus facere, frequenter legitur in cœlum ſuſpexiſſe, & gratias egiſſe. Sicut patet in panum multiplicatione, in Lazari ſuſcitatione, in Euchariſtiæ inſtitutione. Matth. 26.

Matt. 9. Videntes turbæ paralyticum à domino curatum, glorificauerunt Deum, qui dedit poteſtatem talem, hominibus.

Luc.7. Item viduæ filio ſuſcitato, accepit, omnes

nes timor, & magnificabāt Deum dicentes: Quia propheta magnus ſurrexit.

Vnus iſtorum decem leproſorū ad mādatū Domini mundatorū, regreſſus eſt, & cecidit in faciem ante pedes eius, &c. *Luc. 17.*

Poſtquàm cœnauit Dominus cum diſcipulis ſuis, ſubditur: Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum. *Matt. 26.*

Claudus à Petro ſanatus, intrauit cum Apoſtolis in templum, ambulans & exiliens & laudans Deum. Sequitur: Omnes glorificabant Deum, per id quod factum fuit. Erat enim homo ille annorum pluſquam quadraginta. *Act. 34.*

Gratias agebat Paulus pro beneficiis ſibi & aliis à Deo collatis. Sibi quidē in ſua cōuerſione: Gratias ago Deo meo, qui me cōfortauit in Christo. Qui prius fui blaſphemus, & perſecutor, & contumelioſus: ſed miſericordiam Dei conſequutus ſum. *1. Tim. 1.*

Item in ſua conuerſatione: Deo gratias qui ſemper triumphat per nos, &c. *2. Cor. 2.*

Et pro beneficiis fratribus collatis, gratias deuotè agebat. Primum quidem gratias ago pro omnibus: quia fides veſtra annunciatur vniuerſo mundo. *Rom. 1.*

Ad Theſſ. Gratiarum actionem poſſumus Deo retribuere, pro nobis in omni gaudio, quo gaudemus, *1. Theſſ. 3.*

Epheſ.5. Item gratias agere in omnibus admo-
1.Theſ.5. nebat. Et ſemper gaudete, ſine intermiſ-
ſine orate, &c.

De gratitudine & beneficiis ab homine acceptis. CAP. [illegible]V.

Geneſ.14 CVm percuſſiſſet Abraham quatuor Reges, & omnem ſubſtãtiam, quam illi rapuerant reduxiſſet, rex Sodomorum egreſſus eſt in occurſum eius & omnia obtulit ei, ſolis animabus exceptis. Vbi notandum, quòd licet Abraham oblata reſpueret, tamen bene voluit vt ſocij ſui partem haberent de præda, tanquam eorum ſuffragio non ingratus.

Geneſ.24. Vidẽs Laban iocalia, in aures ſcilicet, & armillas, quæ ſeruus Abrahã dederat Rebeccæ ſorori ſuæ, venit ad illũ, & dixit ei: Ingredere benedicte Domini: & eum in hoſpitiis cum multa humanitate recepit.

Gene.29. Poſtquàm impleti ſunt dies mẽſis vnius quibus Iacob fuit cum Laban auunculo ſuo, dixit ei Laban: Nunquid quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? Dic quid mercedis accipias.

Gene.41. Pharao rex Ægypti multum fuit gratus Ioſeph pro expoſitione ſomnij ſui, & eum magnificè ſublimauit.

Exod.2. Iethro ſacerdos Madiã gratus fuit pro eo, quòd Moyſes filias eius defenderat,

quan

quando ad gregem adaquandum iuerant: vnde fecit eum vocari vt comederet: & dedit ei filiam ſuam in vxorem.

Valde ſolicitus fuit Ioſue ne Raab meretrix, quæ nuntios ab eo miſſos abſconderat ciuitate Iericho ruente, periret. *Ioſue.6.*

Cùm liberaſſet Gedeon ab inimicis Iſrael, dixerunt omnes ad eum: Dominare noſtri tu & filius tuus, quia liberaſti nos de manibus Madian. *Iudith.8.*

Dixit Noemi commendādo Booz, qui Ruth benignè viderat: Benedictus ſit à Domino, quoniam eandem gratiā, quam præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis. *Ruth.2.*

Quia Cinæus bene ſe habuerat ad filios Iſrael, pepercit ei Saul, quando deſtruxit Amalech. 1.*Reg.*15

Dixit Dauid ad Abiathar, cuius pater dilexerat ipſum Dauid: Mane mecum, ne timeas. Si quis quæſierit animam tuam, quæret & meam. 1.*Reg.*22

Miſit Dauid ad viros Iabes Galaad, qui ſepelierunt corpora Saul, & filiorum eius. Et gratias egit eis. 2.*Reg.* 2.

Propter amorem Ionathæ filij Saul, inquiſiuit Dauid, ſi eſſet aliquis ſuperſtes de genere eius, & conſtituit Miphiboſeph filium Ionathæ conuiuam menſæ ſuæ. 2.*Reg.* 9.

Regina Sabba, multa munera attulit 3.*Reg.*10

Salomoni, ille verò dedit ei omnia, quæ expetiuit, exceptis his, quæ vltro obtulit ei munere regio.

3.Reg.17 Elias piè compaſſus eſt viduæ, apud quam ſuſtentabatur: & efficaciter orauit, pro filio illius defuncto, ita quòd, ipſum è mortuis ſuſcitauit.

3.Reg.18 Allegauit Abdias beneficium, quod cõtulerat prophetis Domini, quos abſconderat, quando quærebantur ad mortem, ad hoc videlicet, quòd Elias nuncium periculoſum ei iniungere non deberet.

4.Reg.2. Aſceſurus in cœlum, bene remunerauit diſcipulum ſuum Elias, ſcilicet, Eliſeum.

4.Reg.4. Mulieri Sunamitæ hoſpitæ Eliſei, ipſe Eliſeus benignè obtulit, vt loqueretur pro ea regi, ſi apud ipſum haberet negotium. Item filium eidem impetrauit, & poſtea mortuum ſuſcitauit.

4.Reg.5. Naaman Syrus mundatus à lepra, ad verbum Eliſei obtulit ei munera, dicens: Obſecro vt accipias benedictionem, &c.

1.Reg.4. Accuſatores Iud. miſerũt epiſt. Artaxerxerxi regi, inter cætera cõtinentem: Nos autem memores ſalis, quod in palatio comedimus, & quia læſiones regis videre nephas ducimus, idcirco miſimus, &c.

Tob.12. Tobias iunior cum multa gratitudine retulit patri ſuo beneficia à Raphaële

per

percepta.

Heſter regina non fuit ingrata Mardochæo nutritori ſuo. *Heſter.4.*

Nabuchodonoſor rex Babylonis audita expoſitione ſomnij ſui per Danielem, in ſublime eum extulit, & magna munera illi dedit. Similiter & Balthaſar honorauit eum pro eo quòd expoſuerat ei ſcripturam, quam in pariete viderat. *Dan.2. 4. & 5.*

Audiens Iudas Machabæus, quòd Scytopolitæ bene ſe habuerant ad Iudæos in tẽpore tribulationis eorũ, gratias egit illis. *2.Ma.12*

Seniores Iudæorum dixerunt Domino Ieſu de Centurione, pro ſeruo infirmo rogante: Dignus eſt vt hoc illi præſtes. Diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ædificauit nobis. *Marc.8. Luc.7.*

Pie & plenè recognoſcebat Paulus beneficia ſibi collata. Vnde Gal. ait: Sicut angelum Dei recepiſtis me, & ſi fieri potuiſſet oculos veſtros eruiſſetis, &c. *Gal.4.*

Repletus ſum acceptis ab Epaphrodito quæ miſiſtis in odorem ſuauitatis. *Philip.4.*

Et alio loco: Det Dñs miſericordiam Oneſiphori familiæ, quæ ſæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit. *2.Tim.1.*

Item pro Oneſimo ſeruo Philemonis, qui miniſtrauerat in carcere: ſcribit eidẽ Philem. affectuoſas & efficaces litteras.

De ingratitudine. CAP. LXVI.

Geneſ.29. 30.& 31. Vtiliter & fideliter ſeruiuit Iacob auunculo ſuo Laban, & ille multoties voluit eum fallere.

Gen.40. Gene.41. Propoſitus pincernarum ſuccedentibus proſperis oblit⁹ eſt Ioſeph interpretis ſui.

Exod.1.2 De Ioſeph qui propter prudentiā ſuam, & cautelam conſeruauit Ægyptios à peſte famis:qui tā cito tradiderunt obliuioni opprimētes filios Ioſeph, & cognationem ſuam,& paruulos occidentes,& quid eis accidit propter ingratitudinem ſuam.

Exod.32. Videns popꝗ moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, dixit ad Aaron: Fac nobis Deos,qui nos præcedant. Ecce quàm citò videbatur oblitus beneficiorum,quæ acceperat à vero Deo.

Num.11. Filiis Iſrael in deſerto vertebatur in tædium cibus optimus,ſine labore de cœlo datus,& flebant dicentes: Quis dabit nobis ad veſcendum carnes.

Iudic.2. Angelus Domini improperauit filiis Iſrael beneficia,populo à Deo collata. Et quomodo illi abutentes, ruperant fœdus & tranſgreſſi erant Dei mandata.

1.Reg.17. & 18. Multa beneficia recepit Saul à Dauid. Et tamen ad occidendum eum modis, quibus potuit laborauit.

1.Reg.23 Saluauit Dauid habitatores terræ, & tamen

tamen voluerunt eum tradere in manus Saul, ipſum perſequentis.

Reddiderunt filij Ammon, pro beneficio & honore, contumeliam, quando vituperauerunt nuntios Dauid, quos miſerat ad conſolandum regem eorum ſuper patris interitu. *2. Reg.* 10

Ingrati fuerunt Dauid, & Ioab fidelitati Vriæ, quorum primus literas dedit, & alter crudeliter executus eſt. *2. Reg.* 11.

Poſtquàm Dauid reuocauit Abſalon filium ſuum, & pepercit ei ſuper homicidio quod commiſerat in fratrem ſuum, ſurrexit Abſalon contra patrem ſuum. *2. Reg.* 12 *&* 15.

Non fuit Dauid bene memor amicitiæ quam contraxerat cum Ionatha, quando nimis cito filium eius exhæredauit. *2. Reg.* 16

Sublimauit Dñs Ieroboam ſuper decẽ tribus. Et ſtatim ille libidine dominandi elatus, populum peruertit à cultu Dei. *3. Reg.* 12.

Elizeus multa bona fecerat regi Iſrael, & toto pop. & tamen propter cariſtiam, quæ erat in terra, pręcepit caput eius amputari, ſed Deus aliter ordinauit. *4. Reg.* 4.

Non eſt recordatus Ioas rex Iuda miſericordiæ, quã fecerat Ioiada pontifex ſecũ. Sed interfecit Zachariam filiũ eius arguentem illũ, eò quòd Dñm reliquiſſet. *4. Reg.* 11. *2. Par.* 23 *&* 24.

Amaſias, diuino fretus auxilio, vice- *2. Par.* 25

rat Idumæos, & filios Seil. Et tamen auferens deos eorum, adorauit illos. Miſſus autem ad eum propheta dixit, Cur adoraſti deos qui non liberauerunt?

2.Par.32 Ezechias iuxta beneficia, quæ acceperat non retribuit Domino, quia eleuatum eſt cor eius.

Heſter.16 Multi bonitate principum & honore, qui in eos collatus eſt, abuſi ſunt in ſuperbiam. Nec contenti ſunt gratias non agère pro beneficiis, & humanitatis in ſe iura violare, ſed Dei quoque cuncta cernentis, arbitrantur ſe fugere poſſe ſententiam.

Eſa.1. Conquerẽdo dicit Dominus de populo Iudæorum. Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Et cõuincit eos eſſe beſtiis minus gratos. Subditur. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini, Iſrael autem me non cognouit.

Eſai.7. Multa & magna beneficia volebat Dominus facere Achaz regi Iuda, prout mãdauit ei per Eſaiam, quæ tamen ille acceptare contempſit.

1.Mac.11 Miſit Ionathas fortes armatos, qui liberauerunt regem Demetrium de manibus Antiochenorum. Et poſteà alienauit ſe Demetrius à Ionatha, & non retribuit ei ſecundum beneficia, quæ ſibi tribuerat & vexabat eum valde.

De

De decem viris leproſis à Saluatore mundatis,tantum regreſſus eſt vnus magnificans Deum & gratias agens. *Luc.*17.

Ingrati fuerunt Paulo, domini vel parentes puellæ phytoniſſæ, à qua ſpiritum malum Paulus eiecit. *Act.*9.

Magis enim doluerũt de quæſtu amiſſo,quam gauiſi ſunt de dæmone expulſo.

Quòd veritas parit odium. CAP. LXVII.

Balaac rex Moab multum dolebat, quando Balaam bona dicebat dè filiis Iſrael, licet eſſent vera. Nec eum honorauit ſicut honoraſſet, ſi ei placentia verba dixiſſet:Decreueram quidem,&c. *Num.*24.

Ionatham filius Ierobaal fugit à facie Abimelech, cùm dixiſſet verum de eo, & de illis,qui malè eum elegerunt. *Iudith.* 9.

Iratus eſt Saul contra Ionathan filium ſuum,quia ille excuſabat Dauid, qui verè innocens erat erga ipſum Saul. 1.*Reg.*10

Iehu filius Hanani, quia prophetauit malum aduerſum Baaſa regẽ, & domum eius, & contra omne malum quod fecit, occiſus eſt ab eo. 3.*Reg.*16.

Achab oderat Michæam prophetam, quia ille dicebat veritatem ſibi. Ego odi eum (inquit) quia nunquam prophetat mihi bonum,ſed malum. 3.*Reg.*22

Cùm increpaſſet Hanani propheta 1.*Par.*16

Aſa regem Iuda, quia confuſus erat in Benadab rege Syriæ, iratus eſt Aſa, miſitque Videntem in neruum.

2. Par. 24 Ad imperium Regis Ioas lapidatus eſt Zacharias filius Ioaidæ, qui regẽ, & principes arguebat, pro eo quòd dominum reliquiſſent.

Iud. 5. & 6. Cùm dixiſſet Achior magnalia, quæ fecerat Deus pro filiis Iſrael, & magnam eſſe eius poteſtatẽ: irati ſunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum. Holofernes etiam indignatus eſt vehementer.

Iere. 32. Clauſit Ieremiã prophetam in domum carceris Sedecias rex Iuda dicens: Quare vaticinaris, dicens, hæc dicit Dominus?

Iere. 30. Cùm legiſſet Baruch verba quæ ſcripſerat ex ore Ieremiæ coram Ioachim rege Iuda: fecit rex eum in ignẽ proiici volumẽ, quia dicebatur ibi veritas, de ciuitate Ieruſalem capienda. Et præcepit rex Baruch & Ieremiam comprehendi, ſed Deo nolente tunc non fuerunt inuenti.

Iere. 38. Poſtmodum verò cùm iterum prophetaret captionem ciuitatis, miſſus fuit in lacum, vbi non erat aqua, ſed lutum. Et deſcendit Ieremias in cœnum.

Dan. 14. Pro eo, quòd Daniel probauit Bel, & draconem non eſſe Deos, Babylonij comuene

uenerunt aduerſus regem & procurauerunt Danielem mitti in lacum Leonum.

Ex bonis & veris ſermonibus Eleazari, hi qui eũ trahebant ad ſuppliciũ, & paulò ante fuerant mitiores, cõuerſi ſunt in irã. *2.Mac.6.*

Quia Ioannes dicebat Herodi: Non licet tibi habere vxorẽ fratris tui: fecit eũ Herodes incarcerari, & poſtea decolari. *Matt. 14* *Marc. 6.*

Cùm Dominus increparet, de multis, hypocritas & Phariſęos, cœperunt illi grauiter inſiſtere, & os eius opprimere, de multis inſidiantes ei, & quærentes capere aliquid ex ore eius. *Luc. 11.*

Phariſæi cæco nato, à domino illuminato maledixerunt, & extra ſynagogam eiecerunt. Pro eo, quòd veritatem conſtantiſsimè fatebatur. *Ioan. 19.*

Principes ſacerdotum, audientes verba Apoſtolorum, de doctrina Chriſti, diſſecabantur, & cogitabant interficere illos, & cæſis denunciauerunt, ne amplius loquerentur in nomine domini Ieſu. Et illi ibant gaudentes à conſpectu conſilij. *Act. 5.*

Audientes Iudæi beati Stephani verba diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum. Et eiicientes eum extra ciuitatem lapidabant. *Act. 7.*

Multos & magnos habuit aduerſarios Paulus, pro verbis veritatis & ſobrieta- *Act. 9.*

tatis quæ ipſe hominibus loquebatur.

Galat.4. Item ad Galatas, Ego inimicus factus ſum vobis verum dicans.

De mendacio. CAP. LXVIII.

Geneſ.3. Primum mendacium fuit à ſerpente prolatum, quando dixit mulieri, Nequaquam moriemini. Vnde dicitur mendax & pater eius. Ioan.8.

Geneſ.18 Sara timore perterrita, à riſu ſe mendaciter excuſauit.

Geneſ.38. Etiam fornicatores mendacium dicere dedignantur. Sicut Iudas qui dixit: Mendacij nos arguere non poterit. Thamar (ſcilicet) cui hœdum promiſerat.

Exod. 1. Mendaciũ obſtetricum, quod dixerunt Pharaoni filios Hebræ. iugulare nolentes, habuit remunerationem temporalem, & non æternam. Licet fuerit illud mendaciũ valde compaſſiuum, nec pro mendacio remuneratæ ſunt, ſed pro compaſſione.

Exod. 9. & 10. Multoties Pharao voluit decipere Moyſen per mẽdacia. Sed tamẽ nihil ei profuit.

Ioſue 9. Callidè cogitantes Gabaonitæ voluerunt Ioſue mendaciter decipere: ſed ille bono vſus eſt conſilio, eos in ſeruitutem redegit nec initum fœdus rupit.

1.Reg.16 Nũquã licet mẽdacium dicere, ſed veritatẽ licet & expedit quãdoque tacere, ſicut fecit Abrahã, qui tacẽs Sarã eſſe vxorem

rem, dixit: Soror mea eſt. Et Samuel, dicens: Ad immolandum Domino veni. Ad aliud enim facere principaliter venerat, & nihilominus hoc facere proponebat. *Gen.20.*

Dixit Saul ſeruos ſuos coniuraſſe aduerſum ſe: quia non capiebant Dauid. Et dixit Dauid ſeruum ſuum inſidiari ſibi. Ipſe verò inſidiabatur ei. *1.Reg.22*

Officiosè mentitus eſt Chuſai Abſalon dicens: Sicut parui patri tuo, parebo, &c. *2.Reg.16*

Vir Dei prędixit Ieroboam deſtructionē altaris ſui, qui per falſi prophetæ mēdaciū ſęductus fuit, & mandatū Dñi præteriuit. *3.Reg.13*

Duo falſi teſtes producti contra Naboth, fuerunt cauſa lapidationis eius. *3.Re.21.*

Spiritus mendax in ore multorum prophetarum decepit Achab, vt iret ad pugnā. Et ibidem fuit percuſſus ad mortem. *3.Reg.22*

Per verba quæ dixit Iudith Holoferni, decepit eum. Licet excuſetur, propter intentionem quam habuit. *Iudith.11*

Peſſimum mendacium adinuenit Aman vt poſſet confundere Mardochæum, eo quòd illum adorare nolebat. *Heſter. 3.*

Sex ſunt quæ odit Dominus, oculos ſublimes, linguam mendacem, &c. *Prou.6.*

Abominatio eſt Dño, labia mendacia. *Prou.12.*

Falſus teſtis non erit impunitus, & qui loquitur mendacia, peribit. *Sap.1.*

Os quod mentitur, occidit animam.

Ier.42. Acceſſerunt ad Ier. principes & vulgus, quod remanſit poſt deſtructionem Ieruſalē, & dixerunt ſe facturos quicquid ille preciperet eis, ſiue bonum eſſet ſiue malū. Sed largā promiſsionem malè tenuerunt.

Dan.13. Perniciosum & deteſtabile mendacium dixerunt duo presbyteri ſenes aduerſus Suſannam: quam tamen ex conſtantiſsima caſtitate commendare debebant.

1.*Mac.1.* Antiochus rex miſit principes tributorum in ciuitates Iuda, & venit in Ieruſalem, loquutus eſt ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & irruit ſuper ciuitatem repente, & percuſſit eam plaga magna, perdiditque populum multum.

1.*Mac.6.* Cùm obſideret Antiochus Eupator Ieruſalem, vt poſſet capere eam, miſit ad illos, qui erant intus pacem facere, & receperunt illam, & iurauit illis rex & principes, ſed rupit citius iuramentum & mandauit deſtrui murum.

1.*Mac.7.* Alcimus, qui voluit fieri ſummus ſacerdos, dixit regi Demetrio: Perdidit Iudas, & fratres eius amicos tuos. Deinde idem venit in terram Iuda cum Bacchide, & miſerunt nuntios ad Iudam & fratres eius, & loquuti ſunt verbis pacificis in dolo, & tandem probatum eſt,

quòd

quòd non erat in eis veritas & iudicium.

Promiſit Demetrius Ionathæ, quod redderet ei arcem:ſed cùm liberatus fuiſſet per Iudæos quos miſit Ionathas, mentitus eſt Demetrius omnia quæcunque dixit, & alienauit ſe à Ionatha. *1.Mac.11*

Miſit Simon Tryphoni centum talenta argenti & duos filios Ionathæ pro liberatione ipſius. Quia promiſerat Tryphon remittere Ionathan, ſi hoc fieret ei. Sed mentitus eſt Tryphon, quia argentum retinuit. Et patrem cum filiis interfecit. *1.Ma.13*

Mentiti ſunt contra Dñm Ieſum Iudæi, præcipuè Scribæ & Phariſæi, qui magis inuidebant ei, dicentes eum eſſe potatorem, mendacem, voracem, & prohibentem tributa dari Cæſari, gentis ſubuerſorem, & turbarum ſeductorem, dæmoniacum, blaſphemum & Samaritanum. *Matt.11. Luc.23. Ioan.8.*

Neque minimi mendacii excogitauerunt Iudæi, quando corruperunt cuſtodes Dominici ſepulchri, vt dicerent quòd diſcipuli de nocte furati fuerunt corpus Dñi. *Matt.28.*

Ananias & vxor eius Sapphira mentiti ſunt Petro, de pretio agri venditi. Quod mendacium fuit per Petrum grauiſsimè vindicatum. *Act.5.*

Iudæi ſtatuerunt duos falſos teſtes contra beatum Stephanum, dicentes: Ho- *Act.6.*

mo iſte non ceſſat loqui verba aduerſus ſanctum locum & legem.

Act. 16. Contra Paulũ multa fuerunt adinuenta mendacia. Nam quæſtuarij qui habebant puellam phytoniſſam Philippis, à qua ipſe ſpiritũ phytonẽ eiecit, dixerunt magiſtratibus ciuitatis: Hi homines conturbant ciuitatem noſtrã, cùm ſint Iudęi: & annunciant morem quem non licet ſuſcipere.

Act. 17. Itẽ apud Athenas dicebant quidã: Quid vult ſeminiuerbius hic dicere? Alij dicebant: Nouorum dæmoniorũ videtur, &c.

Act. 21. Rurſus, Hieroſolymis quidã Iudæi iniecerunt ei manus clamantes: Viri Iſraelitæ, adiuuate, Hic eſt homo qui aduerſus populum & legem & locum hunc, omnes vbique docet: inſuper & Gentiles induxit in tẽplum, & violauit locũ iſtum ſanctum.

Act. 24. Poſtea coram Felice præſide, Tertullus orator Iudæorum dixit eum hominem peſtiferum, & concitantem ſeditionem Iudæis in vniuerſo orbe.

Act. 28. Præterea in inſula Mytilene, videntes Barbari viperam in manu Pauli pendentem, dicebant adinuicem: Vtique homicida eſt homo hic: qui cùm euaſerit de mari, vltio eum viuere non ſinit.

Rom. 3. Teſtatur etiam Paulus de ſeipſo. Aiunt quidam nos dicere quemadmodum de

nobis

nobis male loquuntur, Faciamus mala, vt eueniant bona.

Et ad Corinth. Epiſtolæ, inquit, quidam aiunt, graues ſunt, at præſentia corporis infirma, & ſermo contemptus. 2.*Cor.* 10

Deponentes mendacium, loquimini veritatem. *Epheſ.* 4.

De proditione. CAP. LXIX.

PAtiente Saul vexationem à dæmone, Dauid coram ipſo pſallebat, & ille niſus eſt eum configere parieti cum lancea quam tenebat. 1.Re.16.

Saul promiſit ſe daturum filiam ſuam Dauid, vt per hanc occaſionem poſſet à Philiſthæis occidi. 1.*Reg.*18.

Saluauit Dauid habitatores Ceilæ, ab exercitu Philiſtinorum oppugnantiũ ciuitatẽ. Et tamen voluerun eũ tradere Saul æmulo, ipſum ad mortem perſequenti. 1.*Re.*23.

Poſtquam Saul fleuerat, quaſi doleret de perſecutione Dauid, & Dauid ei iurauerat, perſecutus eſt eum ita nequiter & acriter, ſicut prius fecerat. 1.*Re.* 24. *&* 26.

Vrias detulit ad Ioab, ex parte Dauid literas mortis. 2.Re.11

Ammon filius Dauid vocauerat ſororem Thamar, quaſi de manu illius cibum ſumere deberet. Et poſteat oppreſſit eam. 2.Re 13.

Vocauit ad conuiuiũ Abſalon Ammon *Eodem.*

fratrem ſuum, & ibidem occidit eum.

2.*Re*.20. Cum ſalutaſſet Ioab Amaſam, quaſi oſculari eum vellet, percuſſit eum in latere, & effudit inteſtina illius.

3.*Reg*.16 Zambri dux, mediæ partis equitum occidit Hela dñm ſuum, & regnauit poſt eum ſeptem diebus tãtum. Obſeſſus enim fuit, & ſuccendit ſe, & palatium in quo erat.

4.*Reg*.15 Sellũ filius Iabes coniurauit contra Zachar. regem Iſrael dñm ſuum, & interfecit eũ, & regnauit poſt eũ vno menſe tantum.

2.*Re*.19. Cum oraret Sennacherib in templo deũ
4.*Reg*.*vl*. ſuum, duo filij ſui percuſſerunt eum, ſed tamen neuter eorum regnauit poſt eum.

Ierem.40. Venit Iſmael filius Nathaniæ, & multi cũ eo: & comederũt cũ Godolia, quẽ præfecerat rex Babyl. terræ Iuda. Et poſt prandiũ ſurrexerunt, & interfecerunt eum, qui nihil mali voluerat credere contra illos.

Nehe. 6. Quidam inimici Nehemiæ voluerunt fœdus cum eo malitioſe cõponere, & cogitabant ei facere malum, dederunt etiam pretium, vt eum ducerent in peccatum.

Heſter.2. Duo ianitores regis Aſſueri, qui in primo limine palatij reſidebant, voluerunt in regem inſurgere, & ipſum occidere.

1.*Mac*.1 Antiochus rex miſit tributorum principem in ciuitates Iuda, & venit in Ieruſalem: & loquutus eſt illis, qui erant

intus

intus verba pacifica in dolo, & crediderũt ei, & irruit ſuper ciuitatem repente.

Cùm obſideret Antiochus Eupator Ieruſalem, nec poſſet eam capere; miſit ad illos qui intus erant pacem facere, & receperunt illam, iurauitque eis rex: ſed rupit citius iuramentum. *1. Mac. 6*

Ptolemæus rex Ægypti quærebat obtinere regnum Alexandri generi ſui dolo. Et cùm intraſſet ciuitates Alexandri cum magno exercitu, & reciperetur in eis honorificè, de mandato Alexandri ponebat cuſtodias militum in eis. *1. Ma. 11*

Videns Tryphon quòd Ionathas venit cum exercitu multo, iuſſit retineri paucos & alios remitti. Et cùm factum fuiſſet, captus eſt Ionathas cum mille, quos retinuerat; & alij ſunt reuerſi. *1. Mac. 12*

Cùm ambularet Tryphon cum rege Antiocho adoleſcente domino ſuo, dolo occidit eum, & regnauit loco eius. *1. Ma. 31*

Ptolemæus filius Abobi, gener ſummi ſacerdotis, fecit conuiuium Simoni, & duobus filiis eius. Et cùm inebriati eſſent, occidit eos. *1. Ma. 16*

Cum veniſſet Apollonius Ieroſolymã, ſimulans quieuit vſque ad diem Sabbati, & tunc feriatis Iudæis ingentem multitudinem peremit. *2. Ma.*

1.Mac.10 Audiens Iudas Machabæus quòd illi qui obſederant turres, vbi erant inimici Gentiles, pecuniam acceperant, & quoſdam abire permiſerant: illos tanquam proditores & fratrũ venditores, interfecit, & confeſtim turres occupauit.

Matt.26. Marc.14 Luc. 22. Ioan.18. Omnes alias proditiones in nequitia & peruerſitate ſuperat illa quam facinoroſiſſimus Iudas contra dominum procurauit, qui dominum & magiſtrum ſuum vendidit pro tantillo pretio. Etiam in manus hoſtium tradidit oſculando.

Act.23. Acceſſerunt quidã Iudæi ad principẽ ſacerd. & ſeniores, dicentes eis: vt facerent ꝙ tribunus Lyſias, qui Paulũ tenebat vinctũ, adduceret illũ in mediũm tanquã ſi eſſent de eo aliquid certius cogniturі, ipſi verò parati ſtatim erant interficere illum.

De adulatione. CAP. XX.

Num.16 CHore & complices eius, cùm ſtetiſſent aduerſus Moyſen & Aaron dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt dominus, in quo apparet quòd captabant beneuolentiam populi.

2.Reg.1. Adoleſcens narrans dauid mortẽ Saul & filiorum eius, occiſus fuit de mandato ipſius. Putabat autẽ ſe proſpera nuntiare.

2.Reg 4. Duo latrones, qui filium Saul Isboſeth occide

occiderunt, & caput Dauid attulerunt, placere crediderunt ſed Dauid bene oſtendit, quòd ſibi diſplicuit.

Dicebat Abſalon homini negotium habenti coram rege Dauid: Videntur mihi ſermones tui boni & iuſti, ſed non eſt qui audiat conſtitutus à rege. 2.Reg.15

Mali prophetæ dicebant Achab regi Iſrael, de bello futuro proſpera ſecundum quod eum velle ſciebant. 2.Re.22.

Poſt obitum Ioiadæ ſacerdotis, principes Iuda adorauerunt regem. Qui delinitus obſequiis eorum acquieuit ei, & dereliquerunt templum Domini, ſeruierúntque lucis & ſculptilibus. 2.Par.14

Ædificantibus templum filiis Iudæ, poſt reditum de captiuitate, hoſtes eorum ſcripſerunt regi: Nos memores ſalis, quod in palatio comedimus & quia læſiones regis videre nefas ducimus. 1.Eſd. 4.

Nabuchodonoſor dixit maioribus natu, & ducibus bellatorũ ſuorũ, cogitationem ſuã eſſe, vt omnẽ terrã ſuo ſubiugaret imperio, quod cum placuiſſet, &c. Iudic. 2.

Rex Aſſuerus iratus contra Vaſthi reginam, interrogauit ſapientes conſiliarios ſuos, cui ſententiæ Vaſthi ſubiaceret. Qui non temperauerunt regis furorem, nec excuſauerunt abſentem, ſed Heſter 2.

vnus reſpondit, cum indignatione; dicens? Regis iuſta eſt indignatio.

Heſter 5. Amici Aman & vxor eius non auerterunt peſſimũ animũ quem habebat erga Mardochæũ, nec increpauerunt eum, ſed dixerunt, Iube excelſam parari trabem.

Dan. 9. Principes & ſatrapæ Darij regis Perſarum, cupientes quòd rex iniquum ſtatueret decretum, propoſuerunt aliquid, quod videbatur pertinere ad honorem ipſius.

1. Mac. 7. Alcimus proditor impius, qui volebat fieri ſacerdos, dixit regi Demetrio: Perdidit Iudas & fratres amicos tuos. Sequitur poſtea, quod Alcimum hunc conſtituit rex in ſacerdotio, & mandauit ei facere vltionem in filios Iſrael.

Matt. 11. Recedentib. diſcip. Ioannis, cœpit Dñs ipſum mirabiliter cõmendare contra illos qui palam laudant, & occultè detrahunt.

Matt. 25. Phariſæi volẽtes capere Chriſtũ in ſermone; cœperunt magnas laudes ei dicere: Magiſter, ſcimus quia verax es, &c.

Act. 12. Videns Herodes Agrippa rex magnus, quia placeret Iudæis in hoc quòd quoſdam de Eccleſia ceperat, & Iacobum fratrem Ioãnis occiderat: appoſuit apprehenderet & Petrum.

Eodem. Herodi nequiſſimo regi, qui occiderat Iacobum, & incarcerabat Petrum, populus

accla

acclamabat, Voces Dei & non hominis.

Orator Tertullus,cõtra Paulũ à princi- *Act.* 24
pe ſacerdotum adductus in principio ora-
tionis adulatus eſt Felici præſidi.

De deriſione & conuitiis. CAP. LXXI.

Viri Socoth & Phanuel deriſerũt Ge- *Iudic.8.*
deonem, Zebee & Salmana perſe-
quentem. Sed inde male eis accidit, quia
male eos poſtea tractauit.

Contẽpſit Nabal verba nunciorum Da- *1.Reg.25*
uid ſtomachando dicens: Quis eſt iſte Da-
uid? Et quis eſt filius Iſai? Hodie incre-
uerunt ſerui, qui fugiunt dominos ſuos.

Michol videns regem Dauid ſaltantem *2.Reg. 6.*
ante arcam dñi,deſpexit eum,quia nudum
eum vidit. Et poſtmodum inſultando, vel
deridendo dixit, Quàm glorioſus fuit &c.

Deriſoriis verbis dixit impia Iezabel *3.Reg.21*
ad Achab, Grandis authoritatis es, & be-
ne regis regnum Iſrael.

Quia pueri illuſerunt Eliſeo dicentes: *4.Reg.2.*
Aſcende calue, duo vrſi lacerauerunt qua-
draginta duos ex eis.

Curſores quos miſit Ezechias pergebãt *2.Par.30*
velociter per ciuitates in ciuitatem præ-
dicantes vt filij Iſrael reuertãtur ad dñm,
illis irridentibus ac ſubſannantibus, &c.

Mittebat dominus Prophetas quoti- *2.Pa.36.*
die commonens eos, ꝙ parcerent populo
& habi

& habitaculo ſuo. At illi ſubſannabant nuncios Domini, & paruipendebant ſermones eius, illudebántque prophetis.

Nehe.4. Sanaballat & Tobias audierunt quòd ædificabantur muri Ieruſalem, & irridebant Iudæos ædificantes.

Tob.2. Excæcato Tobia, parentes & cognati eius irridebant vitam eius, dicentes: Vbi eſt ſpes tua, pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas?

Iob. 2. Percuſſum Iob vlcere peſſimo deriſit vxor eius.

1.Mac.7. Videns Nicanor holocauſta, quæ offerebantur, à Iudæis pro rege, irridẽs ſpreuit eos, & loquutus eſt ſuperbè, & iurauit, &c.

2.Mac.7 Antiochus crudelis tyrannus ex verbis ſeptimi fratris accenſus ira, in illum ſuper omnes crudelius deſæuit, indigne ferens deriſum ſe.

Matt. 6. *Luc.7.8.* Deriſus fuit multipliciter Dominus Ieſus, Vt infra patebit cap. de Patientia.

Act.2. Quidam Iudæi videntes diſcipulos Domini loquentes variis linguis poſt infuſionem ſpiritus ſancti irridebant dicentes: Quia muſto pleni ſunt viri iſti.

Act. 17. Cùm audiſſent Athenienſes reſurrectionem mortuorum, quam annunciabat Paulus, quidam irridebant, quidam verò dixerunt, Audiemus te de hoc iterum.

De detractoribus & maledicis.

CAP. LXXII.

IMpiè detraxit Ioſeph innocenti & pudico domina eius, apud virum ſuum. *Gen. 39.*

Cui dubium eſt, quòd peſſimè cogitetis, dixit Pharao Moyſi. Per quod patet peſſimos hoſtes quandoque viris optimis iniqua impoſitione & falſa, cum multa audacia affirmare. *Exod. 10*

Loquuta eſt Maria & Aaron contra Moyſen, modica occaſione aſſumpta. Sed cito ſequuta eſt vltrix pœna. *Num. 12.*

Detraxerunt filij Iſrael terræ promiſſionis, in malum ſuum. *Num. 14.*

Occaſione ſeditionis Chore & complicum ſuorũ, fuerunt multi terribiliter occiſi. Et poſt murmurauit multitudo contra Moyſen & Aaron dicens: Vos interfeciſtis populum Domini. *Num. 16.*

Quamuis eſſet malus Balaam, tamen dixit quòd nequaquam malediceret populo, cui benedixerat dominus. Et quo ad hoc, multi inueniuntur deteriores illo, qui libentis & frequentius maledicunt, & detrahunt tam bonis, quàm peruerſis. *Num. 23*

Saul fuit in principio valde bonus, & tamen dixerunt quidam filij Belial: Vnde ſaluare nos poterit iſte? 1. Reg. 10

Occaſione Doeg Idumæi, referentis Saul, *1. Reg. 22*

Os quod mentitur, occidit animam.

Ier.42. Acceſſerunt ad Ier. principes & vulgus, quod remanſit poſt deſtructionem Ieruſalē, & dixerunt ſe facturos quicquid ille præciperet eis, ſiue bonum eſſet ſiue malū. Sed largā promiſsionem malè tenuerunt.

Dan.13. Perniciosum & deteſtabile mendacium dixerunt duo presbyteri ſenes aduerſus Suſannam: quam tamen ex conſtantiſsima caſtitate commendare debebant.

1.*Mac.*1. Antiochus rex miſit principes tributorum in ciuitates Iuda, & venit in Ieruſalem, locutus eſt ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & irruit ſuper ciuitatem repente, & percuſſit eam plaga magna, perdiditque populum multum.

1.*Mac.*6. Cùm obſideret Antiochus Eupator Ieruſalem, vt poſſet capere eam, miſit ad illos, qui erant intus pacem facere, & receperunt illam, & iurauit illis rex & principes, ſed rupit citius iuramentum & mandauit deſtrui murum.

1.*Mac.*7. Alcimus, qui voluit fieri ſummus ſacerdos, dixit regi Demetrio: Perdidit Iudas, & fratres eius amicos tuos. Deinde idem venit in terram Iuda cum Bacchide, & miſerunt nuntios ad Iudam & fratres eius, & loquuti ſunt verbis pacificis in dolo, & tandem probatum eſt, quòd

quòd non erat in eis veritas & iudicium.

Promiſit Demetrius Ionathæ, quod reddere ei arcem: ſed cùm liberatus fuiſſet per Iudæos quos miſit Ionathas, mentitus eſt Demetrius omnia quæcunque dixit, & alienauit ſe à Ionatha. *1. Mac. 11*

Miſit Simon Tryphoni centum talenta argenti & duos filios Ionathæ pro liberatione ipſius. Quia promiſerat Tryphon remittere Ionathan, ſi hoc fieret ei. Sed mentitus eſt Tryphon, quia argentum retinuit. Et patrem cum filiis interfecit. *1. Ma. 13*

Mentiti ſunt contra Dñm Ieſum Iudæi, præcipuè Scribæ & Phariſæi, qui magis inuidebant ei, dicentes eum eſſe potatorem, mendacem, voracem, & prohibentem tributa dari Cæſari, gentis ſubuerſorem, & turbarum ſeductorem, dæmoniacum, blaſphemum & Samaritanum. *Matt. 11. Luc. 23. Ioan. 8.*

Neque ſimili mendaciũ excogitauerunt Iudæi, quando corruperunt cuſtodes Dominici ſepulchri, vt dicerent quòd diſcipuli de nocte furati fuerunt corpus Dñi. *Matt. 28.*

Ananias & vxor eius Sapphira mentiti ſunt Petro, de pretio agri venditi. Quod mendacium fuit per Petrum grauiſsimè vindicatum. *Act. 5.*

Iudæi ſtatuerunt duos falſos teſtes contra beatum Stephanum, dicentes: Ho- *Act. 6.*

mo iſte non ceſſat loqui verba aduerſus ſanctum locum & legem.

Act. 16. Contra Paulũ multa fuerunt adinuenta mendacia. Nam quæſtuarij qui habebant puellam phytoniſſam Philippis, à qua ipſe ſpiritũ phytonẽ eiecit, dixerunt magiſtratibus ciuitatis: Hi homines conturbant ciuitatem noſtrã, cùm ſint Iudæi: & annuntiant morem quem non licet ſuſcipere.

Act. 17. Itẽ apud Athenas dicebant quidã: Quid vult ſeminiuerbius hic dicere? Alij dicebant: Nouorum dæmoniorũ videtur, &c.

Act. 21. Rurſus, Hieroſolymis quidã Iudæi iniecerunt ei manus clamantes: Viri Iſraelitæ, adiuuate, Hic eſt homo qui aduerſus populum & legem & locum hunc, omnes vbique docet: inſuper & Gentiles induxit in tẽplum, & violauit locũ iſtum ſanctum.

Act. 24. Poſtea coram Felice præſide, Tertullus orator Iudæorum dixit eum hominem peſtiferum, & concitantem ſeditionem Iudæis in vniuerſo orbe.

Act. 28. Præterea in inſula Mytilene, videntes Barbari viperam in manu Pauli pendentem, dicebant adinuicem: Vtique homicida eſt homo hic: qui cùm euaſerit de mari, vltio eum viuere non ſinit.

Rom. 3. Teſtatur etiam Paulus de ſeipſo. Aiunt quidam nos dicere quemadmodum de nobis

nobis male loquuntur, Faciamus mala, vt eueniant bona.

Et ad Corinth. Epiſtolæ, inquit, quidam aiunt, graues ſunt, at præſentia corporis infirma, & ſermo contemptus. *2.Cor. 10*

Deponentes mendacium, loquimini veritatem. *Epheſ. 4.*

De proditione. CAP. LXIX.

PAtiente Saul vexationem à dæmone, Dauid coram ipſo pſallebat, & ille niſus eſt eum configere parieti cum lancea quam tenebat. 1.Re.16.

Saul promiſit ſe daturum filiam ſuam Dauid, vt per hanc occaſionem poſſet à Philiſthæis occidi. 1.*Reg*.18.

Saluauit Dauid habitatores Ceilæ, ab exercitu Philiſtinorum oppugnantiũ ciuitatẽ. Et tamen voluerun eũ tradere Saul æmulo, ipſum ad mortem perſequenti. 1.*Re*.23.

Poſtquam Saul fleuerat, quaſi doleret de perſecutione Dauid, & Dauid ei iurauerat, perſecutus eſt eum ita nequiter & acriter, ſicut prius fecerat. 1.*Re*. 24. & 26.

Vrias detulit ad Ioab, ex parte Dauid literas mortis. 2.Re.11

Ammon filius Dauid vocauerat ſororem Thamar, quaſi de manu illius cibum ſumere deberet. Et poſtea oppreſſit eam. 2.Re 13.

Vocauit ad conuiuiũ Abſalon Ammon *Eodem.*

fratrem ſuum, & ibidem occidit eum.

2.*Re*.20. Cùm ſalutaſſet Ioab Amaſam, quaſi oſculari eum vellet, percuſſit eum in latere, & effudit inteſtina illius.

3.*Reg*.16 Zambri dux, mediæ partis equitum occidit Hela dñm ſuum, & regnauit poſt eum ſeptem diebus tãtum. Obſeſſus enim fuit, & ſuccendit ſe, & palatium in quo erat.

4.*Reg*.15 Sellū filius Iabes coniurauit contra Zachar. regem Iſrael dñm ſuum, & interfecit eū, & regnauit poſt eū vno menſe tantum.

2.*Re*.19. Cùm oraret Sennacherib in templo deū
4.*Reg.vl.* ſuum, duo filij ſui percuſſerunt eum, ſed tamen neuter eorum regnauit poſt eum.

Ierem.40. Venit Iſmael filius Nathaniæ, & multi cū eo: & comederūt cū Godolia, quē præfecerat rex Babyl. terræ Iudā. Et poſt prandiū ſurrexerunt, & interfecerunt eum, qui nihil mali voluerat credere contra illos.

Nehe. 6. Quidam inimici Nehemiæ voluerunt fœdus cum eo malitioſe cõponere, & cogitabant ei facere malum, dederunt etiam pretium, vt eum ducerent in peccatum.

Heſter.2. Duo ianitores regis Aſſueri, qui in primo limine palatij reſidebant, voluerunt in regem inſurgere, & ipſum occidere.

1.*Mac*.1 Antiochus rex miſit tributorum principem in ciuitates Iuda, & venit in Ieruſalem: & loquutus eſt illis, qui erant

intus

Digitized by Google

intus verba pacifica in dolo, & crediderũt ei, & irruit ſuper ciuitatem repente.

Cùm obſideret Antiochus Eupator Ieruſalem, nec poſſet eam capere, miſit ad illos qui intus erant pacem facere, & receperunt illam, iurauitque eis rex: ſed rupit citius iuramentum. 1. Mac. 6

Ptolemæus rex Ægypti quærebat obtinere regnum Alexandri generi ſui dolo. Et cùm intraſſet ciuitates Alexandri cum magno exercitu, & reciperetur in eis honorificè, de mandato Alexandri ponebat cuſtodias militum in eis. 1. Ma. 11

Videns Tryphon quòd Ionathas venit cum exercitu multo, iuſſit retineri paucos & alios remitti. Et cùm factum fuiſſet, captus eſt Ionathas cum mille, quos retinuerat, & alij ſunt reuerſi. 1. Mac. 12

Cùm ambularet Tryphon cum rege Antiocho adoleſcente domino ſuo, dolo occidit eum, & regnauit loco eius. 1. Ma. 31

Ptolemæus filius Abobi, gener ſummi ſacerdotis, fecit conuiuium Simoni, & duobus filiis eius. Et cùm inebriati eſſent, occidit eos. 1. Ma. 16

Cum veniſſet Apollonius Ieroſolymã, ſimulans quieuit vſque ad diem Sabbati, & tunc feriatis Iudæis ingentem multitudinem peremit. 2. Ma.

*1.Mac.*10 Audiens Iudas Machabæus quòd illi qui obſederant turres, vbi erant inimici Gentiles, pecuniam acceperant, & quoſdam abire permiſerant: illos tanquam proditores & fratrũ venditores, interfecit, & confeſtim turres occupauit.

*Matt.*26. *Marc.*14 *Luc.* 22. *Ioan.*18. Omnes alias proditiones in nequitia & peruerſitate ſuperat illa quam facinoroſiſſimus Iudas contra DOMINUM procurauit, qui dominum & magiſtrum ſuum vendidit pro tantillo pretio. Etiam in manus hoſtium tradidit oſculando.

*Act.*23. Acceſſerunt quidã Iudæi ad principẽ ſacerd. & ſeniores, dicentes eis: vt facerent ꝙ tribunus Lyſias, qui Paulũ tenebat vinctũ, adduceret illũ in mediũm tanquã ſi eſſent de eo aliquid certius cognituri, ipſi verò parati ſtatim erant interficere illum.

De adulatione. CAP. LXX.

*Num.*16 CHore & complices eius, cùm ſtetiſſent aduerſus Moyſen & Aaron dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt DOMINUS, in quo apparet quòd captabant beneuolentiam populi.

*2.Reg.*1. Adoleſcens narrans DAUID mortẽ Saul & filiorum eius, occiſus fuit de mandato ipſius. Putabat autẽ ſe proſpera nuntiare.

2.Reg 4. Duo latrones, qui filium Saul Isboſeth occide

occiderunt, & caput Dauid attulerunt, placere crediderunt ſed Dauid bene oſtendit, quòd ſibi diſplicuit.

Dicebat Abſalon homini negotium habenti coram rege Dauid: Videntur mihi ſermones tui boni & iuſti, ſed non eſt qui audiat conſtitutus à rege. 2.Reg.15

Mali prophetæ dicebant Achab regi Iſrael, de bello futuro proſpera ſecundum quod eum velle ſciebant. 3.Re.22.

Poſt obitum Ioiadæ ſacerdotis, principes Iuda adorauerunt regem. Qui delinitus obſequiis eorum acquieuit ei, & dereliquerunt templum Domini, ſeruierúntque lucis & ſculptilibus. 2.Par.14

Ædificantibus templum filiis Iudæ, poſt reditum de captiuitate, hoſtes eorum ſcripſerunt regi: Nos memores ſalis, quod in palatio comedimus & quia læſiones regis videre nefas ducimus. 1.Eſd. 4.

Nabuchodonoſor dixit maioribus natu, & ducibus bellatorũ ſuorũ, cogitationem ſuã eſſe, vt omnẽ terrã ſuo ſubiugaret imperio, quod cum placuiſſet, &c. Iudic. 2.

Rex Aſſuerus iratus contra Vaſthi reginam, interrogauit ſapientes conſiliarios ſuos, cui ſententiæ Vaſthi ſubiaceret. Qui non temperauerunt regis furorem, nec excuſauerunt abſentem, ſed Heſter 2.

vnus reſpondit, cum indignatione, dicens? Regis iuſta eſt indignatio.

Heſter 5. Amici Aman & vxor eius non auerterunt peſſimũ animũ quem habebat erga Mardochæũ, nec increpauerunt eum, ſed dixerunt, Iube excelſam parari trabem.

Dan. 9. Principes & ſatrapæ Darij regis Perſarum, cupientes quòd rex iniquum ſtatueret decretum, propoſuerunt aliquid, quod videbatur pertinere ad honorem ipſius.

1. Mac. 7. Alcimus proditor impius, qui volebat fieri ſacerdos, dixit regi Demetrio: Perdidit Iudas & fratres amicos tuos. Sequitur poſtea, quod Alcimum hunc conſtituit rex in ſacerdotio, & mandauit ei facere vltionem in filios Iſrael.

Matt. 11. Recedentib. diſcip. Ioannis, cœpit Dñs ipſum mirabiliter cõmendare contra illos qui palam laudant, & occultè detrahunt.

Matt. 25. Phariſæi volẽtes capere Chriſtũ in ſermone, cœperunt magnas laudes ei dicere: Magiſter, ſcimus quia verax es, &c.

Act. 12. Videns Herodes Agrippa rex magnus, quia placeret Iudæis in hoc quòd quoſdam de Eccleſia ceperat, & Iacobum fratrem Ioãnis occiderat: appoſuit apprehenderet & Petrum.

Eodem. Herodi nequiſſimo regi, qui occiderat Iacobum, & incarcerabat Petrum, populus accla

acclamabat, Voces Dei & non hominis.

Orator Tertullus,cõtra Paulũ à principe ſacerdotum adductus in principio orationis adulatus eſt Felici præſidi. *Act.* 24

De deriſione & conuitiis. CAP. LXXI.

Viri Socoth & Phanuel deriſerũt Gedeonem, Zebee & Salmana perſequentem. Sed inde male eis accidit, quia male eos poſtea tractauit. *Iudic.* 8.

Contẽpſit Nabal verba nunciorum Dauid ſtomachando dicens: Quis eſt iſte Dauid? Et quis eſt filius Iſai? Hodie increuerunt ſerui, qui fugiunt dominos ſuos. 1. *Reg.* 25

Michol videns regem Dauid ſaltantem ante arcam dñi,deſpexit eum,quia nudum eum vidit. Et poſtmodum inſultando, vel deridendo dixit, Quàm glorioſus fuit &c. 2. *Reg.* 6.

Deriſoriis verbis dixit impia Iezabel ad Achab, Grandis authoritatis es, & bene regis regnum Iſrael. 3. *Reg.* 21

Quia pueri illuſerunt Eliſeo dicentes: Aſcende calue, duo vrſi lacerauerunt quadraginta duos ex eis. 4. *Reg.* 2.

Curſores quos miſit Ezechias pergebãt velociter per ciuitates in ciuitatem prædicantes vt filij Iſrael reuertãtur ad dñm, illis irridentibus ac ſubſannantibus, &c. 2. *Par.* 30

Mittebat dominus Prophetas quotidie commonens eos, ꝙ parcerent populo & habi 2. *Pa.* 36.

De detractoribus & maledicis.

CAP. LXXII.

IMpiè detraxit Ioſeph innocenti & pudico domina eius, apud virum ſuum. *Gen. 39.*

Cui dubium eſt, quòd peſſimè cogitetis, dixit Pharao Moyſi. Per quod patet peſſimos hoſtes quandoque viris optimis iniqua impoſitione & falſa, cum multa audacia affirmare. *Exod. 10*

Loquuta eſt Maria & Aaron contra Moyſen, modica occaſione aſſumpta. Sed cito ſequuta eſt vitrix pœna. *Num. 12.*

Detraxerunt filij Iſrael terræ promiſſionis, in malum ſuum. *Num. 14.*

Occaſione ſeditionis Chore & complicum ſuorũ, fuerunt multi terribiliter occiſi. Et poſt murmurauit multitudo contra Moyſen & Aaron dicens: Vos interfeciſtis populum Domini. *Num. 16.*

Quamuis eſſet malus Balaam, tamen dixit quòd nequaquam malediceret populo, cui benedixerat dominus. Et quo ad hoc, multi inueniuntur deteriores illo, qui libentis & frequentius maledicunt, & detrahunt tam bonis, quàm peruerſis. *Num. 23*

Saul fuit in principio valde bonus, & tamen dixerunt quidam filij Belial: Vnde ſaluare nos poterit iſte? *1. Reg. 10*

Occaſione Doeg Idumæi, referentis *1. Reg. 22*
Saul,

Saul, quòd Abimelech ſacerdos confortauerat Dauid, occidit octogintaquinque viros portantes Ephot, & multos alios paruulos & mulieres.

1.Re. 29. Satrapæ Philiſtinorum procurauerunt apud Achis regem Geth, ꝙ Dauid qui iudicio eius bonus erat, fuit amotus de honeſto officio in quo ipſum poſuerat.

1. Reg 10. Principes filiorũ Ammon dixerunt ad dominum ſuum: Putas quòd propter honorẽ patris tui Dauid, miſerit ad te conſolatores? Et ſic peruerterunt ſimplicem & puram intentionem Dauid.

2.Reg.15 Abſalon ambiens regnum dicebat habenti coram ſe negotium: Non eſt qui te audiat conſtitutus à rege.

2.Reg.16. Siba ſeruus Miphiboſeth, nequiter detraxit dño ſuo apud Dauid. Et fides nimis cito fuit habita praui illius verbis.

1.Eſdr.4. Ædificantibus templum filiis Iuda, qui redierant de Babylone: hoſtes eorum iniquam miſerunt epiſtolam Artaxerxi regi, vt opus faceret intermitti.

Tob.3. Cum Sara filia Raguelis, vnam de ancillis increparet pro culpa ſua, reſpondit, Amplius ex te non videamus filiũ, aut filiã ſuper terrã, interfectrix virorũ tuorũ.

Heſter. 3. & 7. Occaſione ſolius Mardochæi, qui ſuperbiſsimum Aman adorare nolebat: ipſe

Aman

Aman ſuggeſſit regi Aſſuero, ꝙ populus Iudæorum regis iuſſa contemneret, & per totum regnum diſcordias ſeminaret. Ita ꝙ omnes fuerũt adiudicati morti, ſed diuina pietas de eorũ liberatione prouidit.

Quia Ieremias prædicabat capiendam eſſe ciuitatem Ieruſalem à Chaldæis, dixerunt principes populi Sedechiæ regi: Homo iſte non quærit pacem populo huic, ſed malum. *Ier.38.*

Accedentes viri Chaldæi accuſauerunt Iudæos, dicentes Nabuchodonoſor regi, ꝙ ſocij Danielis non adorabant Deos illius, & eſſent tranſgreſſores regij decreti. *Dan.34.*

Principes & Satrapæ Darij regis Perſarum inuidentes Danieli accuſauerunt eum apud regẽ, quia ipſe oraret & obſecraret alium Deum, quàm ipſum regẽ Darium. *Dan. 6.*

Duo illi ſenes presbyteri conati ſũt Suſannã turpiter infamare. Sed Deus eã mirabiliter per abſtinentẽ puerum liberauit. *Dan. 13.*

Alcimus qui volebat fieri ſummus ſacerdos & quidam alij iniqui duxerũt regi Demetrio: Perdidit Iudas & fratres eius amicos tuos, & nos diſperſerunt &c. *2.Mac.7*

Conuenerant aduerſus Ionatham viri peſtilentes ex Iſrael vt interpellarent regem Alexandrum aduerſus eum, & non tendit ad eos Rex. *1.Ma.10.*

Simon

2.Mac.3. Simon de tribu Beniamin, præpoſitus templi, venit ad Apollonium,& dixit ærariũ pecuniis innumerabilibus eſſe plenũ.

2.Mac.4 Prædictus etiam Simon, malè loquebatur de Onia prouiſore ciuitatis ac defenſore gentis ſuæ, & æmulatore legis Dei, audebat inſidiatorem regni dicere.

1.Ma.14. Veniens ad regem Demetrium Alcimus dixit inter cætera: Quandiu Iudas ſuper eſt,impoſsibile eſt pacem dare negotiis.

Matt. 9. *Luc.5.* Videntes Phariſæi dominum diſcumbentem in domo Matthæi,dicebant:Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter?

Luc.19. Simile accidit de Zachæo, murmurabant, quòd apud hominem peccatorem diuertiſſet.

Matt. 11. *Luc.7.* De Ioanne Baptiſta multum ieiunante, dicebant quidam:Dæmonium habet.

Eodem. De domino autem Ieſu, cum peccatoribus comedente, dicebant: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus.

Ioan.9. Viſo miraculo de cæco per dominum Ieſum illuminato, Phariſæi detractarunt domino dicentes: Nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt. Et maledixerunt homini illi, & dixerunt: Tu diſcipulus eius ſis. Quæ quidem maledictio ſit ſuper

vos,

vos,& ſuper filios veſtros.

Scribæ & Phariſæi detractarunt dño, dicentes eum eſſe Samaritanum, dæmoniacum, blaſphemum, peccatorem, potatorem, voracem, mendacem, prohibentem tributa dari Cæſari, gentium ſubuerſorem, populi ſeductorem. Hæc omnia poſſunt ex diuerſis locis Euangeliorum haberi. Mat. 11. Luc. 7. & 22. Io. 8.

Non valentes Iudæi reſiſtere ſapientiæ Stephani, & ſpiritui, qui loquebatur per eum, adduxerunt in conſilium duos falſos teſtes, dicentes: Homo iſte non ceſſat loqui aduerſus populum, legem, & locum. *Act. 6.*

Quidam quæſtuarij dolẽtes, quòd amiſerant quæſtum ſuum, eo quòd Paulus eiecerat ſpiritum phytonem à quadam puella, quam illi habebant, dixerunt magiſtratibus: Hi homines conturbant ciuitatem noſtram. Et ad verba eorum praua concurrit plebs aduerſus illos, & ſciſsis veſtibus eorum, iuſſi ſunt virgis cædi, & in carcerem mitti. *Act. 16.*

Gallione proconſule Achaiæ exiſtente, inſurrexerunt vno animo Iudæi contra Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal dicentes, quòd contra legem homo hic perſuadet hominibus colere Deum. *Act. 18.*

Apud Epheſum, quum quidam indu- *Act*

rarentur, & non crederent, maledicentes viā domini, coram multitudine, diſcedens ab eis Paulus ſegregauit diſcipulos.

Act. 21. Quidam Iudæi de Aſia, videntes Paulum in tēplo, clamauerunt: Viri, Iſraelitæ, adiuuate, hic eſt homo qui aduerſus populum & legem & locum hunc omnes vbique docens, inſuper & gentiles induxit in templum, & violauit ſanctum, &c.

Act. 24. Coram Felice præſide, propoſuit contra Paulum Tertullus orator pro Iudæis, dicēs Inuenimus hunc hominem peſtiferum cōcitantem ſeditiones omnibus Iudæis in vniuerſo orbe, & authorem ſeditionis ſectæ Nazarenorum, qui etiam templum conatus eſt violare.

Act. 28. Diſputante Paulo apud Athenas, quidā Epicuræi & Stoici Philoſophi, dicebant: Quid vult ſpermologus hic dicere? Alij verò, Nouorum dæmoniorum &c.

Act. 28. Barbari videntes viperam pendentem in manu Pauli, dicerent. Vtique homicida hic eſt, quī cum euaſerit de naui, &c. Sed citò poſtea opinionem mutauerunt.

De liberalitate, miſericordia, & largitate.

CAP. LXXIIII.

Gene. 24. REbecca filia Bathuel, valde liberaliter reſpondit famulo Abrahæ, dicens: Bibe Domine mi, &c.

Libera

Liberaliter egit Moyſes defendendo filias Iethro à paſtoribus, qui eas adaquare pecora non ſinebant. Quem earum pater, vt liberalitatem liberalitate penſaret, ab ipſis vocari iuſſit, vt panem manducaret, & alteram ei coniugio copulauit. *Exod. 3.*

Audiēs Moyſes quod ſocer ſuus Iethro veniret ad eum, egreſſus eſt in occurſum eius, & ipſum multipliciter honorauit. *Exod. 18*

Filij Iſraël, mente promptiſſima atque deuota obtulerunt, ad faciendum opus tabernaculi: & quicquid ad cultum & veſtes ſanctas erat neceſſarium. Et ſequitur: Artifices compulſi, dixerunt Moyſi: Plus offert populus, quàm neceſſarium eſt. *Exo. 25. & 36.*

Petiit Moyſes à rege Edom: Obſecramus vt nobis tranſire liceat per terram tuam non ibimus per agros, non per vineas, nec bibemus aquas de puteis. Qui valde illiberaliter negauit. *Num. 20.*

Gedeō petiit à viris Sochot & Phanuel, panes pro commilitonibus fatigatis, qui dare renuerūt: ſed male vtique accidit eis. *Iudic. 8.*

Nabal illiberaliter ſe habuit ad Dauid petentem aliquid ſibi dari. *1. Reg. 25*

Obtenta victoria de Amalechitis Dauid miſit dona de præda, ſenioribus Iuda proximis ſuis, dicens: Accipite benedictionem. *1. Reg. 30*

2.Reg.9. Præcepit Dauid vt Miphiboſeth comederet panem in menſa ſua ſemper, & totam domum Saul dedit ei.

2.Reg.17 Fugienti Dauid à facie Abſalon, Sobi & Marchir, Berzellai obtulerunt ei multa exercitui neceſſaria, frumentum, hordeum, farinam.

2.Reg.18 Quia Berzellai aſtitit Dauid, quando fugiebat Abſalon filium ſuum, obtenta Dauid victoria, recepit Chamaam filium illius inter familiares.

3.Reg.10. Regina Saba multa obtulit Salomoni. Et Salomon dedit oĩa, quæ petiit, exceptis his, quæ vltro obtulit illi munere regio.

2.Pa.28 Quidam boni viri de Iſrael, captiuos Iudæos veſtierunt, & illos qui ambulare non poterant impoſuerunt iumentis, & duxerunt ad fratres eorum.

1.Eſdr.1 Rex Cyrus protulit vaſa tẽpli domini, quæ tulerat Nabuchodonoſor, & remiſit ea in Ieruſalem. Fuerũt autem vaſa aurea, & argentea quinque millia quadraginta.

1.Eſd.2. Redeuntes de Babylone filij Iuda, obtulerunt ſponte ſecundum vires ſuas, ad extruendā domum domini.

1.Eſdr.6. Præcepit Rex Darius, vt ædificaretur in Ieruſalem domus Dei, & darentur ſumptus de arca regis, licet quidam æmuli, opus impedire per literas laborarent.

Glorio

Glorioſam & liberalem epiſt. dedit Artaxerxes rex Eſdræ ſacerdoti, venienti in Ieruſalem ad conſolandum Iudæos. *1 Eſd. 7.*

Rex Artaxerxes liberaliter ſe habuit ad Nehemiam venientem in Iudæam, & dedit ei epiſtolas, quales petierat. *Nehem. 2.*

Nehemias valde liberalis legatus, qui populum annona & exactionibus non grauauit, & his ad quos venit, plurima bona fecit. *Nehem. 5.*

Tobias omnia quæ habere poterat cum captiuis fratribus qui erãt de genere ſuo, impartiri ſtudebat, eſurientes alebat, nudiſque veſtimenta præbebat. *Tob. 1.*

Raguel tradidit Tobiæ iuniori ſubſtantiam ſuam vſque ad dimidium, ad Saram filiam ſuam. *Tob. 10.*

Tobias iunior multũ fuit gratus Raphaeli, quem hominem putabat, & valde bene recognouit beneficia, quæ ab eo receperat. Et exinde pater & filius mediam partem omnium bonorum illi liberaliter obtulerunt. *Tob. 12.*

Rex Aſſuerus iuſſit præparari conuiuium permagnificum, pro coniunctione & nuptiis Heſter, & dedit requiem vniuerſis prouinciis, ac dona largitus eſt iuxta magnificentiam principalem. *Eſth. 2.*

Vidẽs Heſter reginã rex Aſſuerus, dixit *Heſter. 5.*

ei: Quid vis Heſter? Quæ eſt petitio tua? Et ſi dimidiam partem regni petieris, &c.
Heſter, 6. Quæſiuit rex Aſſuerus, quantum honoris ac præmij conſecutus eſſet Mardochæus pro fide quã erga ipſum ſeruauerat. Cúmque intellexiſſent eũ nihil accepiſſe mercedis, fecit eum magnificè honorari.
Iob. 1. Filij Iob facientes conuiuia, vnuſquiſque in die ſuo, vocabant ſorores ſuas, vt comederent & biberent cum eis.
Iob 29. 31. Pium & miſericordem ſe fuiſſe ad pauperes, oſtendit B. Iob, dicens: Cor viduæ conſolatus ſum, pater etiã pauperũ. Idem, Si comedi buccellã meam ſolus, quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio.
Iere. 40. Magiſter militiæ regis Babylonis, dedit cibaria & munuſcula Ieremiæ, & dimiſit eum quocũque vellet ire: promittẽs ei multã humanitatem, ſi vellet pergere cum eo in Babylonem. Et nihilominus dedit ei liberam facultatem remanendi.
2. Mac. 3. Seleucus Aſiæ rex, de hæreditatibus ſuis, tempore Oniæ ſummi pontificis, præſtabat omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinentes.
Matt 2. Apertis theſauris ſuis, non paruis loculis in quibus oboli reponuntur, obtulerũt Magi Domino pauperi: Aurum, Thus, & Myrrham.

E fonte

E fonte liberalitatis dimanat, quòd Dominus peccatores ad conueſcendum, ad colloquendum, & oſculandum admiſit de populo, vt patet in Mat. 9. & Luc. 5. *Matt. 9.* *Luc. 5.*

Item & de illis publicanis peccatoribus, qui appropinquabant ad eum, vt audirent illum. Et de Zacheo, Luc. 9. *Luc. 15.*

Exemplũ quoque de Maria, quæ oſculabatur pedes eius. *Matt. 25.*

Item, & de Iuda propter quod benignitatis ſignum infœlix, citius reſpicere debuiſſet. *Matt. 14.*

Sequutæ ſunt turbæ pedeſtres Dominum Ieſum de ciuitatibus in deſertum. Veſpere autem facto dixerunt ei diſcipuli: Dimitte turbas, & euntes emant ſibi eſcas. Ipſe verò tanquam liberalis, reſpondit: Date illis vos manducare. *Matt. 14. & 15.*

Magnificus & largus remunerator Dominus eſt, qui relinquẽtibus propter eum temporalia bona, reddit centuplum in hoc ſeculo, & vitam æternam in futuro. *Matt. 19.* *Mar. 10.* *Luc. 8.*

Magna Dei liberalitas apparet in illa ſimilitudine de ſeruo nequam, cui dixit Dominus: Omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me. *Matt. 18.*

Diſtribuendo & reſtituendo largus fuit Zacchæum cùm dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, *Luc. 19.*

do pauperibus Et ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.

Luc.21. Donum pauperculæ viduæ, quæ miſit duo æra minuta in Gazophilacium, præfertur à Domino muneribus diuitum.

Luc.22. Miſericors & liberalis fuit Dominus Petro lachrymanti.

Luc.23. Valdè liberalis fuit Dñs latroni pendenti & petẽti. Memento mei, cũ veneris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo.

Ioan.2. Benignitatem & liberalitatem dignatus eſt Dominus oſtendere, quando vocatus ad nuptias pauperes, iuit, & ibidem aquam in vinum conuertit, vt exhilararet pauperes diſcumbentes.

Act.4. Ioſeph, qui cognominatus eſt Barnabas, cùm haberet agrũ, vẽdidit illũ, & attulit pretium & poſuit ante pedes Apoſt.

Act.12. Audiẽtes diſcip. qui erãt Antiochiæ, & fames futura erat in vniuerſo orbe, propoſuerunt in miniſterũ mittere, habitantibus fratribus in Iudæa. Quod & fecerunt, mittentes per manus Barnabæ & Saulis.

Act.16. Quædam mulier purpuraria nomine Lydia baptizata ad prædicationem Pauli, valdè liberaliter & deuotè rogauit, imò coegit Paulum & ſocios ſuos manere in domo ſua.

Cùm

Cùm euaſiſſent Paulus & ſocij de naui fracta, tempore hyemali, Barbari non modicam humanitatem præſtabant eis. Accenſa enim pyra reficiebant eos, propter imbrem, qui imminebat & frigus. *Act. 28.*

Publius princeps inſulæ Mitilenæ, ad quā Paulus & ſocij eius poſt tēpeſtatem venerūt, ſuſcipiens eos, triduo benignè ſe eis exhibuit. Paulus autē patrem eius febribus, & diſenteria laborantem ſanauit. *Eodem.*

Apparet Paulum erga pauperes valde liberalem fuiſſe, quorum negotia tam ſolicitè procurabat. Vt patet de collectis, quas diligentiſſimè fieri faciebat. Si dignū fuerit, vt ego eam, mecum ibunt, ait: Et qui parce ſeminat, parce metet. *2. Cor. 16.* *2. Cor. 9.*

Miræ liberalitatis & gratitudinis fuit exemplar in Paulo, qui pro quodam Oneſimo ſeruo Philemo fugitiuo ſcripſit literas tā affectuoſas & efficaces & deuotas. Vt patet in epiſt. Si habes me ſocium, ait, ſuſcipe illum, ſicut me. Si autem quid nocuit aut debet, mihi imputato. *Ad Philemonem.*

De auaritia. CAP. LXXIIII.

MVlta poteſt notari philargia in hoc, quòd Cain cū proſperari vidit fratris bona, eundem fratrem ſuum occidit. *Gen. 4.*

Cain primus legitur ædificaſſe ciuitatem, ſed non Abel, quia ſancti non habent *Eodem.*

hic manentem ciuitatem,ſed futuram inquirunt,vt teſtatur Apoſtolus Hebr.13.

Geneſ.13. Auaritiam non ſolùm nutrit abundantia bonorum temporalium, ſed frequenter eſt occaſio litigij,& grauium peccatorum,ſicut patet de paſtoribus Abraham & Loth, qui propter multam ſubſtantiam, quam Abraham & Loth habebant, non potuerunt pariter habitare, & cœperunt paſtores eorum adinuicem litigare.

Geneſ.18 & 19. Et de Sodomitis peccatoribus peſſimis.

Gene. 26. Poſtquam creuerat Iſaac,& locupletatus fuerat,paſtores ſui & vicinorum ſuorum iurgari cœperunt.

Exod.36 Odium auaritiæ,plus quàm cæterorum vitiorum debent habere iudices & prælati.Ideo ſignanter dicit Iethro,de iudicibus qui oderint auaritiam.

Num.22. Pauci ſunt hodie Clerici, qui faciant oblationes ſuperfluas prohiberi, ſicut fecerunt illi, qui operibus tabernaculi præſidebant.

Num.23. Nuncij Balaac,perrexerunt ad Balaam, habentes donationes & pretium in manibus,& ita fuit cupiditate corruptus.

Tribus Ruben & Gad, & tribus Manaſſe dimidia, quia habebant ſubſtantiam multam,& pecora, noluerunt tranſire Iordanem, ſed in terra alendis gregibus

gibus apta, contenti ſunt habitare, atque accipere portionem.

Cupiditate ſeductus Achan, de anathemate Iericho ſumpſit. Sed pro illo lucro damnum terribile reportauit. *Ioſue 5.*

Pro pecunia à Philiſthæis promiſſa Dalida Samſonem virum ſuum eis tradidit. *Iudith. 16*

De filiis Samuel dicitur: Declinauerunt poſt auaritiam, acceperúntque munera, & peruerterunt iudicium. *1. Reg. 8.*

Præcipua cauſa vel occaſio reprobationis Saul videtur fuiſſe cupiditas, quam habuit ad prædam Amalech. Vnde dixit ei Samuel: Quare non audiſti vocem Domini, ſed verſus ad prædam es, & feciſti malum in oculis Domini? *1. Reg. 15*

Nimis tenax, fuit Nabal erga Dauid aliquid petentem dari ſibi, propter quod ferè totam ſubſtantiam & perſonā amiſiſſet, niſi fuiſſet Abigail vxor eius. *1. Reg. 25*

Semei exiuit de Ieruſalem contra prohibitionem Salomonis, ad requirendum ſeruos ſuos, qui aufugerant, & ob hanc cauſam fecit eum Salomon occidi. *3. Reg. 21*

Vinea Naboth, quā concupiuit Achab fuit cauſa vel occaſio, quare duo falſi teſtes fuerint contra eum producti, & ille iuſſus eſt lapidari. *3. Reg. 21.*

Quia Giezi accepit à Naamā id quod *4. Reg. 5.*
Eliſeus

Eliſeus recuſauerat, lepra percuſſus fuit.

Nehe.5. Tempore Nehemiæ, erant aliqui ex optimatibus ita vſuris oppreſſi, quòd vobant filios ſuos, & filias ſuas vendere in ſeruos & ancillas. Sed Nehemias illos diuites grauiter & viriliter increpauit.

Ioan.1. Obtẽta victoria de Arphazad rege Medorum Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum ſtatim regna alia omnia concupiuit.

1.*Mach.*4 Dixit Iudas Machabæus commilitonibus ſuis: Non concupiſcatis ſpolia, quia bellum contra nos eſt, & Gorgias & exercitus eius in monte prope nos, &c.

1.*Mac.*11 Ptolomæus rex Ægypti vituperauit Alexandrum generum ſuum propterea quòd concupierat regnum, cùm Alexander eum honorificè ſuſcepiſſet.

2.*Mac.*3. Aduerſus Oniã & ciuitatẽ ſanctã concitauit Simon de tribu Benjamin in Apollonium & regem Antiochum, dicens ærariũ pecuniis innumerabilibus eſſe plenũ.

2.*Mac.*4. Menelaus per argẽtum, quod promiſit Antiocho, obtinuit ſummũ ſacerdotium. Demum per vaſa aurea, de tẽplo furtiuè ablata quæ dedit Andronico, fecit Oniã occidi. Tandẽ accuſatus apud regem Ptolemæũ corrupit eũ per pecuniã, & contra accuſatores fecit ferri mortis ſententiam.

Eodem. Idem nequam Menelaus, propter eos qui

qui in populo erant ad auaritiam, permanebat in poteſtate, creſcens in malitia, & ad inſidias ciuium.

Cùm quidam Iudæi de mandato Machabæi obſiderent duas turres, in quibus erant inimici gentiles: accepta pecunia, quoſdam effugere dimiſerunt, quos Machabæus tanquam proditores & fratrum venditores interfecit. 2. *Ma.*10

Poſt bellum cõtra Gorgiam cõmiſſum, venit Iudas Mach. cũ ſuis, vt proſtratorum corpora ſepeliret. Inuenerunt autem ſub tunica interfectorũ de denariis idolorum à quibus lex prohibet Iudæis. Ob hanc ergo cauſam creditum eſt eos corruiſſe. 2. *Ma.*12

Adoleſcẽs, qui quæſiuit à Dño, quomodo poſſet habere vitam æternam, multas habebat poſſeſſiones. Et idcirco abiit triſtis, cùm audiuit conſilium perfectionis. *Matt.*19.

Sacerdotes Iudæorum volentes quòd populus frequenter offerret, permittebãt quòd ea quæ offerri poterant, venderẽtur in templo. Hac etiam de cauſa dicebatur aurum templi ſanctius eſſe templo, & donum, quod erat ſuper altare, maioris eſſe reuerentiæ, quàm ipſum altare. *Matt.*23.

Cupiditas vel libido lucrandi, videtur fuiſſe principale moriturum, quare Iudas tradidit Dominum. hinc ait: *Matt.*26.

Quid

Quid vultis mihi dare?

Matt.28. Per pecuniam fuerunt corrupti cuſtodes dominici ſepulchri vt mentirentur, *Luc.12.* Dominum à diſcipulis ſuis de nocte furtiuè fuiſſe ſublatum.

Eodem. Dominus Ieſus legiſlator verus, noluit ſe intromittere de diuiſione hæreditatis terrenæ, cùm eſſet ſuper hoc requiſitus. Contrà eos qui bona tẽporalia congregãt & multo tẽpore, multis delectari putant diuitiis, propoſuit Dñs ſimilitudinem de diuite, cuius ager vberes fructus attulit.

Luc.14. Excuſauerunt ſe, ne irent ad magnam cœnam, ad quam vocati erant, emptores boum & villarum (ſcilicet) mobilium & immobiliũ poſſeſſionũ: quia ſæpe, per talia, homines à cœleſti gloria, retrahunt.

Luc.16. Phariſæi, qui erant auari, audiẽtes monitiones Dñi, q; deberent facere amicos de Mammona iniquo, deridebant ipſum.

Eodem. Contra diuites edaces, & veſtibus pretioſis & delicatis vtentes, qui ad releuandam indigentiã proximi ſunt tenaces, & parci, ponit Dominus exemplùm de diuite epulone. Et nota, quòd non parabola, ſed hiſtoria fuiſſe videtur. Item nota, Si ita premitur ille, qui non dedit propria, quid fiet de illis, qui rapiunt aliena?

Act.5. Nimis terribiliter fuit punita auaritia

Ananiæ

Ananiæ & Sapphiræ, qui de pretio agri venditi partem retinuerunt.

Quidam quæſtuarij, habentes vnam puellam phytoniſſam, à qua Paulus eiecit dæmonium, videntes quòd amiſerant quæſtum ſuum, apprehenderunt Paulum & Silam ſocium eius, & duxerunt eos ad principes ciuitatis, accuſantes eos, quòd ciuitatẽ turbarent, & mores illicitos nunciarent. Magiſtratus autem ſciſſis illorum tunicis fecerunt eos cædi, & in carcerem mitti, & cum diligentia cuſtodiri. *Act. 16.*

Paulo apud Epheſum exiſtente multa miracula ibi faciente, Demetrius quidã argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præſtabat artificibus non modicum quæſtum. Quos conuocans dixit: quòd Paulus ſuadebat & auertebat populum à cultu deorum, dicens: Quoniã non ſunt dij, qui manib. fiunt: ſed dæmonia. Et ita turbauit ciuitatem, quæ impleta eſt confuſione, & impetum fecerũt vno animo in theatrum rapto Gaio & Ariſtarcho comitibus Pauli. *Act. 19.*

Cùm eſſet Paulus apud Felicem præſidem, vinctus à Iudæis tanquã homo ſeditioſus & peſtifer accuſatus, ſperabat Felix quòd pecunia ei daretur à Paulo. Propter quòd frequenter accerſens eum Felix, loquebatur cum eo. Et quia non ita fuit *Act. 24.*

factum

factum ipſe iudex non abſoluit eum, ſed reliquit eũ Feſto ſucceſſori ſuo vinctum.

De Paupertate. CAP. LXXV.

Geneſ.28. Patriarcha Iacob recedẽs à Parentibus ſuis,& iens ad Laban fratrẽ ſuæ matris, nec animal nec famulum legitur habuiſſe,ſed in baculo ſuo transſiit Iorda.Et quadã vice volens requieſcere poſt ſolis occubitum, tulit de lapidibus, & ſupponens capiti ſuo,dormiuit in eodem loco.

Exod.3. Moyſes paſcebat oues Iethro ſoceri ſui ſacerdotis Madiã.Per quod videtur,quòd proprias nõ habebat,qui paſcebat alienas.

Ruth.2. Ruth Moabitis non magnis diuitiis abundabat, quando ibat ad colligendum ſpicas, quæ metentium manus fugerant, quæ ad manus paupertum pertinebant.

1.Reg.9. Vno puero contentus Saül, iuit ſatis longè ad quærendum aſinas patris ſui, Vnde ipſe Saul dixit poſtea Samueli,quòd cognatio ſua erat nouiſſima inter omnes familias tribus Beniamin.

1.Re.16. & 17. Minibus erat Dauid inter filios patris ſui, ita quòd quando Samuel venit ad inungendum vnum ex filiis ſuis Iſai. Dauid erat in paſcuis, nec in principio vocatus fuit, quaſi nullius eſſet reputationis. Deinde, cùm fratres eius eſſent in exercitu, miſit eum pater ſuus onuſtum

victua

victualibus,ad deferendum illis.

Magnam penuriam patiebatur Elias, quando petiit à vidua Sareptana, vt daret ei paululum aquæ,& bucellam panis. *3.Reg.17*

Filij prophetarum ſub Eliſeo, in magna paupertate viuebant, qui parum de pane & inſipidum pulmentum habebant. *4.Reg.4.*

Anna vxor Tobiæ ibat ad textrinum opus quotidie.Per quod videtur illos pauperes fuiſſe, qui nec ipſum inſtrumentum ad texendum poſſent in domo ſua tenere. Vnde Tobias filio ſuo dixit : Noli timere fili mi,pauperẽ quidem vitã gerimus, &c. *Tob.2.& 4.*

Filij Rechabitarum domos non ædificabant, ſemen non ſerebant, vineas non habebant,vinum non bibebant,ſed in tabernaculis habitabant. *Ier.35.*

De plebe pauperũ qui nihil penitus habebãt, dimiſit Nabuzardan in terra Iuda. Pauperibus ergo pepercit,diuites & potẽtes occidit,vel captiuos in Babyl. duxit. *Ier.35.*

Exemplum paupertatis amandæ, habemus in Domino Saluatore,qui fuit de paupere matre natus, & à paupere fabro nutritus, decenter paſtus, fuit pannis non pellibus inuolutus, & in præſepio reclinatus, & poſt in purificatione virginis glorioſę,oblationem pauperum,parentes pro eo in templo obtulerunt. *Luc.2.*

X

Matt. 2. Item cito pòſt Ioſeph cum puero & matre eius fugit in Ægyptum.

*Luc.*2. Cùm factus eſſet puer Ieſus annorum xij. remanſit in Ieruſalē, ignorante Maria & Ioſeph. Per quod apparet, quòd magnam familiam non habebant ad aſſociandum puerum vel ad eī ſeruiendum.

*Matt.*8. Circuiens Ieſus ciuitates & caſtella nō habebat vbi caput reclinaret, vnde ait: Vulpes foueas habeant,&c.Filius autē hominis nō habet vbi caput ſuum reclinet. Et in fine,nudus appenſus eſt in cruce.

*Ioan.*19. Diſcipuli pro maiori parte de ſtatu paupertatis fuerūt aſſumpti, Iacobus & Ioannes reficiebant retia.Et lauabant retia.

*Luc.*5. In ſermone Dñi in mōte primū ponitur
Matt. 4. commendatio paupertatis:quaſi ipſa eſſet
Luc. 6. totius ſpiritualis ædificij fundamentum.

*Matt.*11. Inter cætera Chriſti miracula ponitur vnum ꝙ pauperes euangelizabantur: eo quòd ante aduentū ita fieri non ſolebat.

*Matt.*19. Adoleſcenti de ingreſſu ad vitam æternam quærenti dixit Dominus: Si vis eſſe perfectus, vade & vende vniuerſa quæ habes,& da pauperibus.

Eodem. Miram remunerationem promittit Dominus omnia derelinquentibus propter nomen ipſius.

*Luc.*14. Pauperes & debiles ad cœnam illā Dñi magnam

magnam fuerunt inductiſſimo & quidā de viis & ſepibus leguntur ibi fuiſſe cōpulſi.

De illo famoſo paupere Lazaro, in ſinu Abrahæ ab Angelis deportato, nullum aliud iuſtitiæ opus, vel cauſam gloriæ ſcripturæ allegare videntur, niſi quòd ipſe receperat mala in hac vita mortali. Et ideo Deus voluit eum conſolari in alia. *Luc.16.*

Omnes qui credebant in primitiua Eccleſia erant pariter, & habebant omnia communia, poſſeſsiones & ſubſtantias vendebant, & diſtribuebant omnibus prout cuique opus erat. *Act.5.*

Petrus dixit claudo pauperi eleemoſynam petēti: Argentū & aurum non eſt, &c *Act.3.*

Vale dicens Paulus fidelibus de Achaia dixit inter cætera: Argentū & aurum aut veſtem nullius concupiui, ipſi ſcitis. Quoniā ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. *Act.10.*

Eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus: *1.Cor.4.*
Item in fame, & ſiti & frigore, &c. *2.Cor.11*

De hypocriſi & ſimulatione. CAP. LXXVI.

AMmon filius Dauid ſimulauit languorem vt poſſet decipere Thamar quam libidinosè amabat. *2.Reg.13*

Vxor Ieroboam mutato habitu venit ad Abdiam prophetam, cui ille dixit: Quare aliam te ſimulas? *3.Reg.14*

4.Reg. 7. Giezi famulus Eliſei ſimulauit dominum ſuũ indigere duplici veſte, pro duobus adoleſcentibus ex filiis prophetarum.

2.Mac. 5. Cum veniſſet Apollonius Ieroſol. miſſus ab Antiocho, pacem ſimulans quieuit vſque ad diem Sabbati, & tunc feriatis Iudæis, arma ſuis capere præcepit, & omnes qui ad ſpectaculum venerant, trucidauit.

Prou. 8. Matt. 3. Luc. 11. Quamuis diuina ſapientia generaliter impium deteſtatur: tamen ſpecialiter hypocritis comminatur multoties in euangelio, dicens: Væ vobis Phariſæis. Phariſæis volentibus capere Ieſum in ſermone, reſpondit increpans eos: Quid me tentatis hypocrytæ? Matt. 22.

Luc. 13. Archiſynagogus indignans, quia Dominus Sabbato curaret, dicebat turbæ: Sex dies ſunt in quibus oportet operari, in his ergo venite & curamini, & non in die Sabbati. Dominus autem illum arguit hypocritam vocans.

Ioan. 18. Quidam ſunt, qui magna ſcelera perpetrant, & modica peccata deuitant, excolantes culicem, & camelum glutientes: ſicut principes ſacerdotum, qui magis timuerunt intrare prætorium Pilati, quàm nequiſsimè procurare crimen homicidij.

Act. 5. Malam hypocriſim commiſerunt Ananias & vxor eius Sapphira, ſimulantes ſe

totum

totum agri pretium attuliſſe, & ad pedes Apoſtolorum poſuiſſe.

Quamuis Simon Magus credidiſſet in prædicatione Philippi, Petrus dixit ad eum: Non eſt tibi ſors in ſermone iſto, cor enim tuum nõ eſt rectum coram domino. Pœnitentiã itaq; age, &c. Reſpõdens autem Simon dixit: Precamini vos pro me. *Act. 8.*

Elymam Magũ grauiter notauit Paulus de hypocriſi & falſitate, dicens: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, & inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis Domini vias peruertere rectas. *Act. 13.*

De munerum acceptione & oblatione.

CAP. LXXVII.

ABraham noluit accipere munera, quæ obtulit ei rex Sodomorum, licet ipſe optime meruiſſet, quando reuerſus fuit Abraham à cæde quatuor regum. *Act. 14.*

Munera miſit Iacob offerri Eſau fratri ſuo, vt compeſceret iram eius. *Geneſ. 32*

Munera obtulerunt filij Iſrael, ad opus tabernaculi Domini, in tanta quantitate, quòd iuſsit Moyſes clamari, vt nullus aliquid vlterius offerret. *Exod. 36*

Mercedem iniquitatis amauit Balaam, & iuit cum nuntiis Balac, qui diuinationis pretium habebant in manibus. *Num. 22.*

Ahod obtulit munera Eglon regi, *Iudic. 5.*

Moab, & poſtea ſecreto loquens cum eo percuſſit eum grauiter & occidit.

Iudic.16. Inimici Sãſon pecuniã Dalidæ promiſerunt, & eã vt illũ deciperet induxerunt.

1. Reg. 8. De filiis Samuel dicitur: Declinauerunt poſt auaritiam, acceperunt munera. Et ſtatim ſequitur: Peruerterunt iudicium.

1. *Reg. 12.* Non fuit impoſitum Samueli, qui viginti annis pop. Iſrael iudicauerat, quòd vnquam munera ab aliquo accepiſſet.

2. Reg. 16. Xenia, quæ obtulit Siba puer Miphiboſeth Dauid, à facie Abſalon fugienti, videntur inclinaſſe animum ipſius Dauid, ad hoc quòd contra abſentem iniquum tulit iudicium.

3. Re. vlt. Areuna voluit offerre Dauid aream, & omnia ad ſacrificium neceſſaria, ſed ille noluit gratis accipere, nec ſacrificium de alieno offerre.

3. Reg. 10 Regina Saba dedit regi Salomon centum viginti talenta auri, aromata multa, & gemmas pretioſas. Rex autem Salomon dedit ei omnia quæ voluit, & quæ petiuit ab illo, exceptis his quæ vltro obtulerat ei munere regio.

3. Reg. 15 Rex Syriæ Benadad fœdus habebat cum Baaſa rege Iſrael: ſed propter munera quæ miſit ei Aſa rex Iuda, rupto fœdere cum Baaſa, grauiter impugnauit eum.

Naaman

Naaman Syrus fuit animo gratus ab E-liſeo curatus. Giezi qui ab eo accepit munera fuit graui plaga percuſſus. 4.Reg.1.

Miſit rex Babylonis literas & munera ad Ezechiam, & ſequitur: Lætatus eſt autem Ezechias in aduentu eorum. Sed nota ibi quomodo diſplicuerit Domino. 4.Re.20.

Achaz rex Iuda ſpoliata domo Dñi, & domo regũ & principum, dedit regi Aſſyriorum munera, & tamen nihil ei profuit. 1.Par.28

Statuerunt Iudæi in memoriam lætitiæ quam habuerunt interfecto Aman, peſſimo Iudæorum inimico, vt pauperibus munuſcula largirentur. *Heſter* 9.

Conquerendo loquitur Dominus per Eſaiam, dicens: Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. *Eſa.* 1.

Dedit magiſter militię regis Babyl. cibaria Ieremiæ & munuſcula, & dimiſit eum. *Ier* 40.

Poſtquam expoſuerat regi Nabuchod. Daniel viſionẽ, rex in ſublime illum extulit, & munera magna & multa dedit ei. *Dan.*2.

Balthaſar Babylonis rex promiſerat magna donaria Danieli, qui reſpondens ait: Munera tua ſint tibi, & dona domus tuæ alteri da. *Dan.*5.

Abiit Ionathas Ptolemaidam, & dedit Alexandro & Ptolemæo, regibus ar- 1.Mac.10

gentum multum & aurum & dona, & inuenit gratiam in conſpectu eorum.

1.Ma.12 Videns Tryphon Ionathan veniſſe ad eũ cũ exercitu multo, timuit eum & cũ honore accepit, & munera ei dedit, & hac occaſione decepit eũ. Nã remiſsis militibus, ipſum cum paucis retinuit, & occidit.

2.Mac.4 Propter munera quæ dedit & promiſit ambitioſus Iaſon regi Antiocho, obtinuit ſummum ſacerdotiũ, cùm autem miſiſſet pecuniam regi per Menelaũ, ille ſupplantauit eum, & obtinuit principatũ: quia ſuppoſuit Iaſon talenta argenti 300.

Eodem. Menelaus frater Lyſimachi per pecuniã quã promiſit Antiocho, obtinuit ſummum ſacerdotium, deinde donauit Andronico quædam vaſa aurea, de tẽplo furtim accepta, & fecit Oniam occidi. Poſtmodũ cum accuſaretur apud Ptolemæum regem, per pecunias quas ei dare promiſit, accuſatores ſuos procurauit morte damnari.

2.Ma.14 Cupiens obtinere ſummũ ſacerdotium à quo deiectus fuerat Alcimus proditor impius & detractor, obtulit Demetrio regi coronam auream & quædam alia.

Matt. 2. Obtulerunt Magi Domino pauperi, aurum, thus, & myrrham.

Iudas accepta pecunia à Iudæis, ipſum Chriſtum tradidit eis. Matth. 26.

Milites

Milites illi, qui debuerant cuſtodire *Matt.28*
ſepulchrum Domini, accepta à Iudæis
pecunia copioſa, dixerunt quòd diſcipuli
eius furati fuerant, illis dormientibus.

Pauperculæ donum viduæ, quæ duo
æra minuta miſit in gazophilacium, præ- *Luc.2.*
fertur à Domino muneribus diuitum.

Cùm vidiſſet Simon, quia per impoſi- *Act.8.*
tionem manuum Apoſtolorum daretur
Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam di-
cens: Date & mihi hanc poteſtatem.

Felix præſes qui tenebat Paulũ vinctum *Act.24*
à Iudæis nequiter accuſatum, ſperabat
quòd pecunia daretur ei à Paulo. Propter
quod frequẽter eum accerſens, loqueba-
tur cum eo. Et quia veriſimile eſt eum non
habuiſſe intentum, Paulũ dimiſit vinctũ.

De fortitudine & ſtrenuitate.

CAP. LXXVIII.

VIdens Abraham nepotẽ ſuum Loth *Gen.14.*
eſſe captum, aſſumptis vernaculis
ſuis, & aliis ſociis, irruit nocte ſuper qua-
tuor reges, qui ceperant illum, Et percuſ-
ſis hoſtibus reduxit Loth, cum tota ſub-
ſtantia, & populo Sodomorum.

Securũ facit hominem audacem, puri- *Gene.31.*
tas conſcientiæ. Hinc eſt quòd Iacob tu-
mens cum iurgio, ait: Quam ob culpam
meã, & ob quod peccatũ meum ſic exar-

Goliath Philiſthæum.

1.Reg.26 Item Dauid venit cum vno milite, ad caſtra Saul, & intrauit tentorium eius, tulit haſtam & ſcutum eius.

2.Reg.2. Pueri 12. ex Isboſeth, & duodecim ex parte Dauid apprehenſo vnuſquiſque capite comparis ſui, defixit gladium in latus contrarij, & ceciderunt ſimul. Vocatumq; eſt nomen loci illius, ager robuſtorum.

2.Reg.23 Deſiderante & petente Dauid de aqua ciſternæ Bethlehem, tres fortes milites Dauid irruperunt caſtra Philiſthinorum, & attulerunt ei de aqua illa.

4.Re.9. Viriliter egit Iehu, percutiens duos reges, & fratres Ochoziæ, & filios Achab. Et Prophetas Baal occidit in multitudine numeroſa.

4.Re.11. Cum magna ſtrenuitate Ioïada poteſt, eripuit regnum Iuda de manu Athaliæ, & Ioas de genere Dauid paruulũ coronauit.

1.Par.11 Ioab filius Saruiæ, fuit princeps & dux exercitus, quia in primis percuſsit Iebuſæum, qui habitabat in Ieruſalem, & ita ſtatuerat Dauid.

Nehe. 2. Dixit Nehemias optimatibus & magiſtratibus Iud. Surgamus & ædificemus. Et confortatæ ſunt manus eorum in bono.

Nehe.4. Filij tranſmigrationis ædificantes murum in circuitu Ieruſalem, vna manu facie

ciebant opus, & altera tenebant gladium.

Inimici filiorũ tranſmigrationis terrebant eos variis modis, cogitantes, ꝙ ceſſarent ab opere. Sed dixit Nehemias: Quam ob cauſam cõfortaui magis manus meas. *Nehe.6.*

Audientes filij Iſrael potentiam Holofernis, præparauerunt ſe diligẽter ad reſiſtendũ, præoccupantes vertices montiũ, & muris circũdantes viros ſuos cõgregauerunt frumenta in præparationem pugnæ. *Iudith 4.*

Miram ſtrenuitatem habuit Iudith, eundo ad Holofernem & occidendo eum in tentorio ſuo. *Iudit. 10. 12. & 13*

Socij Danielis dixerunt Nabuchodonoſor regi Babylonis: Deus noſter poteſt nos eripere de camino ignis: quod ſi noluerit, notum ſit tibi, ô rex, quòd Deos tuos non colimus. *Dan. 3.*

Daniel non omiſit propter edictum regis, quin oraret Deum ſuum. *Dan. 6.*

Mirã fortitudinẽ habuerunt Matathias & filij eius, quia ita reſtiterunt Antiocho regi, & præualuerunt toties contra eum. *1. Mac. 2.*

Confidenter & ſtrenuiſſimè Iudas Machabæus flumen tranſit ad caſtra hoſtium, qui erant vltra ipſum flumen. *1. Mac. 5*

Eleazar filius Saura, occurrit audacter ad Elephantem, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eum, & cecidit in terram ſuper ipſum,

Matt. 2. Item cito pòſt Ioſeph cum puero & matre eius fugit in Ægyptum.

Luc. 2. Cùm factus eſſet puer Ieſus annorum xij. remanſit in Ieruſalẽ, ignorante Maria & Ioſeph. Per quod apparet, quòd magnam familiam non habebant ad aſſociandum puerum vel ad ei ſeruiendum.

Matt. 8. Circuiens Ieſus ciuitates & caſtella nõ habebat vbi caput reclinaret, vnde ait: Vulpes foueas habeant, &c. Filius autẽ hominis nõ habet vbi caput ſuum reclinet. Et in fine, nudus appenſus eſt in cruce.

Ioan. 19. Diſcipuli pro maiori parte de ſtatu paupertatis fuerũt aſſumpti, Iacobus & Ioannes reficiebant retia. Et lauabant retia.

Luc. 5. In ſermone Dñi in mõte primũ ponitur
Matt. 4. commendatio paupertatis: quaſi ipſa eſſet
Luc. 6. totius ſpiritualis ædificij fundamentum.

Matt. 11. Inter cætera Chriſti miracula ponitur vnum ꝙ pauperes euangelizabantur: eo quòd ante aduentũ ita fieri non ſolebat.

Matt. 19. Adoleſcenti de ingreſſu ad vitam æternam quærenti dixit Dominus: Si vis eſſe perfectus, vade & vende vniuerſa quæ habes, & da pauperibus.

Eodem. Miram remunerationem promittit Dominus omnia derelinquentibus propter nomen ipſius.

Luc. 14. Pauperes & debiles ad cœnam illã Dñi magnam

magnam fuerunt inductiſſimo & quidã de viis & ſepibus leguntur ibi fuiſſe cõpulſi.

De illo famoſo paupere Lazaro, in ſinu Abrahæ ab Angelis deportato, nullum aliud iuſtitiæ opus, vel cauſam gloriæ ſcripturæ allegare videntur, niſi quòd ipſe receperat mala in hac vita mortali. Et ideo Deus voluit eum conſolari in alia. *Luc.16.*

Omnes qui credebant in primitiua Eccleſia erant pariter, & habebant omnia communia, poſſeſsiones & ſubſtantias vendebant, & diſtribuebant omnibus prout cuique opus erat. *Act.3.*

Petrus dixit claudo pauperi eleemoſynam petẽti: Argentũ & aurum non eſt, &c *Act. 3.*

Vale dicens Paulus fidelibus de Achaia dixit inter cætera: Argentũ & aurum aut veſtem nullius concupiui, ipſi ſcitis. Quoniã ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. *Act.10.*

Eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus: Item in fame, & ſiti & frigore, &c. *1.Cor. 4.* *2.Cor.11*

De hypocriſi & ſimulatione. CAP. LXXVI.

AMmon filius Dauid ſimulauit languorem vt poſſet decipere Thamar quam libidinosè amabat. *2.Reg.13*

Vxor Ieroboam mutato habitu venit ad Abdiam prophetam, cui ille dixit: Quare aliam te ſimulas? *3.Reg.14*

4.Reg. 7. Giezi famulus Eliſei ſimulauit dominum ſuũ indigere duplici veſte, pro duobus adoleſcentibus ex filiis prophetarum.

2.Mac. 5. Cum veniſſet Apollonius Ieroſol. miſſus ab Antiocho, pacem ſimulans quieuit vſque ad diem Sabbati, & tunc feriatis Iudæis, arma ſuis capere præcepit, & omnes qui ad ſpectaculum venerant, trucidauit.

Prou. 8. *Matt.* 3. *Luc.* 11. Quamuis diuina ſapientia generaliter impium deteſtatur: tamen ſpecialiter hypocritis comminatur multoties in euangelio, dicens: Væ vobis Phariſæis. Phariſæis volentibus capere Ieſum in ſermone, reſpondit increpans eos: Quid me tentatis hypocrytæ? Matt. 22.

Luc. 13. Archiſynagogus indignans, quia Dominus Sabbato curaret, dicebat turbæ: Sex dies ſunt in quibus oportet operari, in his ergo venite & curamini, & non in die Sabbati. Dominus autem illum arguit hypocritam vocans.

Ioan. 18. Quidam ſunt, qui magna ſcelera perpetrant, & modica peccata deuitant, excolantes culicem, & camelum glutientes: ſicut principes ſacerdotum, qui magis timuerunt intrare prætorium Pilati, quàm nequiſsimè procurare crimen homicidij.

Act. 5. Malam hypocriſim commiſerunt Ananias & vxor eius Sapphira, ſimulantes ſe

totum

totum agri pretium attuliſſe, & ad pedes Apoſtolorum poſuiſſe.

Quamuis Simon Magus crediđiſſet in prædicatione Philippi, Petrus dixit ad eum: Non eſt tibi ſors in ſermone iſto, cor enim tuum nõ eſt rectum coram domino. Pœnitentiã itaq; age, &c. Reſpõdens autem Simon dixit: Precamini vos pro me. *Act. 8.*

Elymam Magũ grauiter notauit Paulus de hypocriſi & falſitate, dicens: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, & inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis Domini vias peruertere rectas. *Act. 13.*

De munerum acceptione & oblatione.

CAP. LXXVII.

Abraham noluit accipere munera, quæ obtulit ei rex Sodomorum, licet ipſe optime meruiſſet, quando reuerſus fuit Abraham à cæde quatuor regum. *Act. 14.*

Munera miſit Iacob offerri Eſau fratri ſuo, vt compeſceret iram eius. *Geneſ. 32*

Munera obtulerunt filij Iſrael, ad opus tabernaculi Domini, in tanta quantitate, quòd iuſsit Moyſes clamari, vt nullus aliquid vlterius offerret. *Exod. 36*

Mercedem iniquitatis amauit Balaam, & iuit cum nuntiis Balac, qui diuinationis pretium habebant in manibus. *Num. 22.*

Ahod obtulit munera Eglon regi, *Iudic. 5.*

Moab, & poſtea ſecreto loquens cum eo percuſsit eum grauiter & occidit.

Iudic.16. Inimici Sāſon pecuniā Dalidæ promiſerunt, & eā vt illū deciperet induxerunt.

1. Reg. 8. De filiis Samuel dicitur: Declinauerunt poſt auaritiam, acceperunt munera. Et ſtatim ſequitur: Peruerterunt iudicium.

1.Reg.2. Non fuit impoſitum Samueli, qui viginti annis pop. Iſrael iudicauerat, quòd vnquam munera ab aliquo accepiſſet.

2.Reg.16. Xenia, quæ obtulit Siba puer Miphiboſeth Dauid, à facie Abſalon fugienti, videntur inclinaſſe animum ipſius Dauid, ad hoc quòd contra abſentem iniquum tulit iudicium.

3.Re. vlt. Areuna voluit offerre Dauid aream, & omnia ad ſacrificium neceſſaria, ſed ille noluit gratis accipere, nec ſacrificium de alieno offerre.

3.Reg.10 Regina Saba dedit regi Salomon centum viginti talenta auri, aromata multa, & gemmas pretioſas. Rex autem Salomon dedit ei omnia quæ voluit, & quæ petiuit ab illo, exceptis his quæ vltro obtulerat ei munere regio.

3.Reg.15 Rex Syriæ Benadad fœdus habebat cum Baaſa rege Iſrael: ſed propter munera quæ miſit ei Aſa rex Iuda, rupto fœdere cum Baaſa, grauiter impugnauit eum.

Naaman

Naaman Syrus fuit animo gratus ab E-liſeo curatus. Giezi qui ab eo accepit munera fuit graui plaga percuſſus. 4.Reg.1.

Miſit rex Babylonis literas & munera ad Ezechiam, & ſequitur: Lætatus eſt autem Ezechias in aduentu eorum. Sed nota ibi quomodo diſplicuerit Domino. 4.Re.20.

Achaz rex Iuda ſpoliata domo Dñi, & domo regũ & principum, dedit regi Aſſyriorum munera, & tamen nihil ei profuit. 1.Par.28

Statuerunt Iudæi in memoriam lætitiæ quam habuerunt interfecto Aman, peſſimo Iudæorum inimico, vt pauperibus munuſcula largirentur. *Heſter* 9.

Conquerendo loquitur Dominus per Eſaiam, dicens: Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. *Eſa.*1.

Dedit magiſter militię regis Babyl. cibaria Ieremiæ & munuſcula, & dimiſit eum. *Ier* 40.

Poſtquam expoſuerat regi Nabuchod. Daniel viſionẽ, rex in ſublime illum extulit, & munera magna & multa dedit ei. *Dan.*2.

Balthaſar Babylonis rex promiſerat magna donaria Danieli, qui reſpondens ait: Munera tua ſint tibi, & dona domus tuæ alteri da. *Dan.*5.

Abiit Ionathas Ptolemaidam, & dedit Alexandro & Ptolemæo, regibus ar- 1.Mac.10

gentum multum & aurum & dona, & inuenit gratiam in conſpectu eorum.

1.Ma.12 Videns Tryphon Ionathan veniſſe ad eũ cũ exercitu multo, timuit eum & cũ honore accepit, & munera ei dedit, & hac occaſione decepit eũ. Nã remiſsis militibus, ipſum cum paucis retinuit, & occidit.

2.*Mac.*4 Propter munera quæ dedit & promiſit ambitioſus Iaſon regi Antiocho, obtinuit ſummum ſacerdotũ, cùm autem miſiſſet pecuniam regi per Menelaũ, ille ſupplantauit eum, & obtinuit principatũ: quia ſuppoſuit Iaſon talenta argenti 300.

Eodem. Menelaus frater Lyſimachi per pecuniã quã promiſit Antiocho, obtinuit ſummum ſacerdotium, deinde donauit Andronico quædam vaſa aurea, de tẽplo furtim accepta, & fecit Oniam occidi. Poſtmodũ cum accuſaretur apud Ptolemæum regem, per pecunias quas ei dare promiſit, accuſatores ſuos procurauit morte damnari.

2.*Ma.*14 Cupiens obtinere ſummũ ſacerdotium à quo deiectus fuerat Alcimus proditor impius & detractor, obtulit Demetrio regi coronam auream & quædam alia.

Matt. 2. Obtulerunt Magi Domino pauperi, aurum, thus, & myrrham.

Iudas accepta pecunia à Iudæis, ipſum Chriſtum tradidit eis. Matth. 26.

Milites

Milites illi, qui debuerant cuſtodire ſepulchrum Domini, accepta à Iudæis pecunia copioſa, dixerunt quòd diſcipuli eius furati fuerant, illis dormientibus. *Matt.28*

Pauperculæ donum viduæ, quæ duo æra minuta miſit in gazophilacium, præfertur à Domino muneribus diuitum. *Luc.2.*

Cùm vidiſſet Simon, quia per impoſitionem manuum Apoſtolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam dicens: Date & mihi hanc poteſtatem. *Act.8.*

Felix præſes qui tenebat Paulũ vinctum à Iudæis nequiter accuſatum, ſperabat quòd pecunia daretur ei à Paulo. Propter quod frequẽter eum accerſens, loquebatur cum eo. Et quia veriſimile eſt eum non habuiſſe intentum, Paulũ dimiſit vinctũ. *Act.24*

De fortitudine & ſtrenuitate.

CAP. LXXVIII.

VIdens Abraham nepotẽ ſuum Loth eſſe captum, aſſumptis vernaculis ſuis, & aliis ſociis, irruit nocte ſuper quatuor reges, qui ceperant illum, Et percuſſis hoſtibus reduxit Loth, cum tota ſubſtantia, & populo Sodomorum. *Gen.14.*

Securũ facit hominem audacem, puritas conſcientiæ. Hinc eſt quòd Iacob tumens cum iurgio, ait: Quam ob culpam meã, & ob quod peccatũ meum ſic exar- *Gene.31.*

ſiſti poſt me,& ſcrutatus es omnem,&c.

Gene.32. Dixit Angelus ad Iacob : Si contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis.

Exod. 5. Audacter & conſtanter ſtetit Moyſes coram Pharaone arguens eum, quia non dimittebat populum Domini. Armati aſcenderunt filij Iſrael de terra Ægypti.

Exod.13 Caleph & Ioſue viriliter confortauerunt populum, dicentes : Aſcendamus & poſſideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam.Et iterum : Neque timeatis populum terræ, quia ſicut panem ita poſſumus eos deuorare.

Num.9.

Num.14

Num.31. Phinees cum duodecim millibus pugnatorum debellauit Madianitas. Quorum præter viros & mulieres, qui occiſi fuerant, triginta duo millia virginum in præda fuerunt. Animalium verò erat maxima multitudo. Nec aliquis de filiis Iſrael mortuus eſt.

Deut.31 Moyſes dixit ad Ioſue, qui ei debebat ſuccedere : Confortare, & eſto robuſtus: tu enim introduces populum iſtum.

Ioſue 8. Pergens ad bellum Ioſue contra habitatores Hai, erat in fronte exercitus vallatus auxilio pugnatorum.

Ioſue 10. Captis quinque regibus, dixit Ioſue ad principes, qui ſecum erant : Ite & ponite

nite pedes veſtros ſuper colla regũ iſtorum: nolite timere, nec paueatis.

D xit Caleph ad Ioſue, Octogintaquinque annorum ſum hodie, ſic valens, ſic eo valebam tempore, quando ad explorandum miſſus ſum, illius in me temporis fortitudo perſeuerat. *Ioſue 14.*

Ahod iudex & princeps exercitus Iſrael in fronte gradiens, dixit ad populum: Sequimini me, tradidit dominus inimicos noſtros in manus noſtras. *Iudic. 3.*

Gedeoni dixit Angelus, Dominus tecum virorum fortiſſime, & poſt, Vade & in hac fortitudine tua liberabis Iſrael de manu Mádiam. Cúmque ille ſe humiliter excuſaret, audiuit, Ego ero tecũ, & percuties Madian, quaſi virum vnum. *Iudic. 6.*

Ex præcepto domini dixit Gedeõ exercitui: Qui formidoloſus eſt & timidus, reuertatur. Trecentis enim viris, pulchro ſtratagemate Madianitas vicit. *Iudic. 7.*

Samſon leonem manibus inermis lacerauit. Et poſt hoc, opera fortitudinis multa fecit, vt patet cap. 15.16. *Iudic. 14.*

Audiẽs Saul obſidionem virorum Iabes Galaad, audacter, & efficaciter, & feſtinanter ſuccurrit eis. *1 Reg. 11.*

Dauid in pueritia ſua, fortiter ſuperauit, & interfecit leonem & vrſum, & *1. Reg. 17*

Goliath

Goliath Philiſthæum.

1.Reg.26 Item Dauid venit cum vno milite, ad caſtra Saul, & intrauit tentorium eius, tulit haſtam & ſcutum eius.

2.Reg.2. Pueri 12. ex Isboſeth, & duodecim ex parte Dauid apprehenſo vnuſquiſque capite comparis ſui, defixit gladium in latus contrarij, & ceciderunt ſimul. Vocatumq; eſt nomen loci illius, ager robuſtorum.

2.Reg.23 Deſiderante & petente Dauid de aqua ciſternæ Bethlehem, tres fortes milites Dauid irruperunt caſtra Philiſthinorum, & attulerunt ei de aqua illa.

*4.*Re*.9.* Viriliter egit Iehu percutiens duos reges, & fratres Ochoziæ, & filios Achab. Et Prophetas Baal occidit in multitudine numeroſa.

*4.*Re*.11.* Cum magna ſtrenuitate Ioïada poteſt, eripuit regnum Iuda de manu Athaliæ, & Ioas de genere Dauid paruulũ coronauit.

1.Par.11 Ioab filius Saruiæ, fuit princeps & dux exercitus, quia in primis percuſsit Iebuſæum, qui habitabat in Ieruſalem, & ita ſtatuerat Dauid.

Nehe. 2. Dixit Nehemias optimatibus & magiſtratibus Iud. Surgamus & ædificemus. Et confortatæ ſunt manus eorum in bono.

Nehe.4. Filij tranſmigrationis ædificantes murum in circuitu Ieruſalem, vna manu fa-

ciebant opus, & altera tenebant gladium.

Inimici filiorũ tranſmigrationis terrebant eos variis modis,cogitantes,ꝙ ceſſarent ab opere. Sed dixit Nehemias: Quam ob cauſam cõfortaui magis manus meas. *Nehe.6.*

Audientes filij Iſrael potentiam Holofernis, præparauerunt ſe diligẽter ad reſiſtendũ;præoccupantes vertices montiũ,& muris circũdantes viros ſuos cõgregauerunt frumenta in præparationem pugnæ. *Iudith 4.*

Miram ſtrenuitatem habuit Iudith, eundo ad Holofernem & occidendo eum in tentorio ſuo. *Iudit.10. 12.& 13*

Socij Danielis dixerunt Nabuchodonoſor regi Babylonis: Deus noſter poteſt nos eripere de camino ignis: quod ſi noluerit, notum ſit tibi, ô rex, quòd Deos tuos non colimus. *Dan.3.*

Daniel non omiſit propter edictum regis, quin oraret Deum ſuum. *Dan.6.*

Mirã fortitudinẽ habuerunt Matathias & filij eius, quia ita reſtiterunt Antiocho regi, & præualuerunt toties contra eum. *1.Mac.2.*

Confidenter & ſtrenuiſſimè Iudas Machabæus flumen tranſit ad caſtra hoſtium, qui erant vltra ipſum flumen. *1.Mac.5.*

Eleazar filius Saura, occurrit audacter ad Elephantem, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eum, & cecidit in terram ſuper ipſum, *1.Mac.6.*

ſum,& mortuus eſt illic.

2.*Mac.*6 Eleazarus dixit tortoribus ſuis: Fortiter vitam excedendo, dignus apparebo. Adoleſcentibus autem exemplar forte relinquam, ſi prompto animo ac fortiter pro grauiſsimis ac ſanctiſsimis legibus, honeſta morte perfungar.

2.*Mac.*7. Supramodum mater mirabilis, & horum memoria digna, quæ pereuntes ſeptē fortiſsimos filios ſub vnius diei tempore conſpiciens, bono animo ferebat propter ſpem, quam in Deo habebat, ſingulos eorū hortabatur voce patria fortiter, repleta ſapientia, & fœmineæ cogitationi maſculinum animum inſerens.

2.*Ma.*11 Machabæus,& qui cum eo erant, ibant prompti ad bellum contra Lyſiam, de cœlo habentes adiutorem. Leonum autem in more, impetu irruentes in hoſtes, proſtrauerunt ex eis vndecim millia peditum, & equitum mille ſexcentos. Vniuerſos autem in fugam verterunt.

*Act.*4. Virtute magna reddebāt Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti, & gratia magna erat in omnibus illis.

*Act.*6. Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & ſigna magna in pop. Eius autem fortitudo præcipuè apparuit in eo, quòd Iudæis conſtantiſſimè reſtitit

&

& diram mortem patiẽtiſsimè tolerauit.

Fortitudo, eſt conſiderata periculorum ſuſceptio & laborum perpeſsio. Sed in hoc cõſtat Paulum Apoſt. fortiſsimum militem Chriſti fuiſſe, qui tot, & tanta pericula pro Chriſto ſuſtinuit, & tot, & tales labores ſuſcepit. Sicut patet, ab 11. Act. vſque ad fin. Ipſe etiam hos enumerat 2 ad Cor. 11. *Ci. 2. rhe.*

De confidentia & magnanimitate.

CAP. LXXIX.

MOyſes ſtetit coram Phar. multoties & confidenter arguebat eum. *Exod. 5.*

Confidenter, licet reuerenter, arguit Nathan Propheta Dauid, poſt adulterium & homicidium ab illo commiſſum. *2. Re. 12*

Dixit Elias ad Achab: Non ego turbaui domum Iſrael, ſed tu & domus patris tui, qui dereliquiſti mandata domini, Et poſt hoc fecit Prophetas quadringentos quinquaginta occidi. *3. Re. 18.*

Idem quoq; Achab regi Iſrael, dicenti ſibi: Num inueniſti me inimicum tibi? reſpondit? Inueni, eo quòd venundatus ſis, vt faceres malum in conſpectu domini. *3. Reg. 21*

Itẽ poſtea dixit Ochoziæ regi Iſraël: de lectulo, ſuper quẽ aſcẽdiſti, nõ deſcendes. *4. Reg. 3.*

Eliſeus mira libertate dixit ad Iorã regem Iſr. exercitu circumſtante: Quid mihi & tibi eſt? Vade ad Prophetas patris tui. *4. Reg 3.*

Fuit

2.*Par*.17 Fuit dominus cum Ioſaphat, quia ambulauit in viis Dauid patris ſui. Sequitur: Cúmque aſſumpſiſſet cor eius audaciam, per vias Domini,&c.

2.*Pa*.24 Spiritus domini induit Zachariam filium Ioïadæ, & ſtetit in conſpectu populi dicens: Quare tranſgredimini præceptum domini? Quod vobis non proderit.

2.*Par*.31 Ezechias confortauit bellatores ſuos, dicens: Nolite timere regem Aſſyr. & vniuerſam multitudinem quæ cũ eo eſt. Plures enim nobiſcum ſunt, quàm cum illo.

Neh.2.6. Sauaballat, & cæteri inimici dolentes de ædificatione muri Ieruſalem, miſſi ſunt vt poſſent reſiſtere & terrere Nehemiam variis modis, ſed non poterant propter eius magnanimitatem.

Iudith.10. & 13. Miræ magnanimitatis fuit Iudith, quæ inermis iuit ad tentorium Holofernis, & eum ibi occidit.

Heſter 3. 4. & 5. Mardochæus magnanimiter renuit adorare Aman ſuperbiſsimum, licet ſciret regem hoc præcepiſſe. Idem etiã cum magna ſeueritate & libertate loquebatur reginæ dicens: Ne putes ꝙ animam tuã liberes, quia in domo regis es: ſi enim nunc ſilueris per aliam occaſionem liberabuntur Iudæi, & tu & domus patris tui, &c.

Dan.31. Ananias, & ſocij eius cõfidentes Nabucho

chodonoſor regi dixerunt: Deus noſter quem colimus, poteſt nos eripere, &c.

Similiter Daniel qui de edicto regis Darij non curauit, ſed dominum ſuum more conſueto orauit. *Dan.6.*

Matathias & filij eius magnanimiter rebellarunt & reſtiterunt regi Antiocho. *1.Mac.2.*

Videntes ſocij Iudæ Machabæi exercitum venientem, dixerunt: Quomodo poterimus pauci pugnare ad multitudinem tantam, & tam fortem? & ait Iudas: Facile eſt concludi in manus paucorum. Et non eſt differentia in conſpectu Dei, liberare in multis, aut in paucis, quia nō eſt in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt. *2.Mac.3.*

Signum magnanimitatis dedit Timotheus exercitui ſuo de Iuda Machabæo, ſi tranſirent fluuium ad hoſtes audacter, & ſic fecit Iudas, & magnam habuit victoriā. *1.Mac.5.*

Eleazar filius Saura cucurrit audacter ad Elephantem, vbi credebat eſſe regem, & ſuppoſuit ſe ei, &c. *1.Mac.6.*

Cùm dicerent ſocij Iudæ ad eum, vt liberarent animas ſuas, quia hoſtes erant multi, & ipſi pauci, reſpondit Iudas: Abſit rem iſtam facere, & ſi appropiauit tempus noſtrum, moriamur in virtute, & non inferamus crimen gloriæ noſtræ. *1.Mac.9.*

Eodem. Ionathas animauit ſuos ad pugnam, ex eo quòd bellum ex aduerſo, & aqua Iordanis hinc & inde, ripæ, & paludes, & ſaltus, & non erat locus diuertendi.

1.Ma.11 Cùm eſſet Ionathas in prælio contra alienigenas, reliquerunt eum oẽs ex ſuis exceptis duob. Sed videntes, ꝙ dux fortiter pugnat, reuerſi ſunt fugientes, & ceciderũt de alienigenis tria millia virorum.

2.*Mac.*6. Eleazarus quoque magno animo pro patriis legibus mori ſe obiecit.

2.*Mac.*7 Nec minoris animi fuit mulier illa, quæ cum ſeptem filiis mori maluit, quàm patrias leges præuaricari.

1.*Mac.* 10. Egregius militiæ dux Iudas Machabæus ad eas, quæ amplius vrgebant, pugnas ſe conuertit.

2.*Mac.* 11. Machabæus, & qui cum eo erant, videntes auxiliũ de cœlo ſibi miſsũ cõualuerũt animis, nõ ſolũ hoĩes, ſed & beſtias fortiſſimas, & muros ferreos parati intrare.

*Matt.*27. Crucifixo Domino, Ioſeph ab Arimathia, audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu.

Ioan. 9. Ille cæcus natus, à dño illuminatus, libera voce veritatẽ de domino fatebatur.

Ioan. 11. Dixit Thomas ad diſcipulos: Eamus & & nos, & moriamur cum eo.

*Matt.*26. Petrus qui ad vocẽ vnius ancillæ pauefactus

factus Chriſtũ negauerat, recepto ſpiritu *Act.2.3.*
ſancto fuit tãta virtute indutus, vt coram 4. 5.
pop. Phariſęorum ac magiſtratuum collegio ipſum cum omni fiducia prædicaret.

Magiſtratus & miniſtri arguendo dixerunt Apoſtolis: Præcipiendo præcepimus vobis, ne doceatis in nomine iſto. *Act.5.*
Et ecce repleſtis Ieruſalem doctrina veſtra, & vultis ſuper nos inducere ſanguinem hominis iſtius. Reſpondentes autem Petrus & Apoſtoli, dixerũt: Obedire magis oportet Deo, quàm hominibus.

Stephanus plenus gratia & fortitudine, Chriſtum dominum cum mira libertate prædicabat, & Iudæos increpãs, confundebat dicens inter cætera. Dura ceruice, & incircuncisi corde & auribus, vos ſemper ſpiriti ſancto reſtitiſtis. *Act.6.7*

Paulus Apoſt. præſente Paulo ꝓconſule, Elymam magũ duriſſimè increpauit, & ad tempus lumine oculorum priuauit. *Act. 13.*

Cùm mãdaſſet magiſtratus, vt Paul & Silas liberarentur de carcere, Paulus dixit eis: Cæſos nos publicè, homines Romanos indẽnatos miſerunt in carcerẽ, & nũc occultè nos eiiciunt. Et ſic loquutus eſt quod illi timentes venerunt, & rogauerunt eos, vt egrederentur de illa ciuitate. *Act.16.*

Cõmota & confuſa ciuitate Epheſina, *Act.19*

ciues impetum fecerunt vnanimiter in theatrum raptis comitibus Pauli. Paulus autem voluit intrare in ipſum, ſed non permiſerunt eum diſcipuli.

Act.20. Vale dicens fratribus de Aſia dicebat Paulus: Spiritus ſanctus per omnes ciuitates proteſtatur mihi, quia vincula & tribulationes me manent in Ieruſalem, ſed nihil, inquam, horũ vereor, nec facio animam meam precioſiorem quàm me. &c.

Act.23. 24. & 25 Corã illis iudicibus, quos habuit Paulus, miram magnanimitatem oſtendit, videlicet, coram Anania principe ſacerdotum, Felice, Feſto, à quo manifeſtè grauatus, Cæſarem appellauit.

Act.27. In tot & in tantis periculis conſtitutus Paulus, ſemper fuit intrepidus & ſecurus, & hoc præcipuè apparuit in tempeſtate, quam paſſa eſt nauis ſua.

Aug. lib. 14 decim. Dei. ca.6. De ipſo Paulo dicit Aug. illum opportunum (inquit) & fortiſsimum virũ qui in ſuis infirmitatibus gloriatur, qui & plus omnibus ſuis coapoſtolis laborauit.

Illum, inquã, verum athletã Chriſti doctum ab illo, vinctum de illo, crucifixũ cũ illo, glorioſum in illo, in theatro huius mundi cui ſpectaculũ factus eſt, & Angelis & hominibus, legitimè magno agone certantem, & palmam ſupernæ vocationis

nis in anteriora ſectántem oculo fidei libentiſſimè ſpectantem, ſpectamus gaudere cum gaudentibus, flere cum flẽtibus, foris habentem pugnas, intus timores; cupientem diſſolui & eſſe cum Chriſto, &c.

De patientia & manſuetudine, in iniuriis & tormentis. CAP. LXXX.

MAnſuetè ferebat Iſaac, cum pater ſuus eum immolare vellet. *Gene.22.*

Ioſeph facinus quod in eum commiſerant fratres ſui & patienter tulit, & clementer indulſit. *Gene.37. & 45.*

Speciale mãdatum dedit fratribus ſuis Ioſeph, dicens: Ne iraſcamini in via. *Eodem.*

Citò orauit Moyſes pro Maria, quæ contra eum tam iniquè loquuta fuerat, & per orationem eius ſanata fuit. *Num.12*

Murmurabat populus contra Moyſen & Aaron, dicens: Vos interfeciſtis populũ Dñi, & cùm iratus eſſet Dominus vt percuteret populum, dixit Moyſes ad Aaron: Perge citò ad populum, vt roges pro eis, & ſequitur, quòd plaga ceſſauit. *Num.16.*

Filij Ephraim iurgantes fortiter contra Gedeonem, ſedati fuerunt propter eius manſuetam reſponſionem. Quid enim tale facere potui, quale vos feciſtis? *Iudith.8.*

Noluit ſuſtinere Saul, quòd occiderentur viri, qui detraxerant ei. *1.Reg.11*

1.*Reg.*14. & 26. Potuit Dauid pluries, & noluit occidere Saul ipſum acriter perſequētem, quando abſcidit oram chlamydis eius, quando inuenit eum dormientem.

2.*Reg.*15 & 16. Fugiens Dauid à facie Abſalon, patienter dixit ad Sadoch: Si inuenero gratiam in oculis Domini reducet me. Et ad Semei maledicentem ſibi, &c.

2.*Reg.*19 Miphiboſeth patienter ſuſtinuit iniquã ſententiam contra ſe latam.

3.*Reg.*12 Dixerunt ſeniores, dantes conſilium Roboam: Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, omni tempore ſeruient tibi.

2.*Par.*10 4.*Reg.*6. Homines qui venerunt ad capiendum Eliſeum, non permiſit ipſe illos aliquid mali habere, ſed præcepit eis menſam apponi & refectos abire permiſit.

*Tob.*2.3. Excæcatus Tobias, miram patientiam oſtendit erga diuinum flagellum, irriſionem amicorum & vxoris.

*Tob.*3. Filia Raguelis Sara grauem contumeliam ab ancilla prolatam, patienter tulit nihil reſpondens, ſed ſtatim ad orationem ſe conuertens.

Iob 1.2. Iob fuit patiens perdendo ſua & ſuos & quaſi ſeipſum. Et notandum, quòd ſimul amiſit bona ſua, & liberos ſuos, & ſic vehementior fuit tentationis impetus.

Item

Itē illi qui remanſerunt de amicis ſuis, plus ei deſolationis quàm conſolationis attulerunt. Vt patet in vxore,& in illis amicis,qui fuerunt ei conſolatores oneroſi,

Alacrem patientiam exibuerunt ſocij Danielis, miſſi iuſſu regis, in fornacem ignis ardentis. Et tantum,vel amplius fuit laudatus Deus ex eorum patientia, quàm ex Danielis ſapientia. *Dan.3.*

Cùm plagis torqueretur Eleazarus dixit: Domine tu ſcis, quia cùm à morte poſſem liberari,duros cordis ſuſtineo dolores, ſecundum animam verò, propter timorem tuum,libenter hæc patior. *2.Mac.6.*

Septem illi fratres cum matre ſua alacri animo paſſi ſunt horrenda tormenta. *2.Mac.7.*

Cùm interrogaſſet Petrus Dñm, quoties peccabit in me frater meus dimittam ei,vſque ſepties? Audiuit: Non dico vſque ſepties,ſed vſque ſeptuagies ſepties. *Mat.18.*

Ad remittendum fratribus ex corde, induxit Dominus parabolam ſerui nequam,cui decem millia talenta à Domino liberaliter fuerunt dimiſſa. *Eodem.*

Cùm audiſſet Iacobus & Ioānes, quòd Samaritani non receperunt nuntios Domini,quos præmiſerat,dixerunt: Vis dicamus,vt ignis deſcendat de cœlo,& conſumat illos? Et Dominus increpauit illos, *Luc.9.*

& dixit:Neſcitis cuius ſpiritibus iſtis.

Ioan.8. Mulier in adulterio deprehenſa, & corã Dño accuſata, nihil omnino accuſatoribus reſpondebat, Dñs autem pro ea verbum aſſumpſit, & eam benignè abſoluit.

Luc.4. Cedendum eſt quãdoque furori perſequentiũ: vnde Dominus qui pati & occidi venerat, non vt timidus, ſed vt prouidus, & horam paſſionis competentem expectans, rabiem Iudæorum pluries deuitauit. Luc.4. Ieſus autẽ tranſiens per medium illorum ibat. Et Ioan.8. & 10. cap. Abſcondit ſe & exiuit de templo.

Matt.11. De ſeipſo Dominus, ait: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.

Patientia Chriſti. Dominus noſter patienter tulit iniurias illatas, verbis & factis. Verbis quidem detractoriis, contradictoriis, deriſoriis, & cõtumelioſis, detraxerunt enim ei occultè & manifeſtè. Occultè intra ſe loquendo & ipſum temere & nequiter iudicando. *Luc.7.* Hic ſi eſſet propheta, ſciret qualis hæc *Marc.2.* eſſet mulier. Item, Matth.9. Luc.5. Hic *Matt.12.* blaſphemat. Manifeſte, quando dicebant diſcipulis eius Phariſæi: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bi- *Luc.11.* bit magiſter veſter? Item quãdo eius miracula deprauabant dicentes. In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.

nia. Mat. 12. Luc. 11. Item, Non eſt hic homo à Deo, qui Sabbathum non cuſtodit. & ibidem ſcilicet, Ioan. 7. 9. Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Item dicebant eum habere dæmonium.

Contradictoria verò verba ſuſtinuit, Ioan. 8. Tu de teipſo teſtimonium perhibes. Teſtimonium tuum non eſt verum. & ibidem: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? *Ioan. 7. 8. 9. & 10.*

Et verba deriſoria, cùm dixiſſet: Non eſt mortua puella, ſed dormit, deridebant eum. *Mat. 9.*

Item verba contumelioſa, Nónne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Et Lucæ 5. Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? *Luc. 8. Ioan. 7. 8. Luc. 5.*

Specialiter autem in tempore paſſionis ante crucem, in domo Annæ & Caiphæ coram Pilato, Herode, &c. Ac demũ dum penderet in cruce, huiuſmodi verba multa audiuit contra ſe. *Matt. 26 & 27. Mar. 14. & 15. Lucæ. 22. 23.*

In factis itẽ graues iniurias paſſus fuit. Nam ipſo prædicante repleti ſunt omnes in ſynagoga ira, & eiicientes eũ extra ciuitatem, voluerunt eum præcipitare, de ſupercilio montis. Et iterũ ad lapidandum ipſum, lapides ſuſtulerunt. Luc. 4. Ioan. 8. Item cùm exiret de Ieruſalem, & vellet *Ioan. 8. & 19. Luc. 9.*

tranſire Samariam, Samaritani nuntios quos præmiſit, recipere noluerunt.

Ioan.8. Præterea ipſo prædicante, & Iudæos de
Luc.23. eorũ malitia increpante, illi ad lapidan-
Matt.27. dum eum, lapides ſuſtulerunt. Hoc totum parũ fuit reſpectu eorum, quæ in paſſione ſuſtinuit. Circa quæ notare poteris: quòd ſecũdum ea quæ prædixerat, fuit deluſus & flagellatus, & crucifixus. Deluſus in domo Caiphæ. Viri (inquid textus) qui tenebant eum, illudebant ei dicentes, Aue rex Iudæ, &c. Similia in prætorio Pilati præſidis agebant, Genu flexo illudebant ei, &c. Similiter illuſus fuit in domo Herodis, Spreuit illũ cum exercitu ſuo, & illuſit ei.

Luc.23. Item illuſus fuit Dñs Ieſus in patibulo
Matt.27. crucis pendens, & hic à militibus & ſacerdotibus, & cõmuniter à prætereuntibus, & latronibus. Siquidem de militibus dicitur: Illudebant ei milites accedentes, & acetum offerẽtes. De ſacerdotibus autem, Principes ſacerdotum, cùm Scribis & Senioribus illudebant ei, dicentes: Alios ſaluos fecit ſeipſum non poteſt, &c. Prætereuntes autẽ, blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, &c. Latrones, qui crucifixi erant improperabant ei.

Vlterius nota, ꝙ fuit illuſus nutibus &
Luc.23. ſignis, quando mouebant capita ſua, & flebant

ƈtebant genua. Verbis, quando dicebant ſalutantes, Aue rex Iudæ: Factis quando fuit ſpinis coronatus & arundo loco ſceptri poſita in manu eius, ſputis deturpatus. Nunc veſte purpurea, nunc alba veſtitus.

Saluator noſter in ſua paſſione, mãſuetudinem exhibuit ad proditorem, quem vocauit amicum, ad lictorem, cuius aurem ſanauit. *Eodem.* *Matt.26.*

Ad Annam, ad Caipham, ad Pilatum, coram quibus fuit falſiſſimè accuſatus, & manſuetiſſimè reſpondit, &c. *Ioan.18.* *& 16.*

Item ad crucifixores, pro quibus orauit. Et ad latronem, cui tam benignè reſpondit, &c. *Luc.23.*

De flagellatione penſandum eſt: quia ipſe Dñs primò flagellatus fuit in capite. Percutiebant caput eius arundine. Item in facie. Vnus miniſtrorum aſſiſtens põtifici, dedit ei alapam. Itẽ in collo, colaphis eum cædebant, & in toto corpore: Tradidit illis Pilatus Ieſum flagellis cæſum, vt crucifigeretur. Circa quod notari poteſt ꝙ flagellari ſolẽt in capite inſcij qui erudiuntur. In collo ſerui, qui de domo eiiciuntur. In facie rei, qui nuncupantur. In toto corpore ſcelerati, qui puniuntur. *Luc.22.* *Ioan.19.* *Matt.27* *Ioan.19.*

Item conſiderari debet ab anima fideli quòd ipſe fuit flagellatus, linguis blaſphe-

maų

mantium, improperantium, acclamantiũ. Crucifige eum. Palmis percutientium, vt in Matth. 26. Alij palmis in faciem dederunt in arundine & flagellis. Sicuti viſum eſt in Matthæo & Marco.

Ioan. 18. Ad omnis verò iniuriæ cumulum multum facit, quòd Dominus dominantium, qui ſoluit cõpeditos, & illuminat cæcos, ipſe fuit tanquam latro captus, & ligatus. Miniſtri Iudæorum, ait Ioannes, comprehenderunt Ieſum & ligauerunt eum.

Ioan. 18. *Luc.* 23. *Matt.* 27. Item fuit latroni poſtpoſitus: quia petierunt Iudæi Barrabam ſibi dimitti, & dominum crucifigi, teſtantibus Euangeliſtis. Et tamen ille erat latro, & in ſeditione fecerat homicidium. Vnde ille Barrabas erat homicida, ſeditioſus, latro inſignis, in malitia infamis.

Ioan. 19. Fuit inſuper in medio latronum poſitus, quaſi eſſet magiſter eorum, & ſceleratior omnibus. Vnde Ioan. 19. Medium autem Ieſum, &c.

Præterea penſandum eſt, ꝙ ipſe fuit in omnibus membris corporis afflictus, ſeu ſenſibus. Oculi namque eius videbãt illos tortores ſuos rabidos & crudeles. Itẽ piam matrem ſuã pariter in anima crucifixam, & dilectũ diſcip. & mulieres deuotas compatiẽtes. Aures autem, verba blaſphemiæ,

inſultationis, deriſionis, & improperij audiebant. Nares etiam ratione loci Caluariæ, in quo crucifixus eſt vbi decaluabantur & decapitabantur malefici, poterant fœtore grauari. Guſtus eius fuit afflictus in hoc, quòd fuit potatus vino myrrhato, vel aceto cum felle mixto: quibus datur intelligi, potum fuiſſe amariſſimum.

Senſus autem tactus, per totum corpus diffuſus, vbi dolorem ſenſit in membris videlicet flagellatis, in manibus & pedibus, clauis atrociter perforatis.

Poterit etiam conſiderari, quòd ipſe Dominus Ieſus ſuſtinuit damnum in rebus, quas ſecundũ hominem habuit. Quia fuit veſtimentis nudatus, ab amicis derelictus. Vnde diſcipuli relicto eo, omnes fugerunt, afflictus in toto corpore vt dictum eſt, per acerbiſſimam paſſionem. *Ioan.19.* *Matt.26.* *Marc.14.*

Itẽ paſſus eſt in corde vel in mẽte, quia compatiebatur ibi amicis aſtantibus, & inimicis eum ignoranter crucifigentibus.

Tum etiam paſſus eſt quodam modo, læſus in fama, ſeu opinione, quia dicebant eum populi fuiſſe ſeductorem. Domine, dixerunt ad Pilatum principes ſacerdotũ, Recordati ſumus, quod ſeductor ille, &c.

Aduertendum eſt etiam circa ſalutiferam paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti,

Chriſti, quòd fuit turpis, imò turpiſſima & ignominioſa, ratione loci, quia in Ieruſalem, vbi notus, vocatus & honoratus fuerat, & multa miracula fecerat, &c.

Item ratione temporis, vel diei, quia in die ſolemni Paſchæ, quando conuenerat ad diem feſtum, maxima multitudo hominum, & hora quaſi ſexta, fuit ductus ad crucem, vt ab omnibus poſſet ſciri.

Item & ratione generis ipſius mortis, quia mortẽ crucis, morte debita maledicis, malefactoribus, & iniquis. Tum ratione modi, ad ipſum tormentum eundi. Exiit enim Ieſus baiulans ſibi crucem, quod certè non legitur de aliis duobus nequaquam qui ducebantur cum eo.

Item & ratione conſortij, nã fuit crucifixus in medio duorũ latronũ, quaſi eſſet vnus ex eis, vel maximus, aut magiſter.

Adhuc aggrauatur illius benedictæ paſſionis acerbitas, ex naturali Dñici corporis complexione. Certum eſt enim illud sacrũ corpus fuiſſe cõplectionis optimæ, & mirabiliter delicatæ: vtpote organizatum ſpiritus S. opere, ſine aliquo naturæ vitio vel errore: vnde caro ſua ſancta, nullam habuit rebellionem vel pugnam, contra ſpiritum: Et idcirco ſpiritus merito magis diligebat ipſam, quàm alterius ſpiritus,

vel

vel anima debeat diligere corpus ſuum.

Item & ex diuturnitate, paſſionis acerbitas aggrauatur. Nam multi martyres igne cremati, vel aqua ſubmerſi, aut capite truncati martyrium ſuum celeriter cōpleuerunt Paſſio verò Dominica durauit, quaſi ab inſtanti conceptionis ſuæ, vſque ad horã mortis. Certiſſimè namque præſciuit, quicquid ſua humanitas paſſura fuit: ſpecialiter tamen & continuè durauit, ab illa hora poſt cœnam vſque ad ſextæ feriæ horam nonam.

Item ex qualitate membrorum, in quibus paſſus fuit, videlicet, in pedibus & manibus, quæ ſunt membra neruoſa, & doloris maximè perceptiua.

Signum autem, quòd paſsio Domini acerbiſsima & grauiſſima fuerit, ex hoc præcipuè poteſt haberi, quòd narrante Luca, in oratione poſt cœnam ex vehementi imaginatione futuræ anguſtiæ factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. *Luc.23.*

Eandem verò dominicã paſsionẽ reddit ineſtimabiliter gratioſam, quòt ad illam ſponte ſe obtulit, Surgite, aiebat, Ecce appropinquat qui me tradet. Et apud Ioan. 18. Iuit obuiã miniſtris quærẽtibus Ieſum Nazarenum. Et cùm audiſſent Dñm dicen *Mat.26.*

dicentem Ego ſum, ceciderunt in terram.

Item captus, vinctus, ignominioſè ductus, mendaciter accuſatus, colaphizatus, ſputis illinitus, flagellis cæſus, ſpinis deriſoriè coronatus. Nullum verbum, aut ſignum impatientiæ ſeu turbationis oſtendit. Quinimo multiplex beneficium illis à quibus ita premebatur oſtendit. Nam aurem amputatam ſeruo ſacerdotis ſanauit, multa pia & vtilia verba illis dixit, & pro crucifixoribus ſuis clementer orauit, patrem ſuum dulciter inuocans, & eos benignè excuſans: Pater, inquit, dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt.

Denique hæc omnia paſſus eſt, non propter ſe, ſed propter nos. Nam propter peccata tollenda, quia quæ non habuit, tunc exoluit. Vnde propter neceſsitatem & vtilitatem noſtram, non propter ſuã, animam poſuit pro omnibus amicis ſuis, pro nobis quippe liberãdis voluit comprehendi, pro nobis redimendis voluit vendi, pro nobis honorandis voluit confundi, & in cruce ſuſpendi, vinculatus eſt vt abſolueremur, Flagellatus eſt, ne flagellaremur. Mortuus eſt, ne æternaliter moreremur.

Gala. 2. Hinc Paul. ait: In fide viuo filij Dei qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.

1. Cor. 15 Et alibi, Chriſtus mortuus eſt pro peccatis

catis. Item Petr. ait: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens, &c. Et Eſa. ait: Vulneratus eſt propter ſcelera noſtra, eius liuore, &c. Et apud Io. Animam meam (inquit) pro ouibus meis pono. *1. Petr. 2* *Eſa. 53.* *Ioan. 10.*

De Apoſt. cæſis dicitur, Ibāt gaudentes à conſpectu concilij, quoniā digni habiti ſunt pro nomine Chriſti contumeliā pati. *Act. 5.*

Stephanus ad lapidatores fuit ita patiēs & benignus, ꝙ diligētius pro illis quā pro ſeipſo oraſſe videtur. Nā poſitis genibus clamauit voce magna, dicens: Dñe ne ſtatuas illis hoc peccatū. Orās autē pro ſe, non legitur genua flexiſſe nec clamaſſe. *Act. 7.*

Paulus & Silas poſiti in duro carcere media nocte orabant Dñm & laudabant. *Act. 16.*

De conſtantia & perſeuerantia in propoſitis.

CAP. LXXXI.

NOn eſt reſpiciendum retro poſt egreſſum de ſocietate malorum, ſicut fecit vxor Loth, quæ verſa eſt in ſtatuam. Singulis diebus moleſta erat Ioſeph domina eius. Et tamen ille perſeueranter reſiſtebat operi nephario. *Gene. 19.* *Gene. 39.*

Nunquam potuit Moyſes iraſci, aut vinci, quòd vel in Ægypto immolaturus Domino remaneret: vel paruulos aut iumenta populi dimitteret Pharaoni. *Exo. 8. 9. & 10.*

Durè reprehenſus Dauid à fratre ſuo *1. Reg. 17*

maiore & etiam diſſuaſus à Saule, non deſtitit ab incepto, ſed viriliter pugnauit, & Goliath vicit.

2. Reg. 12. Perſeueranter egit Ioab in obſidione Rabbath, donec capta fuit ciuitas.

2. Reg. 18. Item in prælio contra Abſalon.

2. Reg. 20. Et contra Sebam filium Bochri, in obſidione ciuitatis Abela.

Neh. 4. 6. Quamuis Nehemias in ædificando multa paſſus fuit impedimenta, non tamen ceſſauit ab opere, donec murus fuit totaliter conſtructus.

Tob. 2. Tùm Tobias ſemper ab infantia ſua timuerit Deum: non eſt cõtriſtatus contra Dominum, ꝙ plaga cæcitatis euenerit ei, ſed immobilis in Dei timore permanſit.

Iudith. 4. Eliachim ſacerdos magnus, allocutus eſt omnem Iſrael, dicens: Scitote quoniam exaudiuit Dominus preces noſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiuniis & orationibus in conſpectu Dei, &c.

Heſter. 3. 4. Scire cupiebant famuli regis Aſſueri: vtrũ Mardoch. perſeueraret in ſententia, de non adorando Aman: qui ita conſtãter perſtitit in propoſito, vt non ſolũ adorare noluerit, ſed nec ei aſſurgere tranſeunti.

Dan. 3. Socij Danielis conſtanter dixerunt regi Babylonis: Notum ſit tibi rex, quod deos tuos non colimus, & ſtatuam tuam

non

non adoramus.

Non dimiſit Daniel propter crudele decretum Darij, quin oraret in die, ſicut ante conſueuerat, Dominum ſuum. *Dan. 6.*

Conſtanter reſtitit Suſanna duobus presbyteris ſenibus, qui eam tam vehementi pulſatione tentabant. *Dan. 13.*

Multi de populo Iſra. diffinierunt apud ſe vt nõ manducarẽt immũda, & elegerũt magis mori, quam coinquinari immũdis. *1. Mac. 1.*

Miram conſtantiam & perſeuerantiam habuit Eleazarus in tormentis, & magis elegit grauiſſima morte puniri, quàm contra legem carnes edere porcinas, vel ſimulare ſe comedíſſe. *2. Mac. 6*

Septem illi fratres cum pia matre ſua, bene perſeuerauerũt vſque in finem, nec poterant ad præuaricationem legis adduci blanditiis aut tormentis. *2. Mac. 7.*

Firmiſſimum virginitatis propoſitum habuit beata Maria virgo, quæ noluit conſentire in conceptione filij, donec intellexit, quòd hoc fieret non opere viri, ſed virtute Spiritus ſancti. *Luc. 1.*

Ponit Dominus exemplum de illo homine ab aliis illudendo, qui incepit turrim ædificare, nec potuit conſummare. *Luc. 14.*

Cæcus natus, à Domino illuminatus, conſtanter perſeuerauit contra Phari- *Ioan. 9.*

ſæos veritatem confitens & defendens.

Act. 1. Omnes diſcipuli Domini erant perſeuerãtes in oratione vnanimiter cum mulieribus, & Maria matre Ieſu.

Act. 4. Principes Iudæ videntes Petri conſtantiã, & Ioannis, cõperto quòd homines eſſent ſine literis & idiotæ, admirabantur.

Act. 11. Videns Banabas ꝙ multi Antiocheni erant ad fidẽ conuerſi hortabatur omnes, in propoſito cordis, permanere in Dño.

Act. 13. Paulus & Barnabas ſuaſerunt fratribus, vt permanerent in gratia Dei.

Act. 20. Spiritus S. per omnes ciuitates proteſtatur Paulo, quoniam vincula & tribulationes in Ieruſalem ſuſtinere debeat. Sed nihil horum (inquit) vereor, nec facio animam meam pretioſiorem quàm me.

De bello corporali & victoria, vt plurimum, diuinitus obtenta. CAP. LXXXII.

Geneſ. 14. ABrahã cũ paucis ſociis ſuis debellauit quatuor reges, qui ita potentes erant, quòd terras multas vaſtabãt & tandem quinque reges Pentapolis vicerunt & Sodomã, & Gomorrham ſpoliauerunt. Ipſe vero Abrahã ſpolia omnia recuperauit, & Loth nepotem ſuum liberauit.

Notandum quòd in bello iuſto non tenetur homo inimicis ſuis pugnam prædicere, vel eos præmunire. Imò licet etiam

etiam eis inſidias tendere. Sicut patet per Abraham. Et Ioſue 8. & 10. Idem patet de Gedeone, Iudic. 8.

Contra Amalech filios Iſrael impedire nitentē miſit Moyſes Ioſue ad pugnadum. Ipſe verò in propria perſona non iuit, ſed in oratione permanſit, & plus fecit orando, quàm ille manibus feriendo. *Exod.* 17

Filij Iſrael moti, valde animosè aggreſſi ſunt bellum prohibente Moyſe contra Amalechitas & Chananæos. Illi autem percutientes & concidentes filios Iſrael, percuſſi ſunt vſque Horma. *Num.* 14.

Rex Arad pugnauit contra filios Iſrael, & duxit inde prædam. Illi verò voto ſe Domino poſtea obligantes, vicerunt eum: & vrbes hoſtium ſubuerterunt. *Num.* 21.

Ex præcepto Domini pugnantes filij Iſrael contra Madianitas, tantam victoriam habuerunt, quòd triginta duo millia virginum fuerunt in præda, & tamen de populo Iſrael non fuerunt niſi duodecim millia pugnatorum: de quibus nec vnus quidem in prælio mortuus eſt. *Num.* 31.

Vociferante populo & clangentibus tubis, ſicut præceperat Ioſue, muri Iericho corruerunt, & ſic capta eſt ciuitas. *Ioſue* 6.

Occaſione præuaricationis Acham filij Iſrael fugati fuerūt à viris vrbis Hai. *Ioſue* 7. 8.

Poſt expiationem autẽ peccati, ad præceptum Dñi, capta fuit ciuitas & ſubuerſa.

Ioſue. 10. Cùm pugnaret Ioſue contra quinq; reges qui venerãt ad deſtruendum Gabaonitas, miſit Dominus ſuper illos lapides magnos de cœlo, & multo plures lapidibus mortui ſunt grandinis, quàm quos gladio percuſſerũt filij Iſrael. Tunc ad vocẽ Ioſue, ſtetit ſol per ſpacium vnius diei, vt poſſet delere funditus inimicos ſuos.

Eodem. Notabile eſt autem, quod licet in acquiſitione terræ promiſſionis, dicatur quòd Ioſue omnẽ terram percuſſerit cum regibus ſuis, & quod præter Gabaon, omnes debellãdo ceperit. Tamen legitur ibi: Dñs autẽ Iſrael pugnauit pro eo. Vnde quamuis filij Iſrael manibus fortiter pugnarent, tamen Deo attribuebatur victoria.

Iudic. 1. Poſt mortem Ioſue filij Iſrael non leguntur iuiſſe ad prælium, niſi prius conſulto Domino, & ſic iuerunt. Et tradidit Dominus Chananæum & Pherezæum in manus eorum.

Iudic. 3. Multas gentes dimiſit Dñs inter filios Iſrael, vt erudiret in eis Iſraelem, & omnes qui non nouerant bella Chananæorũ & diſcerent filij eorum certare cum hoſtibus, & habere conſuetudinem præliandi.

Eadem. Suſcitauit Dñs Iſraeli Saluatorẽ nomine

ne Ahod, qui percuſsit Eglon regẽ Moab, deſcenderuntque cũ eo filij Iſrael ipſo in fronte gradiente, qui dixit ad eos: Sequimini me, tradidit enim Dominus inimicos noſtros in manus noſtras. Et percuſſerunt de Moabitis circiter decem millia.

Dixit Debora ad Barach: Surge, hæc eſt dies in qua tradit Dominus Siſarã in manus tuas, perterruitq; Dominus Siſaram & oẽs currus eius, ita vt omnis hoſtiũ multitudo vſque ad internecionem caderet. *Iudic.4.*

In trecentis viris, qui manu ad os proiicientes aquas biberunt liberauit Dñs Iſra. de manu Madiã & Amalech, qui erant in maxima multitudine tempore Gedeonis. *Iudic.7.*

Abimelech filius Ierobaal ex concubina, interfecit ſeptuaginta fratres ſuper vnum lapidem vt ſolus poſſet dominari. Poſtea quædam mulier cerebrum eius fregit fragmen molę iaciens ſuper ipſum, dum obſideret turrim Sychem, reddidit illi Dominus malum, &c. *Iudic.9.*

Tranſiuit Iephthe ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos, quos tradidit Dominus, percuſsitque viginti ciuitates filiorum Ammon plaga magna nimis. *Iudic.11.*

Ex magna fortitudine, quam dedit Dominus Samſoni, multas victorias obtinuit de Philiſtæis, qui tunc graui ſer- *Iudic.15. & 16.*

uitate opprimebant filios Iſrael.

Iudic.18. Sexcenti viri de tribu Dan, venerunt à Lays ad populũ quieſcentem ſecurum, & percuſſerũt eos in ore gladij: vrbémque incendio tradiderũt nullo penitus ferente præſidium eo quòd procul eſſent à Sydone, & cum nullo hominum haberent quicquam ſocietatis aut commercij.

Iudic.20. Licet filij Iſrael iuſtè mouerentur contra filios Benjamin, & eſſent plures ſeptuplum quàm illi, tamen ipſi fortitudine & numero confidentes, bis fuerunt debellati. Poſtea verò corã Domino flentibus & ieiunantibus, dixit eis Dominus: Cras tradam eos in manus veſtras, & tunc plenam victoriam habuerunt de ipſis.

1. Reg.4. Tempore Heli ſacerdotis, filij Iſrael debellati fuerunt à Philiſthæis: & poſtea quaſi tentantes Deum: tulerunt arcam Domini ſecũ, ſperantes per eam præſumptuosè victoriam habituros. Philiſtæi verò confortantes ſe mutuo, iterum vicerũt eos, & arcam Domini ceperunt in prælio.

1. Reg.7. Clamante ad Dñm Samuele pro filiis Iſrael, & ſacrificiũ pro eis offerente intonuit Dñs fragore magno ſuper Philiſtiim, & cæſi ſunt ab inuicẽ inter ſeipſos fugati.

1. Re.11. Cùm obſeſſi eſſent viri Iabes Galaad, à Nahas rege Ammonitarum, cito ſuccurrit

rit eis Saul. Nam cum multitudine bellatorũ ingreſſus eſt caſtra, in vigilia matutina, & ſic diſperſi ſunt inimici, ita vt non relinquerentur in eis duo pariter.

Videns Ionathas, filius Saul, ſtationem Philiſtin, dixit ad armigerũ ſuum: Non eſt à Dño difficile ſaluare in multis vel paucis. Et accidit quaſi miraculum à Deo. Fuit enim multitudo per eos proſtrata & huc illúcque diffugiens, vbique diſperſa. 1. *Reg.* 14

Ad mandatum Samuelis percuſſit Saul Amalech. Et apprehẽdit Agag regẽ Amalech viuũ. Omne autem vulgus interfecit. 1. *Reg.* 15

Mirabile duellum fuit inter Dauid & Goliath Gethæum gigantem. Dauid enim erat puer ineptus & ſine militaribus armis: ſed confidens in Domino, præualuit aduerſus gigantem armatum, fortem, & expertum. Et hoc in funda & lapide, in nomine Domini. 1. *Re.* 17.

Audiens Dauid, ꝙ Amalechitæ ſuccenderunt Siceleg & captiuas duxerunt mulieres, conſuluit Dñm vtrum deberet perſequi latrunculos illos. Dixítque ei Dñs: Perſequere, & cũ quadringentis viris debellauit eos, & prædam integram reduxit. 1. *Re.* 30.

Poſt multas perſecutiones iniquas, quas Saul commouit in Dauid, Philiſtæi pugnauerunt aduerſus eum, totumque 1. *Reg.* 31

pondus prælij verſum eſt in Saul, ipſe verò accipiens gladium, ex deſperatione irruit in eum. Mortuus eſt ergo Saul,& filij eius, & vniuerſi viri eius.

2.Reg.2. Crudele bellũ fuit inter duodecim pueros Dauid, & duodecim ex parte Isboſeth filij Saul, quando mutuo ſe occiderũt.

2.Reg.5. & 6. Audierũt Philiſtæi, quod Dauid vnctus eſſet in regem ſuper Iſrael,& aſcenderunt vniuerſi, vt quærerent eum: qui conſuluit Dñm, & percuſſit eos. Alia vice accidit ei ſimile, poſtea percuſſit iterum Philiſtæos, & tulit frenum tributi de manu eorum. Item percuſſit Moab, & factus eſt ei ſeruiens ſub tributo. Item percuſſit regem Soba. At Syria vigintiduo millia virorum. Seruauítque Deus Dauid in omnibus, ad quæcũnque profectus eſt.

2.Reg.10 Videns Iacob, quod præparatũ eſſet aduerſum ſe prælium,& ex aduerſo, & poſt tergũ, dixit Abiſai fratri ſuo: Si præualuerint aduerſum me Syri, eris mihi adiutor. Si autem filij Ammon præualuerint aduerſum te, auxiliabor tibi. Eſto vir fortis, & pugnemus pro populo noſtro, & ciuitate Dei noſtri. Dñs autem faciet quod bonum eſt in conſpectu ſuo, &c. Inito prælio fugerunt omnes aduerſarij.

2.Reg.18 Bellum inhoneſtum habuerat Abſalon, contra

contra patrem ſuum Dauid, & malè ſucceſsit ei, & populo qui eidem adhæſit, vt ſcias populum non poſſe proficere, qui malo principi iniuſtè conſentit.

Benadad Rex Syriæ cũ regib. obſidebat Samariã, & victus fuit & fugatus ad præceptũ domini pugnantibus contra eorum exercitũ tantũ pueris principũ prouinciarũ, qui erant 232. quos ſequebãtur 7. millia filiorũ Iſrael. Sequenti anno venit iterum Benadad cũ maximo exercitu, & ceciderunt centum millia peditũ de Syris in die vna, pro eo quòd dixerant: Deus eſt montiũ dominus, & non eſt Deus vallium. 3. *Re.* 20

Cũ eſſent congregati Rex Iuda & Rex Iſrael & Rex Edom, vt pugnarent contra Moab, & magnum paterentur aquæ defectum, dixit Eliſeus Propheta: Alueus iſte replebitur aquis, inſuper tradet dominus Moab in manus veſtras. Et ita fuit. 4. *Reg.* 3.

Samaria tandiu obſeſſa fuit à rege Syriæ, quod vẽdebatur caput aſini 80. argẽteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbini quinque argenteis: ſed iuxta verbum Eliſei Syri fugerunt audito ſonitu exercitus plurimi. Et facta eſt rerũ abundantia. 4 *Reg.* 6. & 7.

Amaſias Rex Iuda, obtenta victoria de Edom miſit ad regẽ Iſrael prouocans eũ ad prælium: ſed fuit ab illo captus, & ma- 4. *Re.* 14.

gna

gna pars murorum ciuitatis Ieruſ.deſtructa fuit occaſione elationis ipſius. Amaſię.

Eodem. Licet Ieroboam filius Ioas rex Iſrael eſſet malus & populus eius, tamen Dominus per manum illius ſaluauit eos, & multa bona fecit eis.

4.Reg.19 Bene & mirabiliter pugnauit Dñs pro Ezechia rege Iuda, aduerſus Sennacherib regem Aſſyriæ, quando Angelus Dñi vna nocte percuſſit de exercitu Sennacherib centum octogintaquinque millia. Et ipſe poſt à filiis ſuis occiſus fuit.

2.Pa.13. Abia rex Iuda cum exercitu ſuo, videns ꝙ inſtaret bellum ex aduerſo, & poſt tergum, clamauit ad Dñm. Et ſacerdotes canere tubis cœperunt, & perterruit Dñs Ieroboam. & omnem Iſrael. Et ceciderunt vulnerati ex Iſrael quingenta millia virorum fortium. Humiliatiq; ſunt filij Iſrael vehementiſſime, & confortati filij Iuda, eo quòd ſperaſſent in domino.

2.Par.14 Egreſſus eſt contra Aſa regem Iuda Zara Æthiops cum exercitu ſuo decies centenis millibus: & inuocauit Aſa Dñm dicens: Domine non eſt apud te vlla diſtantia vtrum in paucis auxilieris, aut in multis, &c. Sequitur: Terruit itaque Dñs Æthiopes, & ruerunt vſque ad internecionem, quia Domino cædente contriti ſunt.

Cong re

Congregati ſunt filij Moab & Ammon, vt pugnarẽt cõtra Ioſaphat. At ille contulit ſe totum ad rogãdum dñm. Cúmq; cœpiſſent cãtores domini laudes canere, vertit dominus inſidias, aduerſariorum in ſeipſos, & mutuis vulneribus ceciderunt. *2. Pa. 20.*

Phacee filius Romeliæ Rex Iſrael occidit de Iuda 120. millia in vna die oẽs viros bellatores, eo q reliquiſſent dominũ. *2. Pa. 26.*

Victoriam, quam dedit dominus populo Iſrael, per manum Iudith famoſa eſt. Vt in libro Iudith, quaſi per totum. Vnde ipſa dixit, occiſo Holoferne, Dominus omnipotens nocuit eum, & tradidit in manu fœminæ, & confudit eum. *Iudic. 16.*

Videns Iudas Machabæus exercitum Seronis magnum, ſociis timentibus ait: Facilè eſt concludi multos in manu paucorum, & non eſt differentia in conſpectu Dei cœli liberare in multis, vel in paucis, &c. Et contritus eſt Seron & exercitus. *1. Mac. 3*

Idẽ Machabæus cum 3. millibus virorũ qui tegumenta & gladios non habebant, debellauit Gorgiã cum magno exercitu. *1. Mac. 4.*

De Iuda Machab. ſatis notabile eſt, quòd cùm toties pugnauerit, & tot probitates fecerit quandocunque pugnaturus orauit, & diuinum auxilium inuocauit ſemper vicit. In duobus autem præcipuis bellis *1. Mac. 6. & 9.*

oraſſe,

oraſſe nō legitur. Vnū fuit contra Antiochū Eupatorē: ſecundū contra Bacchidem & Alcimū, & tunc ipſe in prælio cecidit.

1.*Mac*.9. Venit Bacchides in virtute multa vt pugnaret contra Ionathan, & dixit Ionathas ad ſuos: Pugnemus & clamemus in cœlum vt liberemur de manibus inimicorum noſtrorum, quod & factum eſt.

De impatientia & murmure.

CAP. LXXXIII.

Gen.16. AGar ancilla Saræ non ferens correptionem dominæ ſuæ, quę affligebat eam propter ipſius ſuperbiam, fugam iniuit, ſed ad mandatum Angeli rediit.

Exod. 5. Præpoſiti filiorum Iſrael dixerūt Moyſi & Aaron: Videat dominus & iudicet, quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone, &c.

Exod.14 Videntes Ægyptios filij Iſrael dixerunt ad Moyſen: Forſitan non erant ſepulchra in Ægypto, ideo tuliſtis nos, vt moreremur in ſolitudine.

Exod.15 Prima murmuratio filiorum Iſrael in deſerto, fuit pro defectu potus. Murmurauit populus contra Moyſen, dicens: Quid bibemus? &c.

Exod.16. & 17. Deinde pro cibo murmurauit omnis congregatio filiorum Iſrael, dicens: Cur induxiſtis nos in deſertum, vt occideretis

omnem

omnem multitudinē fame? Iterum murmurauit poſtquàm miſerat dominus coturnices & manna, præ ſitis anguſtia.

Videns populus quòd moram faceret deſcendendi de monte Moyſes congregatos aduerſus Aaron, ait: Surge, & fac nobis Deos, qui nos præcedant. *Exod.* 3.

Ortum eſt murmur populi, quaſi dolentium præ labore contra dominum, & accenſus eſt in eos ignis domini, & deuorauit extremam caſtrorum partem. Et nota peruerſitatem illorum dicentium: Recordamur piſcium, quos comedebamus in Ægypto gratis, cùm ita carè emerent. *Num.* 11.

Cùm patiebatur pop. famem in deſerto, eum murmure & impatientia recordabatur carnium, quas comederat in Ægypto. Sed de duriſsima ſeruitute qua opprimebatur, non faciebat aliquam mentionem. *Eodem.*

Poſt terribilem mortem Choro, & complicum ſuorum multitudo murmurauit contra Moyſen & Aaron, dicens: Vos interfeciſtis populum domini. *Num.* 16

Rurſus propter defectū potus & fructuū murmurauerunt & iurgati ſunt filij Iſrael. contra Moyſen ad aquas contradictionis. *Num.* 20.

Videns Achitophel quòd non fuiſſet factum iuxta conſilium ſuum, in tantum, & patiens fuit, quod receſsit ab Abſalone, & abiens *2.Re.*17.

abiens in domum ſuam ſuſpendio interit.

2.Re.19. & 20. Quia durius loquuti ſunt filij Iuda cũ aliis 10.tribubus,ſeparatus eſt Iſrael à Dauid,& ſecutus eſt Sebam filium Bochri.

Tob.2. Cùm dixiſſet Tobias de hœdo, quem balantem audiuit: Videte ne furtiuus ſit: vxor eius impatienter reſpondit.

Tob.3. Sara filia Raguelis vnã de ancillis ſuis pro culpa increpat, & illa nimis iniuriosè reſpondit, dicens: Amplius ex te non videamus filium aut filiam ſuper terram interfectrix virorum tuorum.

Iudith 5. Nunciatum eſt Holoferni, quòd filij Iſr.præparaſſent ſe ad reſiſtendũ: & furore nimio exarſit in iracundiam magnam.

Eodem. Item cum ceſſaſſet loqui Achior, indignatus eſt Holofernes vehementer.

Heſter. 3. Pro eo, quòd Mardochæus noluit adorare Aman, ita ille indignatus & impatiẽs fuit quod viſus eſt procurare mortem eius,& omnium Iudæorum.

Iob.2.3. Videns Elihu filius Barachel, quòd amici Iob diſputantes cum eo, non poterant eum conuincere, oſtendit multa ſigna impatientiæ verbis ſuis.

Dan.3. Audiens Nabuchodonoſor,quòd ſocij Danielis auream ſtatuam quam fecerat, adorare nolebant, in ira & furore eos coram ſe adduci præcepit.

Audiens

Audiens Herodes natum eſſe regem Iudæorum, turbatus eſt & omnis Ieroſolyma cum illo. *Marc. 2.*

Diſcumbente dño in domo Matthæi, murmurabant Scribę & Phariſæi dicentes ad diſcipulos eius: Quare cum peccatoribus & publicanis manducatis? *Luc. 5.* *Matt. 9.* *Marc. 2.*

Similiter habetur, Erant appropinquantes ad Ieſum publicani & peccatores. *Luc. 15.*

Itẽ de Zachæo murmurabant dicentes: Quia ad hominẽ peccatorem diuertiſſet. *Luc. 19.*

Frater filij prodigi, audiens feſtũ quod faciebat pater adoleſcentiori filio reuertenti, indignatus eſt, & nolebat introire. *Luc. 15.*

Videntes principes ſacerdotũ & Scribæ miracula quæ dominus faciebat, & pueros clamantes: Oſanna filio Dauid, indignati ſunt, &c. *Matt. 21.*

Phariſæi videntes ſe per illum cæcum natum à domino illuminatum verbis efficacibus confutari, maledixerunt ei & dixerunt: Tu diſcipulus eius ſis, &, In peccatis natus es totus, & doces nos? *Ioan. 9.*

Factum eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos, eo quòd deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum, &c. *Act. 6.*

De puſillanimitate. CAP. LXXXIIII.

CVm dixiſſet Angel' ad Loth: In mõte ſaluum te fac: Reſpondit: Nõ poſ- *Gen. 19.*

ſum in monte ſaluari, ne fortè apprehendat me malum. Et tunc peius ei accidit.

Exod. 14 Videntes filij Iſrael Ægyptios poſt ſe, timuerunt valde, licet vidiſſent tot miracula facta pro eis poteſtate diuina.

Exod. 20 Loquente domino Moyſi in monte, populus audiebat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ, montémque fumigantem, & perterriti, ac pauore percuſſi ſteterunt procul dicentes Moyſi: Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dominus ne fortè moriamur.

Num. 13. 14. Reuelatione facta de conditionibus terræ promiſſionis, quæ habebat cultores fortiſſimos & vrbes grandes atque muratas, dixit turba: Vtinam mortui eſſemus in Ægypto, & dixerunt: Nuntij terruerũt nos. Sicut dicit Deuter.

Num. 22 Vidẽs Balaac Rex Moab omnia quæ fecerunt filij Iſrael Amorrhæis, & ꝙ timuiſſet pop. eius, plus confiſus eſt in verbis, quã in armis, vnde nuntios miſit ad Balaã, vt veniret & malediceret filiis Iſrael.

Ioſue. 7. Exploratoribus, qui venerant ex parte Ioſue, dixit Raab: Noui quòd tradiderit dominus terram vobis, & iam irruit in nos terror veſter, elanguerunt omnes habitatores terræ.

Ioſue. 7. Poſtquã Acham tulerat de anathemate Ieri

te Iericho fugauerunt filij Hai filios Iſr. & corruerunt ex eis 36. hoĩes, pertimuitq́ue cor populi, & inſtar aquæ liquefactum eſt. Ioſue verò ſcidit veſtimenta.

Gabaonitæ audientes cuncta, quæ fecerat Ioſue Iericho & Hai, timuerunt, & venientes ad Ioſue fecerunt pactum ad voluntatem ipſius. *Ioſue 9.*

Cùm haberet Gedeon in exercitu ſuo triginta duo millia hominum, clamatum fuit: Qui formidoloſus eſt reuertatur. Et reuerſa ſunt ex populo viginti duo millia hominum. *Iudic. 7.*

Saul & omnes Iſraelitæ audientes ſermones Goliath Philiſtæi, ſingulare certamen petentis, ſtupebant nimis. *1. Reg. 17.*

Congregauit Saul vniuerſum Iſr. & venit in Gelboë, & vidit Saul caſtra Philiſtiim, & timuit, & expauit cor eius nimis. *1. Re. 28.*

Roboam rudis & corde pauido, non potuit reſiſtere exercitui quem Ieroboam congregauit contra eum. *2. Reg. 13.*

Cùm audiſſet exercitus Aſſyriorum Holofernem eſſe decollatum, fugit mens & cõſilium ab eis, & ſolo tremore & metu agitati, fugæ præſidium ſumunt. *Iudic. 15.*

Nuntiatũ eſt domini Dauid, quod Rex Iſrael, & Rex Syrię confederati deberent contra Ieruſalem præliari: & commotum *Eſa. 7.*

eſt cor eius & cor populi eius, ſicut commouentur ligna ſyluarum à facie venti.

Eſa. 24. Onus Tyri deſcribens Eſaias, dicebat, Formido & fouea, & laqueus ſuper te, qui habitatores terræ.

Ier. 38. Propheta Ieremia ex parte domini Prophetante Ieruſalem capiendam eſſe dixerũt principes populi Sedechiæ, Rogamus vt occidatur homo iſte, Qui tanquã pauidus & miſer reſpõdit eis: Ecce ipſe in manibus veſtris eſt: Neque enim fas eſt regem vobis quicquam negare.

Dan. 6. Darius Rex Perſarum, ſtatuit de conſilio Satraparum quod iam crudele decretum, quod cum trangreſſus eſſet Daniel, miſſus eſt in lacum leonum, & tamen diſplicuit regi, ſed illis Satrapis viriliter contradicere non audebat.

2.*Mac.*8. Videns Iudas Machabæus quòd refluxerat exercitus ſuus, & bellum perurgebat eum, confractus eſt corde, & in bello illo cecidit. Nec legitur idem Iudas aliàs in bellis vel alibi timuiſſe.

1.*Ma.*14 Nicanor contraxit amicitias cum Iuda Macha. quod diſplicuit Antiocho regi, & mãdauit Nicanori, vt hinc mitteret ei Iudã qui hoc inuitè faciebat. Sed tñ volũtati regis reſiſtere non audebat. Vnde ſi potuiſſet, malã voluntatem regis impleſſet.

Arguit

Arguit Dominus puſillanimitatem diſcipulorum, quia commotionem maris ipſo præſente timebant, vnde ait: Quia timidi eſtis, modicæ fidei? *Matt. 8.*

Ambulans ſupra mare Petrus veniebat ad Dñm. Vidẽs autẽ ventũ validũ timuit. *Matt. 14*

Videntes diſcipuli capi Dominum & ligari, relicto eo fugerunt omnes. Petrus autem ſequebatur eum à longe, quia appropinquare non audebat. *Matt. 26*

Puſillanimis Petrus fuit nimis, quando ad vocem vnius ancillæ, Dominum poſt tantæ audaciæ verba negauit. *Eodem.*

Similiter adoleſcens ille amictus ſindone cùm teneretur à miniſtris, maluit amittere ſindonem & nudus aufugere, quàm ibi amplius remanere. *Marc. 14*

Puſillanimitas videtur fuiſſe in Nicodemo, quòd ipſe venit ad Ieſum nocte, quaſi non venire auderet de Die. *Ioan. 3.*

Parentes illius cæci nati à Domino illuminati reſponderunt timidè Phariſæis, eo quòd timebant extra ſynagogam fieri. *Ioan. 9.*

De fortitudine ad faciendum malum.

CAP. LXXXV.

CAin fuit fortior quàm Abel, quando ſurrexit aduerſus eum, & interfecit eum. *Geneſ. 4.*

Multum laborauerunt illi quatuor re- *Gen. 14.*

ges, qui poſt magnam ſtragem hominum debellauerunt regem Sodomorum cum cæteris, & Loth nepotem Abrahæ captiuum duxerunt.

Iudic.9. Abimelech filius Ierobaal Fatigationẽ magnam ſuſtinuit occidendo 70. fratres ſuos, & poſtea Sychimitas oppugnãdo & deinde ſatis citò miſerabiliter occiſus.

1.*Reg.*18 19.&20 Multis & magnis periculis & laboribus Saul ſe expoſuit ad perſequendum Dauid & nunquam propoſitum potuit obtinere.

2.Reg.15 & 18. Abſalon volens expellere patrem ſuum de regno, grande negotium arripuit, & peſſime ei ſucceſſit.

3.*Reg.*12 Excogitando & bellando multùm laborabat Ieroboam ad hoc quòd populum Iſrael poſſet à domo Dauid auertere, & auerſum retinere.

Iudith. per totũ. Terras multas perambulauit Holofernes & deuaſtauit, vt eas poſſet Domini ſui imperio ſubiugare. Sed tandem vna mulier decapitauit eum, etiam antequàm propoſitum compleuiſſet.

2.*Mac.*9 Antiochus Epiphanes multos labores ſuſtinuit, vt cultum Dei deſtrueret in Iudæa & tandem depauperatus & confuſus in aliena terra miſerabili morte defunctus eſt.

*Luc.*1. *[illegible]*2. Non ſolùm prudẽtiores, ſed etiã potentiores

tiores ſunt filij huius ſeculi, filiis lucis in generatione ſua frequenter. Nam diſcipulis dormientibus, Iudas procurando proditionem diu ſolicitus vigilabat.

Principes ſacerdotũ multa ſolicitudine & labore fatigati fuerunt ad hoc quòd poſſent extinguere, & ad nihilũ redigere nomen Chriſti: corruperunt enim cuſtodes Dominici ſepulchri per copioſam pecuniam, quam dederunt vt dicerent eum per eius diſcipulos fuiſſe furatum. *Matt.28.*

Item & diſcipulos eius nunc carceribus monuerunt, nunc ſermonibus arctauerunt, nunc verberibus & contumeliis affecerunt, vt non loquerentur, nec docerent in nomine Domini Ieſu. *Act.34.*

Cùm tribunus Lyſias vinctum detineret Paulum, fuerunt amplius, quàm 40. Iudæi, qui vouerunt ſe non guſtaturos quicquam donec occiderent Paulum. vnde volebant, vt produceretur in medium, vt eo viſo ſtatim impetu occiderent. *Act.23.*

De homicidio. CAP. LXXXVI.

GRauiter Deus homicidium commiſſum à Cain puniuit, & tamen nondum erat prohibitum aliqua lege ſcripta. *Gen.4.*

Occidit Cain Abel fratrẽ ſuũ. Moyſes, Ægyptium. Dauid, Goliath. Ioab, Abner & Amaſam, Salomon Adoniam, Ioab, &c. *Exod.2.* *1.Reg.17.* *& 2c.*

2. *Reg.* 3. Semei. Herodes, Ioannem Baptiſtam. Pe-
3. *Reg.* 2. trus, Ananiam & Sapphiram. Sed cõſidera
Matt. 6. varias intentiones & cauſas. Voluit Do-
Act. 5. minus vt homo vehementer abhorreret
homicidium: Vnde & ſanguinem cũ car-
ne comedi prohibuit. Geneſ. 19.

Gene. 27. Homicida deberet reputari quaſi occi-
ſus, vñ dixit Rebecca. Cur vtroque orba-
bor filio in ira Dei? Quia ſi occidiſſet Eſau
Iacob, vtrũque perdidiſſe filiũ reputabat.

Iudic. 8. Si Zebee & Salmana fratres Gedeonẽ
occidiſſent, nequaquam poſt ab eodem
occiſi eſſent.

Iudic. 9. Abimelech filius Ierobaal occidit ſe-
ptuaginta fratres ſuos, vt ſolus poſſet re-
gnare. Sed ipſe ibi modico tempore do-
minatus fuit, multa mala ſuſtinuit, & ma-
lè vitam finiuit.

1. *Reg.* 22. Quia ſacerdos Abimelech cõfortauit
Dauid, fugientem Saul, ipſius Dauid per-
ſecutor Saul, occidit eum cum aliis ſacer-
dotibus, mulieribus, & paruulis.

1. *Reg.* 1. Occidi fecit Dauid adoleſcentem, qui
dixit ſe Saul occidiſſe.

2. *Reg.* 11. Item fecit occidi Vriã per manũ Ioab.

2. *Reg.* 13. Abſalon inuitatum ad conuiuium fra-
trem ſuum Amnon ibidem occidit.

3. *Reg.* 7. Tantus eſt horror effundendi huma-
3. *Reg.* 5. 7. num ſanguinem, quòd licet aliàs Dauid
eſſet

eſſet optimus, tamen noluit Dominus, vt ædificaret ei templum, ſed Salomon filius. Vnde dixit ei Dominus: Non ædificabis domum nomini meo, eo quòd ſis vir bellator & ſanguinem fudiſti. *2. Par. 28*

Quamuis Ioab fuerit miles probus in armis, & domino ſuo valde fidelis: quia tamen occidit duos viros proditoriè, omnes eius gratiæ, quaſi pro nihilo computatæ fuerunt. Vnde fecit eum occidi Salomon, licet teneret cornua altaris. *3. Reg. 2.*

Procurante impia Ieſabel, Naboth fuit crudeliter lapidatus: cuius vindictam fecit Dominus. *3. Reg. 21.*

Nam ex præcepto Domini Iehu interfecit Achab & Iezabel homicidas, quorum ſanguinem linxerunt canes. *4. Reg. 9.*

Rex Iuda Ioas iuſſit Zachariam filium Ioiadæ ſacerdotis à populo lapidari, cùm tamen pater illius reſtituiſſet illi regnum & Athaliam occidiſſet. Sed vltio paulò poſt ſecuta eſt. *1. Par. 24*

Duo ſenes presbyteri, qui mortem Suſannæ nequiſſimè cogitabant, conuicti per Danielem, à populo ſunt occiſi. *Dan. 8.*

Occidit Tryphon Ionatham & duos filios eius: cùm tamen recepiſſet à Simone 100. talenta argenti pro liberatione Ionathæ, & duos eius filios pro obſidibus. *1. Mac. 13*

1.*Mac*.17 Ptolomæus filius Abobi fecit cõuiuiũ ſummo ſacerdoti & duobus filiis eius, & cũ inebriati eſſent proditoriè occidit eos.

De ſtragibus hominum diuerſis.

CAP. LXXXVII.

Gen.7. TErribilis hominum & aliorum animalium ſtrages fuit quando tempore Noë, omnes homines, præter octo, diluuio perierunt.

Geneſ.14. Illi quatuor reges qui debellauerunt quinque reges, magnã cędẽ hominũ fecerũt, veniendo vſq; illuc, & pugnãdo cõtra illos, licet eorũ numerus non ſit ſcriptus.

Exod.per totum. Quot homines diuerſis plagis perierint in Ægypto, & ſubmerſi ſunt in mari rubro, numerus per ſcripturam non poteſt ſciri, ſed debet maximus reputari.

Num.12. & 14. De ſexcentis tribus millibus hominum bellatorum, & quingentis quinquaginta à viginti annis & ſupra qui numerati ſunt, nullus intrauit promiſſionis terram, exceptis Caleb, & Ioſue: ſed omnes interierunt variis calamitatibus in deſerto.

Num.31. Maximam cædem fecerunt filij Iſrael præcepto Moyſi de Madianitis, quòd per prædam, quam rapuerunt poteſt deprehendi, quia triginta duo millia virginum ſunt inuenta. Omnes autẽ mulieres corruptæ, & maſculi fuerunt iugulati.

Tem

Tēpore Ioſue in ingreſſu terræ promiſ- *Ioſ.6.7.8*
miſſionis, tā in ciuitatibus, quàm in campis, fuit apud omnes homines infinitus numerus occiſorum.

Temporibus autē Deboræ, & Gedeo- *Iudith.4.*
nis, & Iephthe iudicium Iſrael, multi fue- *7.11.&*
runt occiſi, quamuis certus numerus non *12.*
poſsit haberi.

Occaſione vxoris Leuitæ, fuerūt occiſa *Iudic.20.*
pluſquàm ſexaginta quinque millia hominum bellatorū, præter mulieres & paruulos, qui oēs in tribu Benjamin perierunt.

In diebus Heli quando fuit capta arca *1.Reg.4.*
Domini, ceciderūt de Iſrael triginta millia peditum pugnatorum.

Saul qui Amalech deleuit, plurimos *1.Reg.14*
ibi occidit: & poſtea interfecto Goliath Philiſthæo multi Philiſtæi fuerunt occiſi.

In morte Saul & filiorum eius, multi *1.Reg.17.*
de Iſrael ceciderunt.

Dauid de ſuis & de filiis Ammon, & de *1.Reg.31*
Philiſtæis multum ſanguinem fudit.

Sicut patet in diuerſis locis, &c. *2.Reg.24*

Pro peccato electionis Dauid, in nume *2.Reg.per*
ratione populi, ceciderunt ſeptuaginta *totum.*
milla virorum.

Congregatis 32 regibus, & nimia mul- *3.Reg.20*
titudine pugnatorū, Benadad rex Syriæ, bis fugatus eſt ab Achab rege Iſrael & ſecun

ſecunda vice, centum millia peditum ex parte Aſſyriorum occiſa fuerunt.

2.*Par.*13 Abia rex Iuda & exercitus eius, vulnerauerunt vno die de exercitu Ieroboam quingenta millia virorum fortium.

2.*Par.*14 Aſa rex Iuda, habuit in exercitu ſuo quingenta & octoginta millia virorum.

Æthiopes verò fuerunt decies centena millia, & ruerũt Æthiopes vſque ad internecionẽ quia Deo cædente contriti ſunt.

1.*Par.*28 Rex Iſrael Phacee filius Romelię occidit de Iuda 120 millia virorum bellatorũ, die vna, eò quòd dereliquiſſent Dñm.

4.*Reg.*18 Quãdo Salmanaſſar cœpit Samariam, & tranſtulit filios Iſraël in Aſſyrios.

Iere. 39. Et quando Nabuchodonoſor cepit Ieruſalem, & captiuauit regem Iuda, ſatis eſt veriſſimile multos homines corruiſſe licet numerus non ſit certus.

*Heſther.*9. Occaſione ſuperbi & crudelis Aman, qui propter ſolum Mardochæũ voluit cæteros iugulare Iudæos, occiderunt Iudæi in regno Aſſueri 70. quinque millia hominum, quos ſuos reputabant inimicos.

1.*Mac.*11 Miſit Ionathas Demetrio apud Antiochiã tria millia virorum in auxilium contra illos de ciuitate, qui volebant Demetrium occidere, & occiſa ſunt vna die de Antiochænis centum millia hominum.

Tanta

Tanta cædes hominũ fuit in Ieruſalẽ, 2.*Mac.*5.
quando Antiochus Epiphanes eã cepit,
quod toto triduo fuerunt interfecti octo-
ginta millia hominum, & quadraginta
millia vincti, non minus venundati.

Aduerſus Galatas, ſex millia ſoli per- 2.*Ma.*8.
emerunt centum viginti millia, propter
auxilium illis datum de cœlo, &c.

Præter prælia quæ cõmiſit Iudas Ma- 2.*Ma.*4.
chabæus, contra Apollonium & contra
Seron principem exercitus Syriæ de qui-
bus agitur 1. Machab. 3. Legitur ipſe Ma-
chabæus duodecim ſpecialiter habuiſſe
conflictus, videlicet, ab octauo cap. 2. li-
bri, vſque in finem. In quorum primo oc-
ciderunt ſuper nouem millia hominum
de illis qui erant cum Nicanore.

Deinde ſuper viginti millia cum Ti- *Eodem.*
motheo & Bacchide.

Poſtea verò de Idumæis vigintiquinq; 2.*Mac.*10
millia. Iterum de Idumæis in duabus tur- *Eodem.*
ribus munitis pluſquàm viginti millia.

Conſeqnenter cum Timotheo viginti *Eodem.*
millia quingẽti, & equites ſexcenti. Item
vndecim millia peditum cum Lyſia, & 2.*Mac.*11
equitum mille ſexcenti.

Poſtea innumerabiles cædes in quo- 2.*Mac.*10
dam præſidio Timothei.

Item cum Timothæo triginta millia, *Eodem.*

Deinde

non ſit ibi mentio de carnib. quia ſupponebat Prophetam non veſci talibus cibis.

3.*Reg*.17 Tenuis victus ſufficiebat Eliæ, qui petiit à vidua Sareptana paululum aquæ, & buccelam panis.

3.*Reg*.17 & 19. Notabile eſt, ꝙ Eliā pauerunt corui carnibus bis in die. Sed Angelus Dñi oſtendit ei panem, & vas aquæ ſemel tantùm.

3.*Reg*.21 Audiens Achab comminationem ſibi factam à domino per Eliam Prophetam, poſt occiſionem Naboth, operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauítque & dormiuit in ſacco, & ambulabat demiſſo capite, propter quod dominus illam quam comminatus fuerat, temperauit pœnam.

2.*Par*.20 Congregati ſunt filij Moab & filij Ammon, & cū eis de Ammonitis, vt pugnarent contra Ioſaphat regē Iuda. Quod ille audiens totum ſe contulit ad rogandum dñm, & prædicauit ieiunium in vniuerſa Iuda. Sequitur, quòd victoriam obtinuit.

1.*Eſdr*.8. Eſdras prædicauit ieiunium, & fecit ꝙ omnes affligerent animas ſuas, quia petierant à dño, vt viam rectā & proſperam daret eis. Sequitur: Ieiunauimus & rogauimus dñm, pro hoc, & euenit nobis, &c.

Nehe. 1. Rogatus Nehemias Artaxerxem regem pro ciuitate ſancta, vt muri eius poſſent reparari, dicit de ſeipſo: Ieiunabam

& ora

& orabam ante faciem Dei cœli.

Conuenerunt filij Iſrael in ieiuniis, & in ſacris, & humo ſuper eos, &c. Et ſteterunt, & confitebantur peccata ſua, & legerunt in volumine legis. *Nehe. 9. & 15.*

Cum eſſet factũ prandiũ bonũ in domo Tobiæ, & audiens Tobias vnum de filiis Iſrael iugulatum iacere in platea, relinquens prandiũ ieiunus venit ad corpus. *Tob. 2.*

De Tobia iuniori & ſocero eius ac cæteris amicis dicitur. Cum timore Domini conuiuia nuptiarum exercebant. Angelus etiã poſtea dicit vtrique Tobiæ: Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna. *Tob. 9. & 12.*

Audientes, filij Iſrael terribilem potentiam Holofernis, humiliauerunt animas ſuas in ieiuniis. *Iudic. 4.*

De Iudith etiam dicitur, quod ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ præter Sabbata & feſta & Neomanias domus Iſrael. *Iudith. 8.*

Alloquutura regem Aſſuerum dixit Heſter Mardochæo: Congrega omnes Iudæos, quos in Suſis reperies, & orate pro me: non comedatis & non bibatis tribus diebus & tribus noctibus, & ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo. *Heſter. 4.*

Commendatur à Domino abſtinentia Rechabitarum, quia noluerunt bibere vinum, ſicut præceperat eis pater eorum. *Iere. 35.*

non fit ibi mentio de carnib. quia ſuppo-
nebat Prophetam non veſci talibus cibis.

3.*Reg.*17 Tenuis victus ſufficiebat Eliæ, qui petiit à vidua Sareptana paululum aquæ, & buccelam panis.

3.*Reg.*17 & 19. Notabile eſt, ꝙ Eliã pauerunt corui carnibus bis in die. Sed Angelus Dñi oſtendit ei panem, & vas aquæ ſemel tantùm.

3.*Reg.*21 Audiens Achab comminationem ſibi factam à domino per Eliam Prophetam, poſt occiſionem Naboth, operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauítque & dormiuit in ſacco, & ambulabat demiſſo capite, propter quod dominus illam quam comminatus fuerat, temperauit pœnam.

2.*Par.*20 Congregati ſunt filij Moab & filij Ammon, & cũ eis de Ammonitis, vt pugnarent contra Ioſaphat regẽ Iuda. Quod ille audiens totum ſe contulit ad rogandum dñm, & prædicauit ieiunium in vniuerſa Iuda. Sequitur, quòd victoriam obtinuit.

1.*Eſdr.*8. Eſdras prædicauit ieiunium, & fecit ꝙ omnes affligerent animas ſuas, quia petierant à dño, vt viam rectã & proſperam daret eis. Sequitur: Ieiunauimus & rogauimus dñm, pro hoc, & euenit nobis, &c.

Nehe. 1. Rogatus Nehemias Artaxerxem regem pro ciuitate ſancta, vt muri eius poſſent reparari, dicit de ſeipſo: Ieiunabam

& ora

& orabam ante faciem Dei cœli.

Conuenerunt filij Iſrael in ieiuniis, & in ſacris, & humo ſuper eos, &c. Et ſteterunt, & confitebantur peccata ſua, & legerunt in volumine legis. *Nehe. 9. & 15.*

Cum eſſet factū prandiū bonū in domo Tobiæ, & audiens Tobias vnum de filiis Iſrael iugulatum iacere in platea, relinquens prandiū ieiunus venit ad corpus. *Tob. 2.*

De Tobia iuniori & ſocero eius ac cæteris amicis dicitur. Cum timore Domini conuiuia nuptiarum exercebant. Angelus etiā poſtea dicit vtrique Tobiæ: Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna. *Tob. 9. & 12.*

Audientes, filij Iſrael terribilem potentiam Holofernis, humiliauerunt animas ſuas in ieiuniis. *Iudic. 4.*

De Iudith etiam dicitur, quod ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ præter Sabbata & feſta & Neomanias domus Iſrael. *Iudith. 8.*

Alloquutura regem Aſſuerum dixit Heſter Mardochæo: Congrega omnes Iudæos, quos in Suſis reperies, & orate pro me: non comedatis & non bibatis tribus diebus & tribus noctibus, & ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo. *Heſter. 4.*

Commendatur à Domino abſtinentia Rechabitarum, quia noluerunt bibere vinum, ſicut præceperat eis pater eorum. *Iere. 35.*

Baruch.1 Baruch legit verba libri ſui ad aures Iechoniæ filij Ioachim regis Iuda, & ad aures populi vniuerſi, qui audientes plorabant & ieiunabant, & orabant in conſpectu Domini.

Ezec. 4. Duram diætam impoſuit Dominus Ezechieli prophetæ, dicens: Sume tibi frumentum, & hordeum, & fabam, & lentem, & milium, & viciam, &c.

Dan.3. Propoſuit Daniel in corde ſuo, ne pollueretur de menſa regis. Sequitur: pueris illis dedit Dominus ſcientiã, &c. De ſeipſo

Dan.10. loquens Daniel, ait: Poſui faciem meam ad Dominum Deum, rogans & deprecans in ieiuniis, ſacco & cinere: Et tunc percepit ſpecialem reuelationem de incarnatione, de paſſione & occiſione Chriſti, &c.

Dan. 10. Daniel per tres hebdomadas panẽ deſiderabilem non comedit, & caro, & vinum non introierunt in os eius, & tunc mirabilem oſtendit ei Dominus viſionem. Gregorius in homilia Pentecoſtes dixit, quòd Spiritus ſanctus abſtinẽtem impleuit puerum & prophetam iudicem ſenum fecit, ſicut apparet Dan. 10.

Dan.14 Panem & pulmentum miſit Dñs per prophetã Habacuc Danieli poſito in lacu leonum: non carnes aut alia cibaria delicata.

2.Mac.6. Eleazarus vir ætate prouectus, maluit

luit occidi crudeli morte, quàm carnes porcinas contra legem manducare; vel etiam ſimulare ſe comediſſe.

Contigit ſeptē fratres cũ matre eorum compelli à rege, carnes porcinas contra legem manducare: illi verò magis elegerunt crudeliſſima tormenta ſuſtinere. *2.Mac.7.*

De beato Ioanne Baptiſta dicitur, quòd eius eſca erat locuſtæ & mel ſylueſtre. *Matt.3.*

Multam abſtinentiam in cibo & potu dicebatur facere, quaſi non manducans nec bibens, ſcilicet Ioannes. *Matt.11.*

Anna propheteſſa filia Phanuel, inter cætera commendatur, quòd non diſcedebat ex templo, ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens die ac nocte. *Luc. 2.*

Saluator noſter poſt baptiſmum ſtatim ductus eſt in deſertum, & ibi ieiunauit, donec eſuriret. Contra illos qui ieiunant cum fœditate cõſcientiæ vel qui nolunt tempore ieiunij eſuriem ſuſtinere. *Matth.4.* *Luc.4.*

Ad cõmendandã ſobrietatem, quæ eſt in eſu piſcium, & in abſtinentia à carnibus, multum facit quod Dñs in Euangelio pluries multiplicauit piſces, non carnes. Vnde ad præceptum Dñi concluſerunt diſcipuli multitudinem piſcium copioſam. *Luc. 5.*

Præterea panes & piſces bis multiplicaſſe legitur, nunquã carnes. De quinque *Marc.6.* *Luc.9.*

panibus & duobus piſcibus. Item de eodem Ioan.6.De ſeptem panibus & paucis piſciculis ab ipſo Domino multiplicatis habetur Mat.15.Marc.8.

Ioan. 21. Poſt reſurrectionem etiam ſeptem diſcipulis piſcantibus & non prendentibus manifeſtat ſe Saluator, dicens: Mittite in dextram nauigij rete,& inuenietis.Sequitur, quòd extraxerunt rete plenum magnis piſcibus,& de piſcibus illis dedit Dominus diſcipulis ſuis.

*Exod.*16. Populo autem Iudaico tanquam carnali, & de carne curanti dedit Deus carnes ad veſcendum,licet in malum ipſius.

*Matt.*26. *Marc.*14 *Luc.* 22. Multum valet abſtinentia ad hoc,quòd homo poſſit virgilare facilius, & orare. Nam poſt cœnã increpauit Dominus diſcipulos ſuos,dicens: Non poteſtis vna hora virgilare mecum?

Luc. 24. *Ioan.* 21. Saluator noſter cuius actio eſt noſtra inſtructio,nunquam legitur carnes comediſſe,niſi de agno Paſchali: de piſce verò ſibi allato ad manducandum comedit.

Luc 10. Mittens Dñs diſcipulos ad prædicandũ dixit. In quãcunque domum intraueritis: & edentes & bibentes,quę apud illos ſunt. Hoc eſt, vt eſſent contenti cibariis quæ haberent,non curioſa alia quęrerent.

*Act.*2. Volens Petrus rationabiliter oſtendere, quòd

quòd diſcipuli Spiritu S. pleni, non eſſent ebrii, dicit quod adhuc non erat hora diei tertia. Dans intelligere, quòd ante horam tertiam eſſet inconueniens manducare.

Cùm eſuriret Petrus in domo Simonis Coriarij cecidit ſuper eum mentis exceſſus, & vidit cœlum apertum, &c. In qua etiam viſione, oblata ſunt ſibi animalia, ſecundùm legẽ vetitā. Qui comedere renuit, quãuis vt dictum eſt, eſuriret. *Act.* 10.

Erant in eccleſia, quæ erat Antiochiæ prophetæ & doctores, &c. Miniſtrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus illis, dixit illis Spiritus ſanctus, Segregate mihi Paulum, &c. *Act.* 13

Paulus & Barnabas cùm conſtituiſſent in diuerſis ciuitatibus, per ſingulas eccleſias, presbyteros, & oraſſent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino, in quem crediderunt. *Act.* 14.

De gula & ebrietate. CAP. LXXXIX.

PRimum hominis peccatum, vitio gulæ fuit completum. *Geneſ.* 3.

Noë bibens vinum inebriatus & nudatus eſt in tabernaculo ſuo. *Geneſ.* 9.

Loth inebriatus inceſtum cum propriis filiabus commiſit, &c. *Geneſ.* 19.

Eſau pro lentis edulio vendidit primogenita ſua. Prima tentatio filiorum Iſrael *Geneſ.* 25. *Exod.* 15. 16. & 17.

fuit de potu: ſecunda de cibo. Et poſtea ſimili occaſione multoties peccauerunt.

Exod. 32. Sedit populus manducare & bibere & cœperunt ludere.

Leuit. 10. Dixit Dominus ad Aaron, Vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibes tu & filij tui quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini.

Num. 6. Quicūq; fecerat votū in lege, & ſe volebat Dño conſecrare, à vino & ab omni eo q̄ inebriare poterat, abſtinere debebat.

Num. 11. Flagrauit populus deſiderio carnium, ſedens & flens, & ait: Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? &c.

Iudic. 7. In trecentis viris, qui ad aquas lambuerunt, & moderate biberunt, liberauit Dominus Iſrael de manu Madian.

Iudic. 9. In epulis fiunt homines audaciores & loquaciores. Inter epulas & pocula, maledicebant Abimelech.

Iudic. 16. Epulantibus Philiſtæis & lætantibus domus cecidit ſuper eos.

1. *Reg.* 1. Nolebant filij Heli carnes coctas ab offerentibus accipere: ſed crudas, vt eas ſibi lautius præpararent.

1. *Reg.* 14 Comedit Ionathas modicum mellis, contra inhibitionē patris, & ideo occiſus à patre fuiſſet, niſi populus occurriſſet.

2. *Reg.* 13 Ammon filius Dauid in conuiuio Abſalon

ſalon temulentus fuit occiſus.

Benadad rex Syriæ temulētus in taber- *3.Re.20.*
naculo ſuo habebat maximā multitudinē
bellatorum,& tamen victus fuit, & fuga-
tus per pueros principum prouinciarum.

Comederunt & ſaturati ſunt, impin- *Nehe. 9.*
guati, & abundauerunt deliciis in boni-
tate tua magna, prouocauerunt autem te
ad iracundiam.

Præualet vinum omnibus hominibus *3.Eſdr.3.*
qui bibunt illud,ſeducit mentem itémque
regis:& orphani facit mentem vanam.

Holofernes bibit vinū multum nimis, *Iudith.12*
quantū nūquā biberat in vita ſua. Et poſt *& 13.*
pauca ſequitur, Erat Iudith ſola in cubi-
culo. Porro Holofernes iacebat in lecto
nimia ebrietate ſopitus.Quo facto Iudith
habuit opportunitatem occidendi eum.

Egreſſus eſt Aman à conuiuio reginæ *Heſter. 5.*
lætus & alacer, ſed in craſtino fuit triſtis *6.& 7.*
& confuſus cum decem filiis ſuis patibulo
crucis afflixus.

Nouerat Iob multa in conuiuiis pec- *Iob.1.*
cata. Idcirco poſtquàm epulati fuerant
filij eius, conſurgens diluculo, offerebat
holocauſta per ſingulos.

Pro tempore illo, quo debebat deſtrui *Eſa.22.*
Ieruſalem dicitur:Vocauit Dñs ad fletum,
& planctum, & ecce gaudium & lætitia

Occidere vitulos, iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinũ. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.

Sacerdos & propheta neſcierunt, præ
Eſa. 26. ebrietate, abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrietate. Omnes enim menſæ repletæ ſunt vomitu ſordiúmque, &c.

1. *Mat* 15 Ptolemæus filius Abobi, fecit conuiuium Simoni ſacerdoti, & duobus filiis eius, & cùm inebriati eſſent, occidit eos.

Matt. 4. In tentatione Domini ſecundùm Matt.
Marc. 1 & Luc. legitur: Si filius Dei es, dic, vt lapi-
Luc. 4. des iſti panes fiant, &c.

Matt. 14 Herodes natalis ſui cœnam fecit, filia
Marc. 6. verò Herodiadis ibi ſaltauit, & Herodi ſimúlque recumbentibus placuit: & hac occaſione decollatus eſt Ioannes Baptiſta, ad petitionem illius ſaltatricis.

Luc. 16. Spiritus immundi loca immunda diligunt. Vnde dæmoniacus ille qui habebat legionem in corpore, habitabat in monumentis, & dęmones illi rogabant Dominũ Ieſum, vt exeuntes immitterentur in porcos, non in oues vel agnos, quæ ſunt munda animalia mundo veſcente cibo.

Luc. 8. Contra edaces & comeſſationibus vacantes, multum valet exemplum diuitis epulonis, qui conquerebatur ſe pati in lingua ſpecialem cruciatum.

De

De matrimonio. CAP. XC.

QVòd vxor debeat eſſe viro ſuo ſocia & ęqualis quod ad multa nõ Domina, vel ancilla, patet per hoc, quod Euã formauit Dñs de coſta Adæ, nõ de capite vel de pede. Itẽ patet ꝙ vir eſt caput vxoris, quia fuit ei quodammodo patri principium eſſendi: & facta eſt mulier de viro ſuo, nõ vir de muliere: Debet eſſe vir magiſter & doctor, vnde præceptum à Deo fuit datum Adæ, & per Adam Euæ. *Geneſ.2.*

Quòd vnus vir, vnam tantum vxorem habere debet, ſic Dominus dicens, ait: Erunt duo in carne vna. *Eodem.*

Ante diluuium, ſolus Lamech duas vxores legitur habuiſſe. *Gene.4.*

In arca Noë tot viros, quod fœminas iuſsit Dominus reſeruari, vt videlicet eſſet vnica vnici. *Geneſ.7.*

Ægyptij tempore Abrahæ plus abominari videbantur adulterium quàm homicidiũ, vnde timebat Abrahã ne eum occiderent, & poſtmodum Sarai vxorem ſuam Pharaoni offerrent, quaſi nollet eã cognoſcere, quãdiu crederetur maritũ habere. *Geneſ.12.*

Sara vxor Abrahæ, obediebat marito, & dominum eum vocabat. *Geneſ.18*

Propter Sarai vxorem Abraham flagellauit Dñs Pharaonem plagis maximis. *Geneſ.12. & 21.*

Gen. 21. Abimelech Dominus per ſomnium minando exterruit.

Item etiam Abraham, illius votis condeſcendebat interdum.

Geneſ. 24 Conſenſus exigitur ad matrimonium: vocemus puellã,& quæramus ipſius volũtatem, dixerũt frater & mater Rebeccæ.

Leuit. 24 Ille blaſphemus qui fuit lapidatus in deſerto, fuit filius mulieris Iſraelitidis de viro Ægyptio generatus. Per quod haberi poteſt,quòd non expedit de diuerſis ritibus matrimonia copulare, quia liberi inde nati, male imbuuntur.

Iudic. 14. Secretum quod Samſon potentibus ſuis dicere noluit: vxor eius extorſit ab eo in damnum ipſius.

1. Reg. 1. Dixit Helcana ad Annam: Nunquid ego melior ſum tibi, quàm decem filij?

1. Re. 23. Nabal durus & peſſimus & malitioſus habuit vxorem Abigail,quæ erat prudentiſſima, & ſpecioſiſſima.

2. Reg. 11. Quãuis haberet Dauid multas vxores, tamen adulterium eum Bethſabe cõmiſit.

3. Re. 21. Non fuit alter talis ſicut Achab, qui venundatus eſt,vt faceret malum in conſpectu Domini. Concitauit enim eum Iezabel vxor ſua, & abominabilis factus eſt in tantum vt ſequeretur idola.

4. Reg. 8. Iorã rex Iuda, fecit malũ corã Dño, & ambu

ambulauit in viis Achab, & ſubdit cauſa huius, filia enim Achab erat vxor eius. 2.*Pa.21.*

Filij transmigrationis, qui duxerant vxores alienigenas ſecundùm mandatum Eſdræ, dimiſerunt eas. 1.*Eſd.10.*

Videns Nehe. Iudæos ducentes vxores alienigenas, obiurgauit eos, & maledixit, & verberauit aliquos, & decaluauit. *Nehe.13.*

Sara filia Raguelis dicebat in oratione ſua: Virum autem dñe in timore tuo, non cum libidine mea, conſenſi ſuſcipere. *Tob.3.*

Dixit Angelus Tobiæ, In eos, qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent ſicut equus & mulus, habet poteſtatem dæmonium. *Tob.6.*

Honeſtam cauſam ducendi vxorem expoſuit Angelus Tobiæ: Accipiens virginem cum timore domini, & amore filiorum magis, quàm libidine ductus. *Eodem.*

Prima nocte, qñ introductus eſt Tobias iunior cum vxore, hortatus eſt virginem, dicẽs ei: Sara exurge, & deprecemur Deũ hodie & cras, & ſecundo cras quia iſtis tribus noctibus Deo iũgimur. Tertia autem nocte tranſacta, in noſtro erimus, &c. *Tob.8.*

Parentes Saræ monuerunt eam, honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & ſe ipſam irre *Tob.10.*

irre

irreprehenſibilem exhibere.

Ier.44. Mulieres tranſlatæ de terra Iuda in Ægyptũ q̃ ſacrificabant reginę cœli, excuſabant ſe ꝑ viros ſuos, qui ſimilia faciebãt.

Dan. 13. Pro ſeruanda fide matrimonii Suſanna expoſuit ſe morti, & infamiæ: niſi ei per Danielem iuſtus Dominus prouidiſſet.

Matt.14. *Marc.16.* Ioannes Baptiſta fuit decolatus, quia Herodem de adulterio arguebat.

Mat.9. Quærentibus Phariſæis, ſi liceret homini dimittere vxorem quacunque de cauſa, dixit Dominus: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Luc.14. Item ad illos, qui ad cœnam magnam vocati fuerunt, & non iuerunt: ille qui vxorem duxit, non rogauit ſe excuſatum haberi, ſed ait: Non poſſum venire: Quia ſtatus ille hominem vehementer allicit & ſæpe retrahit à diuinis.

Ioan. 2. Saluator noſter conuiuio nuptiarum non dedignatus eſt intereſſe.

Act.5. Ananias vxore ſua conſcia Sapphira fraudem fecit de pretio agri venditi: ſed ambo grauiſsimè ſunt puniti.

2. Cor. 2. Quantum ad actum coniugalem, ad paria, vel ſimilia iudicat Apoſt. virum & vxorẽ. Mulier ſui corporis poteſtatẽ non habet, ſed vir. Similiter autem & vir, ſui corporis poteſtatẽ non habet, ſed mulier.

De

De caſtitate. CAP. XCI.

QVandiu primi parentes in paradiſo fuerunt, virgines extiterunt, ſed ipſis eiectis dicitur: Adam cognouit Euam vxorem ſuam. *Gene.4.*

Cùm Sichem violaſſet Dinam filiam Iacob, fratres eius irati ſunt valde: eo quod fœdam rem operatus eſſet in Iſrael: & violata filia Iacob, rem illicitam perpetraſſet. Tandem & violatorem & patrem eius & eorum populum occiderunt. *Geneſ.34*

Nota quòd hoc fuit ante legem ſcriptam ſub lege naturæ, quantum ergo ſub lege gratiæ virginitas honorari debet: & ſtuprum puniri? *Virginitatis cōmendatio.*

Iudas qui caſtus non erat, deteſtatus eſt fornicationem Thamar. *Gene.38.*

Quamuis Ioſeph eſſet ſeruus emptitius & elegantis formæ iuuenis, ſine vxore, tamen ſolicitatus à domina ſua recuſauit ſtuprum, & maluit offendere eam & in carcerem trudi, quàm perdere caſtitatem. *Gene. 39.*

Poſt debellationem Madianitarum factam per Phinees & alios pugnatores, iuſſit Moyſes mulieres corruptas iugulari, & virgines reſeruari. *Num. 31.*

Mūdi eſſe debebāt, maximè à mulieribus, qui panes ſacerdotales comedebant. *1. Reg. 21*

Quando mulier Sunamitis hoſpita Eliſei, *4.Reg.4.*

ſei, volebat ei loqui, mittebat ad eam Eliſei ſ puerum ſuum, quaſi vitans colloquia mulierum.

Tob. 3. Sara in oratione dicebat: Tu ſcis domine, quia nunquam concupiui virum, & mundam ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia.

Iudith. 8. Mortuo viro ſuo Iudith alium neſciuit, & ſemper caſtitatē amauit. Sed nota quid faciebat, quia cū puellis ſuis clauſa manebat, vel morabatur, & habens cilicium ſuper lumbos ſuos ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, præter Sabbata & Neomenias, & feſta domus Iſrael.

Dan. 13. Suſanna grauiter pulſata ab illis ſenibus, ſed ſuæ caſtitati, nec famam, nec, vitam præponendam eſſe putauit.

Mat. 25. Ad hæc nullus de ſola caſtitate confidat ſecundùm id quod de virginibus euangelicis ſcribitur: Tot enim fuerunt fatuæ, quot prudentes.

Luc. 1. Beata virgo ab Angelo venerabiliter ſalutata non eſt oblita voti & propoſitæ caſtitatis, licet Angelus promitteret ei, quòd ex ea filius altiſſimi naſceretur.

Matt. 22. *Luc. 20.* Per hoc quod Saluator dixit, quòd in illo ſeculo neque nubent, neque nubentur, videtur quòd virgines illi vitæ beatæ, ſpecialiter appropinquant.

Caſti

Caſtitatis argumentum fuit in B. Stephano, quia ipſe ab Apoſt. fuit deputatus ad miniſterium vel cuſtodiam mulierum. *Act. 6.*

De luxuria & incontinentia.

CAP. XCII.

PEccatum carnis pręcipua videtur fuiſſe cauſa, propter quā dominus diluuio deleuerit mundum, dicitur enim: Omnis quippe caro corruperat viam ſuam. *Gen. 6.*

Adeo infecerat peſſimum luxuriæ vitium Sodomam, & Gomorrham, vt clamor ierit ad dn̄m, & decem iuſti non ſint inuenti in eis. Quinetiam Angeli, qui miſſi fuerant, vt probarent an clamorem opere compleſſent, ad ſtuprum violenter imperebantur: Vnde merito igne, & ſulphure ciuitates illæ conſumptæ ſunt. *Geneſ. 18. & 19.*

Nota, quot & quanta mala euenerint, pro ardenti amore Sichem filij Emor, qui violenter Dinam oppreſſit. *Gen. 34.*

Luxurioſi quandoque luxuriam in aliis deteſtantur? vt patet de Iuda, qui dixit de Thamar: Producite eam, vt comburatur. *Gen. 38.*

Occaſione vxoris Leuitæ à viris Belial in Gabaa Beniamin, incredibili libidinis furore vexatæ occiſa ſunt pluſquam ſexaginta quinque millia hominum. *Iudic. 19. & 20.*

Isboſeth filius Saul redarguit Abner qui ingreſſus fuerat ad concubinam patris *4. Reg. 3. 4.*

Digitized by Google

tris ſui. Abner autem iratus ſuper hoc, procurauit ei auferre terram & citò pòſt amiſit vterque vitam & patriam.

2.*Re*.11. Dauid captus amore Berhſabe vxoris Vriæ, cum illa adulterium commiſit & cum proditione homicidium perpetrauit.

3.*Re*.12. Amnon filius Dauid Thamar ſororem ſuam oppreſſit, propter quod poſtea occiſus fuit.

2.*Reg*.16. & 8. Deteſtabilem luxuriam commiſit Abſalon cum concubina patris ſui, & citò poſtea occiſus eſt.

3.*Reg*.11 Adamauit Salomon mulieres alienas, & deprauatum eſt cor eius per eas, & adorauit Deos alienos.

Tob.6. Dixit Angelus Tobiæ iuniori: In eos qui coniugiũ ita ſuſcipiunt, vt Deũ à ſe & à mente ſua excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus habet poteſtatem dæmonium. Quid ergo eſt de fornicatoribus, qui nihil aliud intendunt, niſi fœdam ſuam explere libidinem?

Iudit. 12. Stetit Iudith ante faciem Holofernis, concuſſum erat cor eius, ardens in ipſius concupiſcentia.

Dan. 13. Duo ſenes presbyteri ita fuerũt amore Suſannæ decepti, quòd quãdo illa voluntatem eorum facere recuſauit, mortem illius procurare conati ſunt.

Tem

Tempore Antiochi templũ luxuria & comeſſationibus gentium erat plenum & ſcortantiũ cum meretricibus, ſacratíſque ædibus mulieres vltrò ſe ingerebant, &c. *2. Mac. 6*

Occaſione Herodiad. quẽ contra legem duxerat Herodes, Ioan. Baptiſta decollatus fuit, ad inſtantiam peccatricis mulieris. *Matt. 14. Marc. 6.*

Spiritus immundi loca immũda diligũt, vnde rogauerũt Dominum Ieſum, vt permitteret eos intrare in porcos, nõ in oues, vel agnos quæ ſunt animalia munda. *Matt. 8. Luc. 8.*

Inter illos qui vocati ſunt ad magnam cœnam nec iuerunt, ille qui vxorem duxit, non petiit ſe excuſatum haberi, ſed ait: Vxorem duxi, ideo non poſſum venire. Per quod patere poteſt, quàm longe ſunt à cœna domini, luxurioſi homines & immundi, ſi ducere vxorem, ita hominem implicat & inuoluit; quòd quaſi nihil aliud cogitare ſinit. *Luc. 14.*

Exemplum filij prodigi, qui diſsipauit ſubſtantiã ſuam, viuendo luxurioſè patet, quòd id peccatum depauperat. Vnde dicitur: cœpit egere. Item vilificat naturam, Sequitur, quòd ipſe paſcebat porcos, &c. *Luc. 15.*

Item non extinguit ardorem libidinis, ſed accendit, dicitur enim ibi: Cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant, &c.

De incauto conſpectu. CAP. XCIII.

Gen.3. PRima mulier viſo ligni vetiti fructu pulchro, tulit de illo, & comedit.

Gen.6. Pulchritudo viſa mulierum, fuit occaſio multorum malorum. Videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, &c.

Gen.9. Ex eo ꝙ Cham filius Noë vidit verenda patris, & ipſum nudatum eſſe fratribus nunciauit, maledictionem patris incurrit.

Gen.12. Abrahã dixit vxori ſuæ Sarai: Noui ꝙ pulchra ſis mulier, & cum viderint te Ægyptij interficient me, & te reſeruabunt.

Gen.34. Volens videre regionis mulieres Dina ipſa viſa corrupta fuit.

Gen.38. Iudas vidit Thamar in biuio, & cum ea peccauit.

Gene.39. Domina cui ſeruiebat Ioſeph, oculos in eum iniecit.

Exod.19. Dixit dominus ad Moyſen: Conteſtare populũ, ne fortè velint tranſcendere terminos ad videndum dominum &c.

2.Re.11. Vidit Dauid de ſolario ſuo mulierem lauantem ſe ex aduerſo, & tulit eam, & pòſt virum illius dolosè fecit occidi.

Iudith 10. & 16. Cùm intraſſet Iudith ante faciem Holofernis, ſtatim captus eſt ille in oculis ſuis. Vnde dicitur eiuſdem c. 16. Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius.

Vide

Videbant duo ſenes Suſannam quotidie ingredientem & deambulantem, & exarſerunt in concupiſcentiam eius. *Dan.13.*

Quia filia Herodiadis ſaltando placuit Herodi, ipſe ei ſtultè promiſit, quod crudeliter impleuit. *Matt.14. Marc. 6.*

De ſilentio & loquacitate. CAP. XCIIII.

PRæceptum dedit dominus Adæ non Euæ, vt mulier haberet minorem occaſionem loquendi, ſed potius interrogandi à viro & diſcendi. *Gene.2.*

Eua prius legitur cum ſerpente quàm cum viro habuiſſe colloquium, quod ſibi & poſteris damnoſum fuit. Ibidem nota quàm male repetiit mandatum domini homini datum. *Gen.3.*

Cham filius Noë, cum vidiſſet verenda patris, nuntiauit fratribus ſuis, & inde maledictionem incurrit. *Gen.9.*

Poſtquam loquutus eſt dominus ad Moyſen, impeditioris & tardioris linguæ fuit: Ex quo innuit, quòd ſpirituales viri qui ſæpe cum Deo loquuntur, tardi eſſe debent ad loquendum. *Exo.3.4*

Filij Iſrael fugientes de Ægypto, viderunt exercitum Pharaonis, & timuerunt valde, quibus ait Moyſes. Dominus pugnabit pro nobis, & vos tacebitis. *Exod.14*

Aza filia Caleb ſedens in aſino, & ſu- *Ioſue 15.*

ſpirans, cum ſuaſa eſſet à viro ſuo monuit patrem, ad quærendum quid haberet, & poſt impetrauit à patre irriguum ſuperius & inferius.

Iudic. 14. Samſon ſecretum, quod parentibus dicere noluit, vxori expoſuit: quæ ſtatim illud in damnum mariti publicauit.

Iudic. 16. Idem indicauit Dalidæ, quomodo poſſet amittere fortitudinem ſuam, illáque ſine mora hoſtibus reuelauit.

1 *Reg.* 1. Anna mater Samuelis, veniens ad tabernaculum domini loquebatur in corde ſuo, tantúmque labia ſua mouebantur, & vox penitus non audiebatur.

1. *Reg.* 3. Samuel dormiens in tabernaculo oſtenſam ſibi viſionem non indicauit Heli, donec interrogatus & adiuratus fuit ab illo.

1. *Reg.* 10 Cùm filij Balial dicerent de Saule nouo rege: Num ſaluare nos poterit iſte? ille diſſimulabat ſe audire. Ex quo intelligitur, quòd cautè tacebat.

1. *Reg.* 25 Cùm Dauid contra Nabal turbatus, poſtmodùm per Abigail prudẽter loquutá placatus fuiſſet: illa non indicauit ipſi Nabal viro ſuo puſillũ, vel grande vſque mane, cùm vinum quod biberat digeſsiſſet.

Tob. 2. 3. Tobias auditis verbis iniurioſis ab vxore non legitur ei reſpõdiſſe, ſed ingemuit, & cœpit plorare cum lachrymis.

Cùm

Cùm ancilla Saræ dominæ dixiſſet grauis improperij & maledictionis verbum. Sara tacens ceſſit litis,& pergens in cubiculum domus ſuæ deuotè cœpit orare. *Tob.3.*

Diu tacuit Heſter, non indicans populum ſuum, & patriam ſicut ei præceperat Mardochęus,ne ſ.à rege haberetur exoſa. *Heſt. 2.3.*

Beato Iob à Deo percuſſo, vxor eius ſtultè locuta eſt. *Iob.2.*

Iob magis videtur ſeipſum reprehendere de actu loquendi quàm de alio quocunque:vnde dicit. Qui leuiter loquutus ſum, reſpõdere non poſſum:vnũ loquutus ſum,quod vtinam nõ dixiſſem. Et cap.42. Ideò inſipiẽter locutus ſum, & quæ vltra modum excederẽt ſcientiam meam,&c. *Iob.9.*

Cùm propoſuiſſent Raſin rex Siriæ, & Phaceæ rex Iſrael præliari contra Iuda, dixit Dñs Eſaiæ prophetæ: Egredere in occurſum Achaz,& dices ad eum:Vide vt ſileas,noli timere,& cor tuum ne,&c. *Eſa.7.*

Idem in alio loco dicit: In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. *Eſa.30.*

Mandauit Ezechias rex Iuda,ne populus aliquid reſponderet Rapſaci.Et ſiluerũt,& non reſponderunt ei verbum. *Eſa.36.* *4.Reg 18*

Ieremias in vtero ſanctificatus, & à domino propheta datus, excuſabat ſe dicens: Ah, ah, Domine Deus, ecce ne- *Iere.1.*

ſcio loqui, quia puer ego ſum.

Dan. 13. Adducta Suſanna ne iniqui presbyteri ferrent contra eam falſum teſtimoniũ, flens ſuſpexit ad cœlum, & clamauit ad Dominum, ſed accuſatoribus directè non legitur reſpondiſſe.

2.*Mac.*12 Iudæi agriculturæ operam dabant, ſed Nicanor & quidam alij non ſinebant eos in ſilentio agere & quiete.

*Luc.*1.2. Beata Maria virgo legitur in Euãgelio tantummodo loquuta fuiſſe Angelo. Item cum filio ſuo: Quid feciſtis nobis ſic? Et apud Ioannem, Vinum non habent.

*Ioan.*2. Et quando miniſtros nuptiarum inſtruxerat, Quæcunque dixerit vobis, &c.

*Luc.*1. Licet autem Elizabet magnificè eam commendaſſet: nihil tamen ei reſpondit, ſed ad laudandum Dominum ſe cõuertit.

*Luc.*7. Maria peccatrix veniens ad pedes Dñi in domo Simonis nihil dixiſſe refertur, ſed lachrymis cœpit rigare pedes eius.

*Luc.*10. Similiter ſorori, de ipſa conquerenti
*Matt.*26. nihil reſpondit: Rurſus etiam diſcipulis
*Marc.*14 indignè ferentibus effuſionem vnguenti,
*Ioan.*10. & in eam frementibus nihil dixit. Quoniam autem tacuit, Dominus pro ea reſpondit & eam vbique defendit.

*Ioan.*8. Mulier in adulterio deprehenſa coram Dño accuſata, nõ legitur aliquid loquuta fuiſſe.

fuiſſe.Dñs autē pro ea verbum aſſumpſit, & eam denique miſericorditer abſoluit.

Loquuturus iu ſynagoga Paulus, ſurrexit,& manu ſilentium indixit. Sciebat enim non eſſe effundendum ſermonem, vbi non eſt auditus : quod ſæpius in ſcriptura probatur. *Act.* 13

De affectu carnali. CAP. XCV.

MOyſes diſtribuit Leuitis 12.boues & ſex plauſtra,quos obtulerant principes filiorum Iſrael, ſed nullum dedit filiis Caath,licet eſſent ei magis propinqui. *Num.* 7.

Non legitur Moyſes alicui de filiis ſuis magnum dediſſe officium,licet ipſe à populo in tanta reuerentia haberetur.

Moriturus Moyſes,ſolicitè rogauit Dominum, vt populo de duce idoneo prouideret. Nullum tamen de generatione ſua nominare voluit. *Num.* 27

Diſtribuens Ioſue terram filiis Iſrael, adeo paruam portionem dedit illis qui erant de tribu ſua, vt de hoc ſpecialem querelam fecerint. Sed nota reſponſionem quam fecit eis. *Ioſue* 17.

Audiens Heli mortē filiorum ſuorum in prælio:non viſus eſt multū curare, ſed cùm nuntius ille dixiſſet arcam Dei eſſe captam,cecidit de ſella,& mortuus eſt. 1.*Reg*.4.

Quia Dauid nimis flebat occiſum filiū 2.*Reg*.19

ſuum Abſalon, impoſuit ei Ioab, ꝙ nõ ita doluiſſet, ſi totum amiſiſſet exercitum.

3.*Mac.*7. Supra modum mater mirabilis & bonorum memoria digna, quæ pereuntes ſeptem filios ſub vnius Diei tempore cõſpiciens, bono animo ferebat.

2.*Mac.*15 Euntibus ad prælium Iudæi, contra Nicanorẽ pro vxoribus & filiis, itémque fratribus & cognatis minor ſolicitudo, maximus autem, & primus pro ſanctitate timor erat templi.

*Matt.*12. *Luc.*8. Loquens Ieſus ad turbas, dixit quidam Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te, qui reſpondit: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? quicunque fecerit voluntatem patris mei, &c.

*Matt.*16. Saluator noſter approbans Petri profeſſionem, quam fecit de ipſo, cùm dixit: Tu es Chriſtus filius Dei viui. cõſequenter ſubiunxit, Caro & ſanguis non reuelauit tibi. Per hoc innuens quòd caro prauas reuelationes facere conſueuit.

*Matt.*20. Petenti materteræ Chriſti ſecundũ carnem vt duo filij ſui ſederẽt iuxta eũ in regno ſuo, reſpondit ipſe Dñs ita durè, ac ſi fuiſſet aliena omnino: & ita bonũ forũ de regno ſuo paratus eſt facere ibi, ſicut illis.

*Ioan.*21. Quamuis B. Ioannes & duo Iacobi eſſent maximæ ſanctitatis, nulli tamen eorum

rum cõmiſit generalem Eccleſiæ curam: ſed Petrum, qui non ſibi carne attinebat, conſtituit caput, principem & paſtorem.

Apoſt. Paulus cõmendans ſuum Euangelium dicit: Complacuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, &c. continuo non contuli nec acquieui carni & ſanguini. *Gal.1.*

De ira hominis per zelum. CAP. XCVI.

CVm loqueretur Moyſes Pharaoni, & ille nollet audire, exiuit à Pharaone iratus nimis. *Exod.11.*

Præcepit Moyſes filiis Iſrael, vt nullus de manna relinqueret vſque mane. Qui non audierunt eum, ſed diuiſerunt quidam ex eis vſque mane, & ſcatere cœpit vermibus & cõputruit: & iratus eſt Moyſes contra eos. *Exod.16*

Reuertens Moyſes, cum appropinquaſſet ad caſtra vidit vitulum & choros, iratus proiecit de manibus tabulas, & confregit eas ad radices montis. *Exod.32.*

Cùm quæreret Moyſes hircũ, qui oblatus fuerat pro peccato, exuſtum reperit: iratúſque contra Eleazar & Ithamar ait: Cur non comediſtis? &c. *Leuit.10*

Videns Moyſes rebellionem Choræ & complicum ſuorum, iratus valde ait ad Dominum: Ne reſpicias ſacrificia eorum *Num.16.*

4.Reg. 20 Conſideraus Ionathas filius Saul, nequitiam patris ſui contra Dauid, ſurrexit à menſa in ira furoris ſui, & non comedit panem illa die.

4.Reg. 12 Audita Dauid parabola Nathan prophetæ iratus iudignatione aduerſus hominem dixit: Viuit Dominus, quia filius eſt mortis, qui fecit hoc.

4.Reg 13. Eliſeus iratus fuit contra Ioas regem Iſrael eo quòd non percuſſiſſet terram ſagitta quinquies aut ſexies, vt totam deſtruxiſſet Syriam.

Nehe. 5. Audiens Nehemias clamorem populi propter vſuras quas exigebant optimates iratus eſt nimis.

Heſter. 7. Audita quærimonia, quā dixit Heſter de Aman, qui omnes Iudæos procurabat occidi, rex Aſſuerus ſurrexit iratus de loco communi.

Circunſpiciens Ieſus cum ira Iudæos qui obſeruabant eum contriſtatus eſt ſuper cæcitate cordis eorum.

De ira hominis per vitium. CAP. XCVII.

Geneſ. 4. RESpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, iratúſque eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius.

Num. 24 Iratus Balaac contra Balaam compl oſis manibus ait: Ad maledicendum inimicis meis vocaui te, quibus è cōtra benedixiſti.

Audiens

Audiens Saul poſt victoriam commendari Dauid, iratus eſt nimis, & diſplicuit in oculis eius, ſermo, &c. 1.*Reg*.18

Cùm excuſaſſet Ionathas Dauid apud patrem ſuum Saul, iratus aduerſus Ionathan dixit: Fili mulieris vltro virum rapientis, Nunquid ignoro, quia filium Iſai diligis in confuſſionem tuam? &c. 1.*Reg*.20

Venit Achab rex Iſrael in domum ſuam indignatus & frendens ſuper verbum quod loquutus fuerat ad eum Naboth Iſraelites. 3.*Reg*.21

Poſt facile & ſalubre conſilium Eliſei, iratus Nahamam recedebat, dicens: Putabam quod egrederetur ad me, & inuocaret nomen Dei ſui, &c. 4.*Reg*.5.

Hanani propheta venit ad Aſa, increpauit eum: quia confiſus erat Benadad regi Syriæ: iratúſque Aſa aduerſus videntem, iuſſit eum mitti in neruum. 2.*Par*.16

Separauit Amaſias exercitum qui venerat ad eum ex Ephraim, pro eo ſcilicet quòd ſecum venirent ad bellum. At illi vehementer irati contra Iudam, reuerſi ſunt in regionem ſuam. 2.*Par*.25

Sacerdotes arguebant Oziam regem Iuda, volentem adolere incenſum iratúſque Ozias & tenens thuribulum minabatur illis. 2.*Par*.26

Cùm

Nehe.4. Cùm audiſſet Sanaballat, quòd ædificaretur murus Ieruſalem, iratus eſt valdè, & motus nimis ſubſannabat Iudæos.

Tob.1. Cùm reuerſus eſſet Sennacherib, fugiens à Iudæa plagam, quam contra eum fecerat Deus, propter blaſphemiam ſuam, iratus multos occidit Iudæos.

Eodem. Tobia dicẽte de hœdo balante: Videte ne furtiuus ſit, &c. Vxor eius irata reſpõdit, Manifeſtè vana facta eſt ſpes tua.

Iudic.5. Nunciatum eſt Holoferni, quòd filij Iſrael præpararent ſe ad reſiſtendũ ei, furore nimis exarſit in iracundiam magnam.

Eodem. Cùm dixiſſet Achior magnam eſſe potentiã Dei Iſrael, irati ſunt magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum.

Heſther 3. Cùm audiſſet Aman & experimento probaſſet, quòd Mardochæus nõ ſibi flecteret genua, nec ſe adoraret iratus eſt valde, &c.

Iob.32. Iratus indignatúſque eſt Eliu Buxites aduerſus Iob, eo quòd iuſtum ſe eſſe diceret coram Domino.

Iere.37. Principes Iuda putantes, quòd Ieremias fugeret ad Chaldæos, irati ſunt contra eum, & cæſum miſerunt in carcerem.

Dan.2. Nabuchodonoſor rex Chaldæorum, in ira magna ſua præcepit, vt perirent omnes ſapientes Babylonis, pro eo (ſcilicet) quòd

Digitized by Google

quòd ſomniū ſuū ei non poterāt indicare.
Idem etiā poſtea in furore, & ita præcepit, *Dan.3.*
vt tres viri adducerētur in cōſpectu ei, &c.

Arguit Dominus Ionam, quia iraſcebatur ſuper hederam. *Iona 4.*

Audiens Antiochus prælia Iudæ & victoriam quam obtinuerat, iratus eſt animo: & congregauit exercitum. *1.Mac.3.*

Factum eſt, vt audirent gentes quòd ædificatum eſt altare in ſanctuarium, ſicut prius, iratæ ſunt valde, &c. *1.Mac.5.*

Tortores Eleazari audiētes verba cōſtantiæ ipſius, in iram verſi ſunt, qui paulò antè fuerant mitiores. *2.Mac.6.*

Poſt ſeptimi fratris verba, rex Antiochus acceſus ira in illum ſuper omnes deſæuit. *2.Mac.7.*

Videns Antiochus, quod non poterat ſpoliare Pentapolim ciuitatē, elatus in iram, arbitrabatur ſe iniuriam illorum, qui fugauerant, poſt in Iudæos retorquere. *2.Mac.9.*

Herodes videns quòd illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros, &c. *Mat.2.*

Cùm audiſſent ciues Nazareth Dominum dicentem: Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua, &c. Sequitur, Repleti ſunt omnes in ſynagoga ira. *Luc.4.*

Demetrius quidam argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, conuocatis opi- *Act.19.*

ficibus

ficibus illius artis, dixit: Quia Paulus auertebat multam turbam, dicens: Quoniam non ſunt dij, qui manibus fiunt, &c. His auditis, repleti ſunt ira.

De humilitate. CAP. XCVIII.

Geneſ.16. Dixit Angelus ad Agar: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu ipſius.

Gene.18. Humiliter loquebatur Abraham Dominum dicens: Loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis & cinis.

Geneſ.33. Multum humiliauit ſe Iacob coram Eſau, & ſic compeſcuit iram eius.

Exod.3. Quinquies excuſauit ſe Moyſes, antequàm vellet accipere ducatum populi, quem tamen Dominus imponebat ei, nec acquieuit, donec Dominum intellexiſſet iratum. Vnde textus, Iratus eſt Dominus in Moyſen, &c.

Exod.18 Moyſes vtile conſiliũ pagani hominis non deſpexit, ſed ei humiliter acquieuit.

Num.10. Moyſes videbat ſe habere ducatum Domini ſpecialem, & tamen non dedignabatur rogare Obab filium Raguelis, vt ſecum veniret, & doctor populi eſſet.

Iudith.5. Gedeon Angelo dicente ſibi: Vade, in hac fortitudine tua liberabis Iſr. reſpõdit: Ecce familia mea infirma eſt in Manaſſe, & ego minimus in domo patris mei.

Viri

Viri Ephraim iurgantes fortiter & tumidi contra Gedeonem, ſedati fuerũt per eius manſuetã, & humilem reſponſionem. *Iudith.8.*

Dixerunt omnes filij Iſrael ad Gedeonem: Dominare noſtri tu, & filius tuus quibus ille ait: Non dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus, ſed dominabitur vobis Dominus. *Eodem.*

Humilitatem protendebat Saul in opere & ſermone, antequàm vnctus eſſet in regem, quando quęrebat aſinas patris, & excuſabat ſe apud Samuelem. Et poſtea dictum eſt ei cap.15.eiuſdem: Nónne cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? &c. 1.*Reg.9.*

Dauid, licet per Samuelem eſſet vnctus in regem, tamen de mandato patris portabat victualia fratribus, quibus prælectus fuerat. 1.*Re.17.*

Dauid humiliauit ſe corã Saule, quando debebat fieri gener regis. 1.*Re.19.*

Et coram Deo, qñ ſaltauit ante arcam. Ait enim, Ludã, & vilior fiã pluſquã factus ſum, etiam humilis ero in oculis meis: 2.*Reg.6.*

Et qñ venit Nathan ad eum, nuntians ei voluntatem dñi, de perpetuitate regni. 2.*Reg.7.*

Item & coram ſeruo, audiens quòd malediceret ei Semei. 2.*Reg.16*

Et in multis aliis locis, vt quando Deus 3.*Re.24.*

eum

eum propter peccata corripuit & puniuit.

2.Reg.19 Humiliter reſpondit Miphiboſeth, iniquè accuſatus à ſeruo ſuo, & exhæredatus iniuſtè.

3.Reg.1 Achab rex ſceleratiſſimus Iſr. audiens pœnã ſibi pro criminibus infligendã, humiliatus eſt coram Dño, propter hoc Dominus illã pœnam aliqualiter minorauit.

4.Reg.1. Princeps ille, qui humiliter loquutus eſt ad Eliam, non fuit tactus ab igne ſicut alij duo quinquagenarij, qui venerant ante illum.

4.Reg.2. Veniens ad Iordanem Eliſeus, primò percuſſit aquas nihil dicens, & non ſunt diuiſæ aquæ. Deinde inuocauit nomen magiſtri ſui, & diuiſæ ſunt aquæ.

2.Par.12 Semeias propheta, dixit ad Roboam & principes eius: Hæc dicit dominus, Vos reliquiſtis me, & ego relinquam vos. Qui conſternati dixerunt: Iuſtus eſt dominus. Cumque vidiſſet Dominus quòd humiliati eſſent; factus eſt ſermo Domini ad Semeiam dicens: Quia humiliati ſunt, non diſperdam eos.

2.Par.32 Humiliatus eſt Ezechias poſtquam eleuatũ fuerat cor eius in aduentu nuntiorũ Babylonis, & idcirco non venit ira Domini in diebus illis.

Iudith. 4. & 8. Audientes filij Iſrael, terribilem potentiam

tentiam Holofernis, clamauerunt ad Dominum cum inſtantia magna, & humiliauerunt animas ſuas.

Heſter regina confugit ad Dominum, & corpus ſuum humiliauit ieiuniis, oránſque inter cætera dixit: Tu ſcis Domine, quòd abominor ſignum ſuperbiæ, &c. *Heſter* 14.

Cùm diceret Dñs Ieremiã eſſe prophetã, ille humiliter ſe excuſauit, & ait: Ah, ah, Domine Deus, ecce neſcio loqui, &c. *Iere.* 1.

Nabuchodonoſor ambulans in aula Babylonis, arroganter loquutus eſt, deinde eiectus ab hominibus & in beſtiam mutatus, recuperauit ſenſum, & recognouit, quòd omnes habitatores terræ apud Deũ in nihilum redacti ſunt. *Dan.* 4.

Cum percuſſus eſſet Antiochus adeò inſanabili plaga, ita vt nec ipſe fœtorẽ ſuum ferre poſſet, ait: Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire. 2. *Mac.* 8

Ioſeph humiliter ſe reputans non eſſe dignum conſortio beatæ Mariæ, quam concepiſſe videbat non humano opere, ſed diuino munere hoc factum eſſe credebat, voluit occultè dimittere eam. *Matth.* 1.

In diebus illis, Magis apparet mira fuiſſe humilitas, quando inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. *Matth* 2.

Mat.3. *Luc.3.* *Ioan.1.* Dum tantæ eſſet reputationis Io. Bap. vt populus crederet ipſum eſſe Chriſtum, dixit: Veniet fortior me poſt me, cuius non ſum dignus ſoluere calciamenti, &c.

Matth.3. & 4. Non erubuit Chriſtus, Dei virtus & ſapientia ab eodem themate prædicationem ſuam incipere, à quo ſuam inceperat Io.Bapt.Pœnitentiam agite, &c.

Luc.1. Beata virgo Maria ab angelo tam venerabiliter ſalutata, & mater filij altiſſimi appellata,non ſuperbiit inde,nec ſe vocauit matrem Dei,aut dominã ſed ancillam.

Luc.1. Item non miſit pro Elizabeth cognata ſua,ſed humiliter iuit ad illam.

Eodem. Cùm Elizabeth Spiritu ſancto repleta cognouiſſet,quod factum fuerat, tunc diuinam commendauit miſericordiã & potentiam Maria, dicens:Magnificat anima mea Dominum. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ,&c.

Mat.8. Humiliter & fideliter reſpondit Centurio dicẽs Domino volenti ire ad ſanandum puerum ſuum, &c. Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum.

Luc. 5. Videns Petrus ad præceptũ Domini ſe concluſiſſe multitudinẽ piſciũ copioſam, procidit ad genua eius,dicens. Exi à me, *Mat.8.9.* quia homo peccator ſum domine.

& 17. Saluator noſter publicare miracula

ſua

ſua prohibebat, vt fugere doceret iactantiæ & vanitatis vitium & daret veræ humilitatis exemplum. Sicut patet in leproſo mundato. Et in duobus cæcis ab eo illuminatis. Item in ſurdo & muto ſanato. Matth. 9. Et in ſua transfiguratione dixit: Nemini dixeritis viſionem. Matth. 17.

Cùm dixiſſet Dominus mulieri Chananeæ, Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus, illa mulier dixit: Etiam Domine. nam & catelli, &c. *Matt. 15.*

Quærentibus diſcipulis, quis eſſet maior in regno cœlorũ, reſpondit Dominus: Quicunque humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cœlorum. *Marc. 18*

Exẽplum vel parabolã humilis vrbanitatis induxit Dominus: Cùm inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco. *Luc. 14.*

Ad fugiendam iactantiam, & humilitatem ſectandam, multum valet exemplum, quod inducit Dominus de ſuperbo Phariſæo, & humili Publicano. *Luc 18.*

Humilitas Ioan. Baptiſtæ apparet multipliciter: quia videlicet de ſe humiliter ſentiebat exiſtimante populo, quòd fortè ipſe eſſet Chriſtus. Ioann. 1. Non ſum ego Chriſtus. Item humiliter loquebatur. Ego vox clamantis in deſerto. Negauit ſe eſſe Chriſtum aut prophetam. *Ioan. 1.*

Tum etiam humiliter induebatur pilis camelorum. Humilem habitationem eligebat, Luc. 1. Erat in deſerto, &c.

Matt.3. Et humiliter recuſabat baptizare Dominum, dicens: Ego debeo baptizari à te, & tu venis ad me?

Luc.7.10 Humiliter Maria Magd. & frequenter legitur, ſecus pedes Dñi ſe poſuiſſe, &c.

Ioan.1. & 12. Quærenti Domino, an Petrus diligeret eum plus aliis diſcipulis, reſpondit humiliter, dicens: Tu ſcis Domine quia amo te plus aliis, &c.

Ioan. 12. Præcipua humilitatis exempla accipere poſſumus & debemus in Saluatore noſtro cuius conuerſationem in terris conſiderare poſſumus, quia ipſe concipi voluit in patria deſpecta, videlicet in Galilæa. De *Ioan.7.* qua loquitur: Scrutare & vide, quia propheta à Galilæa non ſurrexit. Vnde admirando dixit Nathanael, A Nazareth poteſt eſſe aliquid boni?

Luc.2. 2. Iterum de humili matre natus fuit, quæ dixit: Reſpexit humilitatem ancillæ, &c.

In domuncula parua & loco humillimo. Reclinauit eum in præſepio, &c.

Luc.2. Item quaſi per annos 30. latuit in mun-*Eodem.*do, ita ꝙ nihil legitur de eo, niſi cum eſſet annorum 12. remanſit in Ieruſalem, & inuentus eſt in templo audiens & interrogans

gans & determinans : cõtra præſumptuoſos, qui nimis feſtinè ad onus docendi prorumpunt. Sequitur ibi, Deſcendit cum Maria & Ioſeph, & erat ſubditus illis. *Luc.2.*

Exinde circa annum 30. ad Ioannem Baptiſtam venit, vt baptizaretur ab eo, non pro eo miſit, contra multos, qui ad minores ſe pergere dedignantur. *Marc.3.*

Item humiles diſcip. elegit, & cũ eis humiliter conuerſatus eſt. Et eos præcipuè de humilitate docuit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde: vnde & filium hominis ſe dicebat ſæpius, quàm filium Dei, licet vtrunque eſſet verum ſecundùm duas naturas in ipſo: tamen ab inferiore frequentius ſe nominabat. *Matt. 4. & 11.*

Humiliter verſatus eſt cum hominibus. Intereſſe voluit pauperibus nuptiis, vbi vinum defecit. Non autem interfuit ſplendidis & diuitibus nuptiis in quibus fiunt frequenter enormes exceſſus. *Matt. 8. 12.20.& 26. Ioan.2.*

Cũ cognouiſſet q̃ venturi erãt, vt raperent eũ, & facerẽt eũ regẽ, fugit in montẽ. *Ioan. 6.*

Didrachma, quaſi ſeruus aut alienus exſoluit. Idem non habebat vbi caput ſuum reclinaret. Luc. 9. *Matt.17. Luc.9.*

Et circumiens ciuitates & caſtella pedes ibat, ita quòd quando fatigatus ex itinere, ſedebat ſuper fontem: & à *Ioan.4.*

muliere Samaritana bibere poſtulabat.
Matt.21. Quando verò venit Ieruſ. nobili vectura vti noluit, nō equum, ſed aſellū habuit.
Ioan.13. Tranſiturus ex hoc mundo ad patrem, relinquere voluit ſpeciale humilitatis exemplum, vt pedes diſcipulorum lauit, & linteo quo præcinctus erat terſit.
Phil.2. Præcipuè autem in paſſione nimis ſeipſum humiliauit, factus obediens vſque ad mortem, non quamcunque, ſed crucis. Quæ erat genus mortis turpiſſimum, vt in Euangeliis omnibus patet.
Ioan.19. De quo notari poteſt, quòd ſuperbi & mundi amatores circa ſeptem verſari ſolent & appetere, vel in adeptis ſpecialiter gloriari, quibus conſtat in cruce Dominum caruiſſe, & contraria habuiſſe. Hæc autem dici poſſunt: Terrena affluentia, mundana ſapientia, carnalis lætitia, popularis fama, turba famulorum, deiectio inimicorum, numeroſitas amicorum. Chriſtus Ieſus autem Dominus noſter in cruce fuit pauperrimus, quia veſtimentis nudatus, Ioan.9. Fuit ſtultus, & inſipiens reputatus. Nam verbum crucis pereuntibus ſtultitia eſt. 1. Cor. 1.
Mat.27. Item diffamatus fuit & ſeductor populi appellatus. Vnde dixerunt de eo principes ſacerdotum. Recordati ſumus, quia
ſedu

ſeductor ille, &c. In cruce inſuper quodammodo fuit victus, quia occiſus inclinato capite tradidit ſpiritum. Ibi etiam amicum nullum habuit. Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. Elongaſti à me amicum & proximum. Item famulis & ſeruitoribus in cruce caruit, vnde dicitur: Diſcipuli relicto eo omnes fugerunt. Pſal. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, &c. *Eſa.63.* *Pſal. 87.* *Matt.27.*

Poſt miraculũ de claudo per Petrum ſanato humiliter loquutus eſt Petrus, non aſcribens factum ſibi, ſed diuinæ virtuti, & per inuocationẽ nominis Ieſu Chriſti, &c. *Act.3.*

Cùm introiſſet Cæſaream Petrus, obuiam venit ei Cornelius, & procidens, Surge, & ego ipſe homo ſum, ait Petrus, eleuans Cornelium. *Act.10.*

Audientes Paulus & Barnabas, ꝙ homines de ciuitate Lyſtris dicebant eos eſſe deos, & eis ſacrificare volebant: conciſis tunicis, exilierunt in turbas clamantes, & dixerunt eis: Viri, quid hoc facitis? & nos mortales ſumus, &c. Tandem vix ſedauerunt turbas, ne ſibi immolarent. *Act.14.*

Paulus manibus operabatur, vt haberet neceſſaria ſibi & ſociis, propter quòd etiã morabatur cum Aquilla & Priſcilla, qui erant artis ſcenofactoriæ ſicut & ipſe. *Act.18.*

Act. 20. Alibi dicit: Ad ea quæ mihi opus erant & his qui mecũ ſunt, miniſtrauerunt, &c.

1.*Cor.* 1. Humiliter de ſe ſentiebat Paulus qui fratrum orationibus confidebat. Adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, ait.

Rom. 15. Orationes aliorũ ſolicitè poſtulauit, vnde ait: Obſecro vos fratres per Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum, & per charitatẽ ſpiritus S. vt adiuuetis me in orationibus.

1. ad Cor. 4. & Theſſal. 4. Verbis etiam ſuis veram humilitatem interius indica-

1.*Cor.* 15 bat. Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, &c.

1.*Tim.* 1. Et Ieſus venit in hunc mundũ peccatores ſaluos facere, quorum primus ego, &c.

Rom. 1. Item ad humilitatem alios ſolicitè inducebat: ait enim: Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Et ad Philipp. 2. In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes; &c.

De ſuperbia. CAP. XCIX.

Gen. 3. EVa propter appetitum excellentiæ cùm audiſſet à ſerpente, Eritis ſicut dij: de ligno vetito comedit.

Gen. 11. Superbia volentium ædificare turrim vſque ad cœlum, damnata fuit per confuſionem linguarum.

Gen. 16. Agar ancilla Sarai concepiſſe ſe videns, dominam ſuam deſpexit.

Nimis

Nimis ſuperbè reſpōdit Pharao, quando dixit: Neſcio dominum, & Iſrael non dimittam, ſed in mari ſubmerſus. *Exod.* 5. & 15.

Rebellio Chore & aliorum facta contra Moyſen, ex ſuperbia proceſſit. Nam dixit illis Moyſes: Multum erigmini filij Leui, Quibus mala ceſſit. *Num.* 16.

Percuſſus Abimelech à muliere, vocauit armigerum ſuum & ait ei: Percute me, ne dicatur, quia à fœmina interfectus ſum. Et male periit. *Iudic.* 9.

Saul petiit à Samuele, vt eum coram ſenioribus populi honoraret. 1. *Re.* 15.

Grauiter fuit punitum elationis peccatum, quando Dauid fecit numerari populum ſibi ſubiectum. 2. *Reg.* 14

Libido, quam habuit Ieroboam dominandi, timens ne populus reuerteretur ad domum Dauid, fecit eum excogitare vitulos aureos, quos fecit à populo adorari, & maluit eos recedere à Deo ſuo, quàm à dominio ſuo. 3. *Re.* 12.

Superbè nimis nunciari fecit Ezechiæ rex Aſſyriorū dicens ꝙ neq; Deus, neque homo poſſet eum liberare de manu ſua. 4 *Re.* 19.

Poſt victoriam obtentam de Arphaxat rege Medorum, exaltatum eſt regnum regis Nabuchodonoſor Aſſyriorum, & cor eius eleuatum eſt. *Iudit.* 1.

Iudith. 1. *& 3.* Præceperat Nabuchodonoſor Holoferni, vt omnes deos terræ exterminaret, vt ipſe ſolus Deus diceretur ab his regionibus quæ potuiſſent Holofernis poteſtati ſubiugati, ſed male ceſſit.

Heſter 3. 5. Videns ſuperbus Aman, quòd Mardochæus ipſum adorare nolebat, ſuaſit regi, vt totus Iudæorum populus deleretur.

Eod. m. Aman ſuperbiſſimus volebat coram ſe genu flecti, & ab hominibus adorari. Sed notabile eſt, quòd illa ſuperbia tot mala in ſeipſa cauſauit, vt iratus & indignans exiſteret, & omnia alia quæ habebat, quaſi nihil reputaret.

Eſa. 3. Signa ſuperbiæ deteſtatur Dominus per Eſaiam dicens: Pro eo quòd eleuatæ ſunt ſuperbæ filiæ Sion, & ambulauerunt collo extenſo, &c. Decalcauit Dominus, verticem filiarum Sion.

Eſa. 14. De Nabuchodonoſor intelligitur ad literam illud Eſaiæ: In cœlum aſcendam dicebat, &c. ſimilis ero Altiſsimo. Verumtamen ad inferna detraheris.

Eſa. 16. De Moab dicitur: Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde, ſuperbia eius & arrogantia eius, indignatio eius, pluſquam fortitudo eius. Idcirco vlulabit Moab.

Dan. 5. Quoniã eleuatum fuit cor Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſpiritus illius obfir

obfirmatus eſt ad ſuperbiam, depoſitus eſt de ſolio ſuo & gloria eius ablata eſt.

Balthaſar filius Nabuchodonoſor Rex Babylonis non humiliauit cor ſuum, ſed aduerſus dominatorem cœli eleuatus eſt: & ideo interfectus eſt, & Darius Medus ſucceſſit in regno. *Eodem.*

Antiochus aſcendit Ieroſol. in multitudine graui, & intrauit in ſanctificationem cum ſuperbia, & accepit altare aureũ, &c. 1. *Mac.* 1.

Sero princeps exercitus Syriæ ait: Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno, Et contriſtatus eſt. 1. *Mac.* 3.

Dixerunt illi, quos dimiſit Iudas Machabæus ad cuſtodiam terræ, dum iret ad prælium: Faciamus nomen, & eamus pugnare contra gẽtes, &c. Et male ceſſit eis. 1. *Mac.* 5.

Cum audiſſet Nicanor holocauſta, quæ offerebantur à Iudæis pro rege, irridens ſpreuit & loquutus eſt ſuperbè. Et cecidit primus in præiio. 1. *Mac.* 7

Antiochus æſtimabat ſe præ ſuperbia terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum deducturum, propter mentis elationem, ſed aliter euenit. 2. *Mac.* 5

Nicanor veniens ad pugnandum contra Iudam & ſocios eius, ita credebat eſſe ſecutus de victoria, quòd vendebat Iudæos antequam in campo videret eos. 2. *Mac.* 8

Sed

Iudith. 1. & 3. Præceperat Nabuchodonoſor Holoferni, vt omnes deos terræ exterminaret, vt ipſe ſolus Deus diceretur ab his regionibus quæ potuiſſent Holofernis poteſtati ſubiugati, ſed male ceſſit.

Heſter 3. 5. Videns ſuperbus Aman, quòd Mardochæus ipſum adorare nolebat, ſuaſit regi, vt totus Iudæorum populus deleretur.

Eod.m. Aman ſuperbiſſimus volebat coram ſe genu flecti, & ab hominibus adorari. Sed notabile eſt, quòd illa ſuperbia tot mala in ſeipſa cauſauit, vt iratus & indignans exiſteret, & omnia alia quæ habebat, quaſi nihil reputaret.

Eſa. 3. Signa ſuperbiæ deteſtatur Dominus per Eſaiam dicens: Pro eo quòd eleuatæ ſunt ſuperbæ filiæ Sion, & ambulauerunt collo extenſo, &c. Decalcauit Dominus, verticem filiarum Sion.

Eſa. 14. De Nabuchodonoſor intelligitur ad literam illud Eſaiæ: In cœlum aſcendam dicebat, &c. ſimilis ero Altiſsimo. Verumtamen ad inferna detraheris.

Eſa. 16. De Moab dicitur: Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde, ſuperbia eius & arrogantia eius, indignatio eius, pluſquam fortitudo eius. Idcirco vlulabit Moab.

Dan. 5. Quoniá eleuatum fuit cor Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſpiritus illius obſir

obfirmatus eſt ad ſuperbiam, depoſitus eſt de ſolio ſuo & gloria eius ablata eſt.

Balthaſar filius Nabuchodonoſor Rex *Eodem.* Babylonis non humiliauit cor ſuum, ſed aduerſus dominatorem cœli eleuatus eſt: & ideo interfectus eſt, & Darius Medus ſucceſſit in regno.

Antiochus aſcendit Ieroſol. in multitu- 1.*Mac.* 1. dine graui, & intrauit in ſanctificationem cum ſuperbia, & accepit altare aureũ, &c.

Sero princeps exercitus Syriæ ait: Fa- 1.*Mac.* 3. ciam mihi nomen, & glorificabor in regno, Et contriſtatus eſt.

Dixerunt illi, quos dimiſit Iudas Ma- 1.*Mac.* 5. chabæus ad cuſtodiam terræ, dum iret ad prælium: Faciamus nomen, & eamus pugnare contra gẽtes, &c. Et male ceſſit eis.

Cum audiſſet Nicanor holocauſta, quæ 1.*Mac.* 7 offerebantur à Iudæis pro rege, irridens ſpreuit & loquutus eſt ſuperbè. Et cecidit primus in prælio.

Antiochus æſtimabat ſe præ ſuperbia 2.*Mac.* 5 terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum deducturum, propter mentis elationem, ſed aliter euenit.

Nicanor veniens ad pugnandum con- 2.*Mac.* 8 tra Iudam & ſocios eius, ita credebat eſſe ſecutus de victoria, quòd vendebat Iudæos antequam in campo videret eos.

Sed

Sed ei male ſucceſſit.

2. Mac. 9 Fugatus turpiter Antiochus de Perſide, ſuperbe loquutus eſt, ſe venturum Ieroſolymam, & congeriem ſepulchri Iudęorum eam facturum: ſed Deus percuſsit eum inſannabili plaga.

2. Ma. 15 Nicanor Iudæis dicentibus: Eſt dominus potens in cœlo qui iuſſit agi diem ſeptimum. Et ego inquit, potens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma & negotia regis impleri, ſequitur: Et in ſumma ſuperbia erectus, cogitauerat cõmune trophæum ſtatuere de Iuda, Sed citò ruit cũ armis ſuis.

Luc. 10. Cùm dixiſſent diſcipuli: Domine etiã dęmonia ſubiiciuntur nobis in nomine tuo, compeſcuit eos dominus dicens: Videbam Sathanan ſicut fulgur cadentem de cœlo, &c. In hoc tamen nolite gaudere.

Luc. 18. Superbia Phariſæi, qui ſe iactabat, & proximum condemnabat, damnatur.

Act. 12. Statuto die Herodes veſtitus veſte regali, ſedit pro Tribunali, & concionabatur ad populum. Populus autem acclamabat, Dei voces, & non hominis. Confeſtim autem percuſsit eum Angelus domini, eo quòd non dediſſet gloriam & honorem Deo, & conſumptus à vermibus expirauit.

De

De iactantia. CAP. C.

GAal filius Obed, dicebat ſociis: Quis eſt Abimelech, & quæ eſt Sichem, vt ſeruiamus ei? Vtinam daret aliquis populum iſtum ſub manu mea, &c. *Iudic. 9.*

Samſon leonem manibus inermis lacerauit, nec tamen tantam probitatem indicare voluit. *Iudic. 14.*

Goliath Philiſthæus exprobrauit exercitui Iſrael, vt aliquis veniret cum eo ad ſingulare certamen. *1. Reg. 17*

Adonias filius Hagith eleuabatur dicens: Ego regnabo. Sed paſũ durauit, &c. *3. Reg. 1.*

Benadad Rex Syriæ, miſit nuntios regi Iſrael, & ait: Hoc faciant mihi dij, & hoc addant, ſi ſuffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi, qui ſequitur me: ſed pulchrè reſponſum eſt ei, Ne glorietur accinctus, æquè vt diſcinctus, &c. *3. Reg. 20.*

Grandia verba & ſuperbia dixit Rapſaces ex parte regis Aſſyriorũ dicens: Nunquid liberauerunt dij gentium terram ſuam de manu regis Aſſyriorum? &c. *4. Reg. 18*

Holofernes dixit Achiori: Cùm percuſſerimus oẽs, quaſi hominẽ vnũ, tunc etiam ipſe cum illis Aſſyriorum gladio interibis. *Iudith. 8.*

Aman inuitatus ad conuiuium Heſter vocauit amicos & vxorem ſuam, & expoſuit illis magnitudinẽ diuitiarum ſuarum *Heſter. 5. 7.*

rum & filiorum, & quando apud reginam ſolus cum rege prandere debebat. Sed nota, quòd ſuſpenſus fui in craſtino, in eadem trabe, quam parauerat Mardochæo.

Eliu dixit multa verba iactantiæ. Iob 32. Oſtendam vobis ſapientiam meam.

Eſa.10. Aperuit Eſa. verba regis Aſſyr. In fortitudine manus meæ feci, & in ſapiētia mea intellexi, &c. Non fuit qui moueret pennam, & aperiret os ſuum & ganniret, &c.

Eſa.14. De Nabuchodonoſor intelligitur ad literam illud Eſaiæ: Dicebas in corde tuo. In cœlum conſcēdam, ſupra aſtra Dei exaltabo ſolium meum, & ſimilis ero altiſſimo.

Iere. 48. Per Ieremiam dicitur de Moab: Sublimitatem eius & arrogantiam eius: quòd non ſit iuxta eam eius virtus, &c.

Dan.3. Nabuchodonoſor Rex Babylonis dixit tribus ſociis Danielis, qui noluerunt ſtatuam eius adorare: Quis eſt Deus qui eripiat vos de manu mea?

Dan. 4. Deambulans in aula Nabuchodonoſor, ait: Non hæc eſt Babylon ciuitas magna, quam ædificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cúmque adhuc ſermo eſſet, vox de cœlo ruit, &c.

1.*Mac.* 3 Audiuit Seron quòd congregauit Iudas eccleſiam fidelium, & ait: Faciam mihi nomen,

nomen, & debellabo Iudam, ſed ipſe contrà fuit cito debellatus ab eo.

Demetrius filius Demetrij miſit ad Ionathã, dicens Deſcende ad nos in cãpum, & comparemus illic inuicẽ, quia mecũ eſt virtus bellorum. Interroga, & diſce, quis ſum, &c. Sed paulò poſt male ſucceſſit ei. *1.Mac.10*

Nicanor pugnaturus contra Iudã vocauit negotiatores, promittens ſe daturum pro vno talento 90. mancipia Iudæorum. *2.Mac.8*

Multitudine ad arma concurrente fugatus eſt turpiter Antiochus de Perſepoli ciuitate Perſidis, & ſuperbè loquutus eſt, dicens ſe venturum Ieroſol. & congeriem ſepulchri Iudæorum eam facturum. *2.Ma.9.*

Nicanor interrogauit Iudæos ſi eſt potens in cœlo qui imperauit diem Sabbatorum. Reſpondentibus illis Dominus potens in cœlo, qui conſtituit diem ſeptimum, ait: Et ego potens ſum ſuper terram, &c. Vt ſupra præc.ca, *2.Ma.15*

Petrus valde audacter dixit Domino: Etſi omnes ſcandalizati fuerint, ſed non ego. Sed poſtea longè aliter accidit. *Matt.26. Marc.14 Luc. 22.*

Qui ſe iactant & dilatant, maximè ſi mentiuntur, diabolum ſpecialiter imitantur, qui dixit, quum oſtendiſſet domino omnia regna mundi: Mihi tradita ſunt omnia, & cui volo do illa. *Ioan.17. Matt.4. Luc. 4.*

Con

Luc. 18. Contra iactantes ſe, & arrogantes, inducit dominus exemplum illius Phariſæi, dicentis: Non ſum ſicut cæteri hominum, velut etiam hic Publicanus.

Ioan. 9. Magnæ arrogãtiæ verba dixerũt Phariſæi cæco nato, quẽ dominus illuminauit, & illes rationabiliter cõfundebat, In peccatis natus es totus, & tu doces nos?.

Ioan. 19. Arroganter nimis dixit ſaluatori Pilatus. Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatẽ habeo dimittere te.

De electionibus. CAP. CI.

Exod. 18. CONſilio Iethro ſacerdotis Madian Moyſes vſus humiliter elegit iudices, ſeu prælatos minores: viros potentes & timentes dominum, in quibus erat veritas, & qui oderant auaritiam.

Num. 17. Præceperat dominus Moyſi, vt tolleret 12. virgas iuxta numerũ tribuum filiorum Iſra. & nomen Aaron erat in tribu Leui, quas quũ poſuiſſet in tabernaculo, ſequẽti die inuenit virgam Aaron germinaſſe.

Num. 27 Moyſes aduertens ſe iuxta voluntatem domini moriturũ, orauit dominũ deuotè, dicens: Prouideat dominus Deus ſpiritum omnis carnis, hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc, &c. Ordinauit autem dominus quòd Ioſue filius non eſſet ſucceſſor ipſius, & dux populi, loco eius, &c.

Volens

Volens Moyſes vlciſci Iſrael de Madianitis, ait: Mille viri de ſingulis tribubus, eligantur ad bellum. *Num.* 31.

Poſt mortẽ Ioſue conſuluerunt filij Iſrael dominum, dicentes: Quis aſcẽdet ante nos, & erit dux belli? dixitque dominus, Iudas aſcendet, &c. *Iudic.* 1.

Videntes filij Iſrael, quòd Gedeon ſtrenuè pro eis pugnauerat, dixerũt omnes ad eum: Dominare noſtri, &c. *Iudic.* 8.

Maiores natu de Galaad, perrexerunt ad Iephthe, dixeruntque ad eum: Veni & eſto princeps noſter, & pugna contra filios Ammon. *Iudic.* 11.

Erat vir de Beniamin, nomine Cis, & ei filius vocabulo Saul electus, & bonus, & non erat vir de Iſrael melior illo, &c. hunc reuelauit dñs Samueli eligendum fore, & inungendum ſuper populum Iſrael. 1. *Reg.* 9.

De mandato domini ſpeciali iuit Samuel in Bethlehem, & vnxit Dauid filium Iſai in regem ſuper Iſrael & Ieruſalem. 1. Reg. 16

Mortuo autem Saule venerunt viri de tribu Iuda, & vnxerunt Dauid in regem. 2. Reg. 2

Deinde vniuerſæ tribus Iſrael venerunt ad eum, & vnctus eſt in regem ſuper totum populum Iſrael. Vnde ipſe dicit in Pſalmis: Elegit Dauid ſeruum ſuum. Et alibi: Placuit domino, vt me eligeret re- 2. Reg. 5. *Pſal.* 77. 1. *Par.* 11. *&* 28.

gem ſuper cunctum populum Iſrael.

Eodem. Appropinquans morti Dauid, dixit maior.bus Iſiael, De filiis meis elegit, dominus Salomonem, vt ſederet in throno regni domini ſuper Iſrael.

2 *Reg.* 11 Terribili iudicio Dei aſſumptus fuit Ieroboam, vt eſſet rex ſuper decem tribus Iſrael: & tamen occaſio fuit populo recedenti à Deo.

4. *Re.* 10. Scripſit Iehu literas & miſit in Samaria ad optimates ciuitatis: Eligite meliorem, & eum, qui vobis placuerit de filiis dñi veſtri, & ponite eum ſuper ſolium patris ſui, & pugnate pro domo Domini veſtri.

1 *Mac.* 9. Congregati ſunt oẽs amici Iudæ, & dixerunt Ionathę: Ex quo frater tuus defunctus eſt, vir ſimilis ei non eſt, qui exeat contra inimicos noſtros. Nunc itaque te elegimus eſſe, pro eo, nobis in principem & ducem ad bellandum bellum noſtrum.

Mat. 10. *Luc.* 6. Vocauit dominus diſcipulos ſuos & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominauit.

Act. 1. Poſt aſcenſionem Domini, diſcipuli ſtatuerunt duos, ſcilicet, Ioſeph & Mathiam, & orantes dixerunt: Tu Domine qui noſtri corda omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum miniſterij huius Apoſtolatus.

Sermo,

Sermo, quem dixerunt Apoſtoli, placuit omni multitudini, & elegerunt Stephanũ virum plenum fide & ſpiritu ſancto, & Philippum, &c. *Act. 6.*

Miniſtrantibus diſcipulis Domino, & ieiunantibus, dixit illis ſpiritus ſanctus, ſegregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. *Act. 13.*

De bonis principibus & prælatis.

CAP. CII.

Bonus prælatus Moyſes multoties intrauit ad Pharaonem, pro cauſa pop. vt eum liberaret de Ægyptiaca ſeruitute. *Exo. 6. 7.*

Populum timentem Moyſes confortabat dicẽs: Nolite timere, dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Ore quidẽ verba dicebat, ſed corde, dominum exorabat, ſicut apparet ibi. *Exod. 14.*

Clamabat pro populo ad Dominum Moyſes, quando murmurabat populus contra eum. *Exod 15.*

Omnia debet retorquere ad Dominum bonus prælatus. Vnde dicebat Moyſes: Nos enim quid ſumus? Nec eſt cõtra nos murmur veſtrum, ſed contra Dominum. *Exod. 16*

Cùm pugnaret Iſr. cõtra Amalech non iuit Moyſes ad præliũ ſed tm̃ Ioſue miſit famulũ ſuũ, & tamen erat ex parte ipſius iuſtiſſimum bellum: ipſe verò ſtans in ver- *Exod. 17.*

tice colliū, ad orandum dñm ſe conuertit.

Exod.24 Receſſurus à populo Moyſes, & iturus ad montem bonos vicarios dereliquit, videlicet Aaron & Hur.

Exod.32 Videbatur velle dñs cōfundere & delere pop. peccatorem, & promittebat Moyſi magnum ſtatum & honorē. Et tñ Moyſes pro populo ſuo inſtanter orabat. Et nota quanta ſeueritate populum puniuit, pro quo Deum tamen inſtanter orabat.

Num.7. Moyſes adſtribuit Leuitis duodecim boues & ſeptē plauſtra, quos obtulerant principes tribuum filiorum Iſrael, ſed nihil dederat filiis Caath, licet eſſet magis propinqui, quia propriis humeris, omnia portare debebant.

Num.11. Deſiderabat Moyſes, quòd omnes de populo prophetarent, licet honor ſuus minui videretur.

Num.14. Poſt reditum exploratorū dixit dñs ad Moyſen: Quouſque detrahet mihi populus iſte? Feriā ergo peſtilentia, te quoque faciā principē ſuper gentem magnam & fortiorem quā hic eſt, ſed noluit Moyſes ad maiorem transferri prælationem.

Num.16. Pereunte populo, pro murmure & tumultu, quem faciebat contra Moyſen & Aaron, dixit Moyſes ad Aaron: Tolle thuribulum, & hauſto igne de altari, mitte

mitte incenſum: pergens citò ad populum, vt roges pro eis.

Moriturus Moyſes ſolicitè rogauit Dñm vt populo de duce idoneo prouideret. Nullũ verò in ſpeciali voluit nominare. *Num. 27.*

Seruiuitque Iſrael Dño cunctis diebus Ioſue, &c. Bonus enim prælatus multũ cõfert ad populum, in via Dñi dirigendum. *Ioſue 24.*

Samuel Iudicabat Iſrael, & ibat circumiens Bethel & Galgala & Maſphat, vt homines, qui eo indigebant facilius poſſent ad ipſum habere acceſſum. *1. Reg. 7.*

Dixit Samuel ad populum, Abſit à me hoc peccatum, vt ceſſem orare pro vobis, & docebo vos viam bonã & rectam. *1. Reg. 12*

Videns Dauid Angelum percutientem populum, obtulit ſe pro eo percutiendum. Vertatur, inquit, obſecro, manus tua contra me, &c. *2. Reg. 24*

Audiuit omnis Iſrael iudicium quod iudicaſſet rex Salomon de duabus mulieribus: & timuerunt regem, videntes ſapientiam Dei eſſe in eo. *3. Reg. 3.*

Signum eſt quòd Dominus diligit populum quando dat ei bonum prælatum. Vnde regina Saba dixit: Quia diligit Deus Iſrael, idcirco poſuit te regem ſupra eum, vt facias iudicium atque iuſtitiam. *2. Reg. 10* *2. Reg. 9.*

Volens Dñs tradere regẽ Syriæ in ma- *1. Reg. 20*

nu regis Iſraël, mandauit ei per prophetā quòd ipſe rex debebat incipere præliari.

4.Reg.12 Quandiu vixit Ioiada pontifex, Ioas rex Iuda fuit bonus, quo mortuo multa mala fecit.

2.Pa.24. Ezechias rex Iuda, fecit ſerpentem æneum confringi, eo quòd eſſet populo idololatrandi occaſio.

4.Reg.18 2.Par.19 Ioſaphat rex Iuda conſtituit iudices ſuper pop. & eos valdè fideliter & prudēter inſtruxit. Videte inquit, quid facitis?

2.Par.30 Perrexerunt curſores cum epiſtolis ex regis imperio Ezechiæ & principum eius, in vniuerſum Iſrael, & Iudam prædicantes: Reuertimini ad Dominum, &c.

1.Eſd.30. Orante Eſdra & flente pro tranſgreſſione populi, collectus eſt ad eum cœtus magnus virorum ac mulierum, & fleuit populus multo fletu ad exemplum eius.

Iudic.4. Audita Holofernis potentia Eliachim magnus ſacerdos, circumiuit omnem Iſr. alloquutus eos, dicens: Scitote, quoniam exaudiuit Dñs preces noſtras, ſicque populum bonis exhortationibus cōfortabat.

Eſa.22. Bonus prælatus debet eſſe, quaſi bonus pater populi ſibi commiſſi. Nam de Eliachim, quem cōſtituit Dominus loco Sobnæ præpoſiti, dicitur apud Eſaiam: Erit quaſi pater habitantium in Ieruſalem.

Mortuo Iuda Macha. emerſerunt iniqui in omnibus finibus Iſr. & exhortati ſunt omnes, qui operabãtur iniquitatem. In diebus illis facta eſt fames, &c. *1.Mac.9.*

Cũ crederetur occiſus Ionathas à Tryphone, quæſierunt omnes gẽtes, quæ erãt in circuitu Iudæo. conterere eos. Dixerunt enim: Non habent principẽ & adiuuantẽ, nunc ergo expugnemus eos, & tollamus de hominibus memoriam eorum. *1.Mac.12*

Cauſa pacis & boni ſtatus ſanctæ ciuitatis pulchrè dicitur fuiſſe prudẽtia & pietas Oniæ ſummi ſacerdotis & bonitas ſubditorum. *2.Mac.3.*

Bene reſtitit Onias Heliodoro, volenti ſpoliare templum & depoſita viduarum & pupillorum auferre. *Eodem.*

Saluator noſter Dñs Ieſus, vbi ſe bonum paſtorem dicit, ſtatim cauſam ſubiungit dicens: Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus. Et poſt pauca, Animam meam pro ouibus meis pono. In quo dat intelligere, quid exigatur ad hoc, quòd aliquis bonus paſtor vocari mereatur. *Ioan.10.*

Quando Saluator noſter poſt reſurrectionem ſuã, voluit gregẽ Eccleſiæ Petro committere, primò probauit eum dicens: Simon diligis me plus his? Et nota quòd examinauit eum de dilectione, non de *Ioan.2.*

cognitione. De practica verò, non de theorica: de facto verò, non de iure.

Ibid. Item non ſolùm interrogauit ſimpliciter an eum diligeret, ſed ter dicit: Si diligis me. Addit ter, Paſce oues meas, non tōde vel occide. Bonus enim prælatus cōmiſſum ſibi gregem debet paſcere verbo, & exemplo, & temporali ſubſidio.

Act. 2. Videns Petrus Iudæos admirantes, & malè de diſcipulis ſentientes, eleuauit vocem & loquutus eſt eis: Viri Iudæi, &c. Vbi gregem ſuum conſtanter defendit, & aduerſarios ſalubriter ſuperauit.

Ioan. 13. Conſiderari poteſt hic de Paulo Apoſt. eximiæ bonitatis prælato. Ad bonum enim prælatum ſpecialiter & ſummè pertinet dilectio, quam habere debet ad ſubditos. Sicut diligebat paſtor ille optimus princeps paſtorum, qui poſuit animam ſuam pro ouibus ſuis. Qui cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.

2. Cor. 12. Paulus autem miro modo ea dilectione feruebat. Vnde dicebat: Ego libentiſſimè impendam, & ſuperimpēdar ipſe pro animabus veſtris: licet plus vos diligens minus diligar à vobis. Et ad Philip. 4. Fratres mei chariſſimi, &c.

Philip. 4. Iterum debet in eo eſſe ſcientia ſcriptu-
Sap. 6. ræ. Diligite lumen ſapientiæ, omnes, qui

præ

præſtis populis. Alioquin quomodo poſſet lepram à non lepra diſcernere, vel cõmiſſum ſibi populum iudicare?

Ipſe verò Paulus de diuinis & humanis excellentiſſimam cognitionem habebat, qui paruulis in Chriſto lac potum dabat, & inter perfectos ſapientiam loquebatur. *1 Cor. 2. 3*

Quippe qui fuit raptus vſque ad tertium cœlum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. *2. Cor. 12.*

Ex amore verò ſubditorum, & notitia ſcripturarum ſolicitudo in præſidẽte cauſatur. Qui præeſt in ſolicitudine. *Rom. 12.*

Qua quidem ſolicitudine Paulus erga proximos ardentiſſimè fungebatur, propter quod ait: Præter illa quæ extrinſecus ſunt inſtantia mea quotidiana ſolicitudo omnium Eccleſiarũ. Itẽ & alibi: Volo enim vos ſcire qualẽ ſolicitudinem habeã pro vobis. Ex prædictis tribus debet ſequi inſtructio peritorum. Vnde promittit Dominus, Dabo vobis paſtores iuxta cor meum qui paſcent vos ſcientia, &c. *2. Cor. 11* *Coloſſ. 2.* *Iere. 3.*

Iuxta id, quod dixit Artaxerxes Eſdræ & iudicibus populi: Imperitos docere liberè. Et hoc profectò liquet feciſſe Paulum doctorem gentium, qui verbo, vel ſcripto docuit vniuerſum mundum. Doctor gentiũ in veritate, & fide. Et 2. Cor. 2. *1. Eſd. 7.* *1. Theſ. 2.*

Odorem notitiæ ſuæ Deus per nos manifeſtat in omni loco,&c. Et ad hæc: quis tam idoneus?

Exod. 18 Debet etiam bonus prælatus officia diſponere inter ſubditos, & ordinare ſicut Moyſes, qui cõſilio Iethro inſtituit in populo cẽturiones, quinquagenarios, & decanos. Paulus quoque in Eccleſia ſimilia
*1.Cor.*11. faciebat. Cætera autẽ cùm venero diſponam.
*Tit.*1. Propter quod dicebat. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt quæ deſunt pergas corrigere & conſtituas oppidatim preſbyteros, ſicut ego tibi,&c.

*Exod.*14 Item debet puſillanimes & timidos animare ſicut fecit Moyſes, quãdo dixit populo paueſcenti: Nolite timere, Dominus pugnabit pro vobis: Et hoc vtique Paulus optimè faciebat. Confortamini in Domi-
*Epheſ.*6. no & in potentia virtutis eius, & induite vos armaturã Dei,&c. Idem, Recogitate
*Heb.*12. eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum cõtradictionem, vt non fatigemini animis veſtris deficientes.

Item in bono prælato debet eſſe defen-
*1.Mac.*3. ſio oppreſſorum: ſicut Onias ſummus ſacerdos, qui conſtanter reſtitit Heliodoro, volẽti tẽplum Dñi ſpoliare. Quam viriliter autẽ Paulus teſtiterit pſeudo Apoſto-
*Cor.*12. lis Iudæis, patet in Actibus, & ad Corinth.

In

In quo quis audet, audeo & ego. Et ideo 2.*Cor.*9.
dicebat ſe pugnare. Sic pugno non quaſi
aërem verberans. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, &c. 1.*Tim.* 4.

Præterea debet eſſe conſolator afflictorum velut Eliachim, cùm Holofernes Bethuliam, obſediſſet. Paulus autem non erat inferior in hac parte, vnde ait: Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt Pater miſericordiarum, & Deus omnis conſolationis, conſolans nos in omni afflictione noſtra, vt poſſimus conſolari eos, qui ſunt in quauis afflictione. Et ad Hebræos: Rogo vos fratres vt ſuſſeratis verbum ſolatij. Verba enim cõſolatoria habuit maximè ad Philip. & Theſſ. vt patet intuenti. *Iudic.*4. 2.*Cor.*1. *Hebr.*13.

Debet inſuper bonus prælatus pigros & tepidos excitare, quod fecit patriarcha Iacob, qui audiẽs. ꝙ alimenta venderẽtur in Ægypto, dixit filiis ſuis. Quare negligitis? Et hoc ſtrenuus & vigil Paulus optimè nouerat facere, Hora eſt iam, nos de ſomno ſurgere. Surge qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus. Et Tim. Admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum. *Geneſ.*42. *Rom.* 13. *Epheſ.*5. 2.*Tim.* 1.

Item debet indigentibus pro poſſibilitate 4.*Reg.*

tate ſua quantũ ad neceſſaria ſubuenire. Exemplũ eſt de hoc in Eliſeo, qui quinq; panes, fecit diſtribui filiis prophetarum.

Act. 20. Quod & Paulus diligenter implebat, memor illius verbi, Beatius eſt magis dare quam accipere: prout ipſe refert. Cùm verò non habebat quod dare poſſet, ab aliis ſolicitè procurabat: & hoc optime appa-

1. *Cor.* 16. ret ad Corint. De collectis autem, &c. Et

2. *Cor.* 9. alibi, Qui parce ſeminat, parce metet.

Itē ad eũ pertinet ſuperbos & tumidos

Num. 16. refrenare & humiliare. Quod volēs facere Moyſes, increpando dicebat? Multum erigimini filij Leui. Samuel etiam dixit

1. *Reg.* 15 Sauli. Quare non audiſti vocem Dñi? &c.

1. *Cor.* 4. In hac ergo arte Paulus erat valdè peritus. vnde ait: Tanquã quaſi non venturus ſim ad vos, inflati ſunt quidam: Veniã autem ad vos citò, ſi Dominus voluerit, & cognoſcam, non ſermonem ipſorum, qui

1. *Tim.* 6. inflati ſunt, ſed virtutem. Et alibi, Diuitibus huius ſeculi præcipe nõ ſublime, &c.

1. *Reg.* 7. Rurſus etiã bonus prælatus diſtantes, & ad eũ accedere non valētes debet perſonaliter viſitare. Quod bene Samuel adimplebat, qui ibat circumiens Bethel &

Rom. 16. Galgala & Maſphat, & iudicabat Iſraëlem. Et quis hoc vnquam exercuit ſicut Paulus qui ab Ieruſalem, vſque ad Illyricum,

ticum, repleuit Euangelium Chriſti, ita quòd viam ſuam quendam curſum nominauit. Et ſic curro non quaſi in incertũ, Et iterum: Curſum conſummaui. Item debet delinquentes & tranſgreſſores punire ſicut fecit Moyſes, quando populus vitulum conflatilem adorauit. In hac etiam parte Paulus negligens non erat: ſed dicebat: Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Deo, &c. Sequitur, In promptu habentes vlciſci aduerſus omnem inobedientiam. Et, quid enim vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & in ſpiritu lenitatis?

1. Cor. 9. *2. Tim. 4.* *Exod. 32.* *2. Cor. 10* *1. Cor. 4.*

Itẽ bonus prælatus debet contumaces de populo, & peſtiferos extirpare ſicut fecit Moyſes de Chore, & his qui adhæſerunt ſibi. Tu, inquit, & omnis congregatio tua ſtare ſeorſum. Deinde dixit ad alios: Recedite à tabernaculis horũ hominum impiorum. Paulus de illo, qui tenebat nouercam ſuam, ait: Ego iudicaui tradere huiuſmodi hominẽ Sathanæ in interitum carnis. Et pòſt: Expurgate vetus fermentum. Hyemenæum & Alexãdrum tradidit Sathanæ, vt diſcerent non blaſphemare.

Num. 16. *1. Cor. 6.* *1. Tim. 1.*

Poſtremo debet pro vniuerſis orare ſicut faciebat Moyſes. Is orabat Dominum. Et Samuel, Abſit à me hoc pecca-

Exod. 32 *1. Reg. 12*

tum,

tum, vt eeſſent orare pro vobis.

Rom. 1. Hoc autem Paulus diligentiſſimè adimpleuit. Sine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis.

1.*Theſ.* 1. Et Theſſalon. Oramus ſemper pro vobis, vt Deus dignetur vos vocare.

1.*Tim.* 2. Item hoc ipſum fieri hortabatur, dicẽs: Obſecro igitur primum omniũ fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, &c.

De malis principibus & prælatis.

CAP. CIII.

Exod. 32. DIxit Moyſes ad Aaron: Quid tibi fecit populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum? quaſi diceret, multum peccat prælatus in ſubditos, quando eorum prauæ acquieſcit voluntati.

Num. 25. Præcepit Dominus Moyſi dicens. Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis.

1.Reg. 2. Malè corripuit Heli filios ſuos, quia multũ diſplicuit Domino. Et tamen corripuit eos verbo, ſed lentè, non viriliter, & ſeuerè. Quid ergo de illis fiet, qui malis fauẽt, vel qui dant eis occaſionem peccandi?

1.*Reg.* 24 Etiam malis prælatis debent deferre ſubditi, ſicut Dauid, qui percuſſit cor ſuũ, quòd præciderat oram chlamydis Saulis, nec

nec aliquid mali voluit facere ei.

Totũ pondus prælij verſum eſt in Saul. *1.Reg.31* vnde cecidit in prælio,& occiſus eſt.

Propter peccatum, quod commiſit Da- *2.Re.24* uid in numeratione populi, mortui ſunt ex populo ſeptuaginta millia virorum.

Quia Roboam populum ſuis gra- *3.Reg.12* uare voluit, magnam partem eius amiſit.

Occaſionem dedit Ieroboam populo *Eodem.* recedendi à cultu Dei,quando vitulos fecit,& adorari eos præcepit.

Propter malos prælatos ſubditi inter- *3.Re.18.* dum temporaliter abiiguntur.Vnde Elias dixit Achab: Tu conturbas Iſraël & domus patris tui.

Rex Syriæ præcepit principibus currũ *3.Re.22.* ſuorum, Non pugnabitis contra maiorem,vel minorem quempiam, niſi contra regem Iſrael.Solus autem ille erat Achab nequiſsimus.

Manaſſes ſeduxit Iudam & habitato- *2.Par.33* res Ieruſalem,vt faceret malum ſuper omnes gentes, quas ſubuerterat Dominus à facie filiorum Iſrael.

Malorum prælatorum in Ieruſ.habitan- *Eſa.1.* tium peccata expreſsit Eſaias,dicẽs: Principes tui infideles ſunt, ſocij furum, ſequuntur munera,diligunt retributiones.

De Nabuchodonoſor principe peſsi- *Eſa. 14* mo-

mo dicitur: Tu terram tuam diſperdidiſti: Tu populum tuum occidiſti, &c.

Eſa.22. Sobna præpoſitus templi credebat in Ieruſalem diu viuere & moriturus honorificè ſepeliri. Sed mandauit dominus ei, Quid tu hic, aut quaſi quis hic? Poſt pauca ſequi[illegible] Expellam te de ſtatione tua. Et ille v[illegible]etur fuiſſe de his, qui dicebant paulò antè, Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.

Ier.38. Sedechias Rex Iuda dixit principibus Ieremiam occidi petentibus. Ecce in manibus veſtris eſt, nec enim fas eſt Regem vobis quicquam negare.

Ezech.13 Contra malos prophetas & prælatos, dixit dominus per Ezechielē, Non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis murum pro domo Iſraël, vt ſtaretis in prælio in die domini.

Ezec.33. & 34. Malis prælatis dn̄s per Ezech. terribiliter comminatur, dicēs: Væ paſtoribus Iſr. qui paſcebant ſemetipſos. Nónne greges à paſtoribus paſcuntur? Statim deſcribit malorū actus paſtorū. Lac, inquit, comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis: & ægrotum non ſanaſtis: quod fractum erat, non alligaſtis: quod infirmum fuit, non conſolidaſtis: & quod abiectum erat, non reduxiſtis,

xiſtis, quod perierat, non quæſiuiſtis: ſed cum auſteritate imperabatis eis, &c.

Mali fuerunt illi presbyteri, qui condemnauerunt Soſannam ad mortem, eò quòd noluit conſentire eis, cùm ex hoc magis meruiſſet laudari. *Dan. 13.*

Rex Demetrius Alcimum proditorem impium, conſtituit in ſacerdotio & mandauit ei facere vltionem in filios Iſrael. *1. Mac. 7.*

Elegit Bacchides viros impios & cõſtituit eos dños regionis, & exquirebãt amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bacchidẽ. *1. Mac. 9*

Iaſon frater Oniæ, qui ſummum ſacerdotium emit ab Antiocho, ſtatim vt obtinuit principatum, ad Gentilem ritum contribules ſuos transferre cœpit. *1. Mac. 24*

Proprietates malorum prælatorũ tangit Dominus Ieſus. Super cathedrã Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, &c. dicunt & non faciũt: alligant onera grauia. Clauditis, addidit, regnum cœlorum ante homines, & vos non intratis, &c. *Ex nouo teſtamento.* *Matt. 23*

Et apud Io. Mercenarius, & qui nõ eſt paſtor, videt lupũ venientẽ, & dimittit oues & fugit: Non pertinet ad eum de ouibus. *Ioan. 10.*

Sciebat Pilatus, quòd Iudæi per inuidiam Dominum tradidiſſent: ſciebat eum eſſe innocentem, & tamen propter fauorem populi, & timorem Cæſaris, tradi- *Matt. 27.* *Ioan. 19.*

dit eum voluntati eorum.

Act.4. Principes ſacerdotũ vocantes Petrũ & Ioannem, denunciauerunt, ne omnino loquerentur nec docerent in nomine Ieſu.

Act.5. Videns princeps ſacerdotum multa ſigna per Apoſtolos fieri, exurgens ipſe & omnes qui cum eo erant, iniecerunt manus in Apoſtolos & poſuerunt eos in cuſtodia ſua publica. Angelus autẽ Domini per noctem eduxit eos: tunc abiit magiſtratus cum miniſtris, & adduxerunt illos, & poſt multa conſilia vocauerunt Apoſtolos, & cæſis denunciauerunt, ne amplius loquerentur in nomine Ieſu.

Act.6.7 Raptus fuit Stephanus à Iudæis, & adductus in conciliũ. Cùm plura obiicerent ei principes ſacerdotũ, dixerũt ei: Si hæc ita ſe habent? Qui cũ fideliter ſe excuſaret, & duritiã Iudæorum acriter increparet, lapidatus eſt ab eis, præfato principe nullam diſplicentiam oſtendente.

Act.16. Quidam homines habentes pullam à qua Paulus eiecit ſpiritum phytonicum, accuſauerunt eum & Sylam eius ſocium, quòd ipſi ciuitatem turbabant. Magiſtratus autem ſine aliqua probatione, fecerunt Paulum & Sylam virgis cædi & in carcerem durum mitti.

Act.13. Productus Paulus in concilium cæperat

perat rationabiliter loqui, ſed ad primum verbum quod dixit, princeps ſacerdotum fecit eum percuti. Tunc Paulus dixit: Percutiet te Deus, paries dealbate, & tu ſedens iudicas ſecundùm legem, & contra legem iubes me percuti?

Malos præſides & iniquos habuit Paulus, Felicem & Feſtum, qui volebant gratiam Iudæis præſtare: & idcirco compulſus eſt Cæſarem appellare. *Act.25.*

De ambitioſis. CAP. CIIII.

LOquuta eſt Maria & Aaron contra Moyſen, & dixerunt: Nónne & nobis ſimiliter loquutus eſt Dñs? Sed hæc verbá videbantur ambire ducatum populi ſui. *Num.12.*

Chore & complices ſui anhelantes ad regnum populi, condemnauerunt Moyſen, & Aaron accuſauerunt, dicentes: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus. Cur eleuamini ſuper populum Domini? *Num.16.*

Abimelech filius Ierobaal callidè procurauit ſe eligi per amicos ex parte matris ſuæ: ſed poſtea peſſimè ſucceſſit vtriſque. *Iudic.9.*

Parabola illa, quam propoſuit Ioathan quòd oliua, vitis, & ficus noluerunt ſibi regnum accipere & principatum. Rhannus verò arbor modica & vilis, regimen vſurpare præſumpſit, po- *Eodem.*

teſt ad ambitioſos aptari.

Eodem. Dicebat Gaal filius Obed: Vtinam daret aliquis populum iſtum ſub manu mea, vt auferrem de medio Abimelech.

2.Re.15. 17.& 18 Abſalon, hominibus ad iudicium regis venientibus, Dauid blandiendo, detrahendo ſimul & ambiendo, dicebat: Videntur mihi ſermones tui boni & iuſti, ſed non eſt, qui te audiat, conſtitutus à rege: Quis me cõſtituat iudicem ſuper terram? Sed nota, quid ei poſtea acciderit.

3.Reg.1. & 2. Adonias filius Hagit eleuabatur, dicens: Ego regnabo. Sed parum regnauit. Nam paulò póſt interfectus fuit.

2.Reg.11. & 12. Dixit Ahias Sylonites propheta ad Ieroboam: Regna ſuper omnia quæ deſiderat anima tua. Sed poſtea adeptus regnum ſuper decem tribus, peſſimè ſe habuit.

3.Reg.16 Zábri videns Hela dominũ ſuum regem Iſrael temulentum, occidit eum: & regnauit poſt eum ſeptem diebus tantùm.

4 Reg 11 Athalia mater Ochoziæ regis, videns mortuum eſſe filiũ ſuum, in tantam exarſit libidinem dominandi, quòd interfecit omne ſemen regium, excepto Ioas, qui fuit à ſorore Ochoziæ furtiuè ſublatus.

4.Re.15 Sellum filius Iabes, coniurauit contra Zachariam regem Iſrael dominum ſuum, & interfecit eum, & regnauit pro

eo

eo vno menſe, & ipſe interfectus eſt.

Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum, vocauit duces bellatores ſuos, dixítque cogitationem ſuam in eo eſſe, vt omnem terram ſuo ſubiugaret imperio. *Iudith. 2.*

Ambitioſi & ſuperbi plus affliguntur de paucis, qui eos præcedunt, vel eis nõ obediunt, quàm lætentur de multis qui eos ſequuntur, vel obſequuntur eis. Vnde ſuperbus Aman, qui erat ſecundus à rege, & filios & diuitias multas habebat, vel ſe habere putabat, quandiu videbat Mardochæum ante fores regias, &c. *Heſter. 3. 5.*

Audiuit Serõ ꝙ congregauit Iudas Eccleſiã fideliũ, & ait: Faciã mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Iudam: ſed ipſe citò fuit debellatus à Iuda. *1. Mac. 3*

Alcimus qui volebat ſummus ſacerdos fieri, & quidam alij iniqui de populo Iud. venerunt ad regem Demetrium, dicentes ei: Perdidit Iudas & fratres eius amicos tuos, & nos diſperdidit de terra noſtra. *1. Mac. 7.*

Ptolemæus rex Ægypti voluit dolo opprimere regnum Alexãdri, & tandẽ obtinuit Alexandro deuicto & in Arabiam fugato, & abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & miſit Ptolemæo: qui parum gauiſus eſt, quia mortuus die eſt tertia. *1. Mac. 11*

Ptolemæus filius Abobi habebat argẽ- *1. Ma. 15*

tum & aurum multum. Exaltatum eſt cor eius, & volebat obtinere regionem, qua occaſione proditoriè occidit Simonem ſummum ſacerdotem, & duos filios eius.

2. Mac. 4 Ambibat Iaſon ſuper omnes ſummum ſacerdotium, propter hoc adiit regem Antiochum nobilem, promittens ei trecenta ſexaginta argenti talenta & multa alia. Quod cum rex annuiſſet modico tempore ſacerdotij honore functus eſt, quia Menelaus quem miſit ad Antiochũ retorſit in ſe ſummum ſacerdotium, qui etiam citò fuit amotus, & Lyſimachus frater eius loco illius ſubſtitutus.

Act. 8. Cùm vidiſſet Simon, quia per impoſitionem manuum Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date mihi hanc poteſtatem, vt cuicunque impoſuero manus, accipiat ſpiritum ſanctum. Petrus autem dixit ei: Pecunia tua tecum ſit in perditionem.

De tentatione diaboli. CAP. CV.

SErpens callidus ad tentandũ, imò diabolus in ſerpente, humanum genus ex parte debiliore, & ad peccandum prõptiore aggreſſus eſt. Non enim Adam primùm tentauit, ſed Euam. Item explorando à longe incœpit; non ſtatim comedere vetitum fructum ex abrupto ſuaſit.

Item

Item negauit pœnam ſequutã pro mandati tranſgreſſione, & magna bona aſſeruit affutura pro vna tali comeſſatione. *Geneſ.3.*

Spiritus mendax frequenter in tentatione mentitur. Vnde dixit Euæ. Nequaquam moriemini. Ita dicit Saluatori, cùm oſtendiſſet ei omnia regna mundi, Mihi tradita ſunt, & cui volo do illa. *Eodem.* *Luc.4.*

Tum & ſcripturam ſacram peruersè allegans dixit Domino angelorum: Angelis ſuis mandauit de te, &c. *Matt. 4.*

Conſurrexit Sathan contra Iſrael, & incitauit Dauid, vt numeraret Iſrael. *1.Pa.21.*

Petiuit Sathan à Domino, vt Iob tangeretur in rebus, & liberis, & corpore. In quo poteſt notari, & calliditas & malignitas, & infirmitas inimici. *Iob. 1. 2.*

Non expedit tentationes ſuas reuelare alicui homini, quem credit & ipſum de ſimili peccato tentari: ſed magis alicui diſcreto & ſancto, qui eum confortet in bono. Vnde duo ſenes quando ſibi inuicem concupiſcentiam ſuam indicauerunt ad peius prouocati fuerunt. *Dan.13.*

Tentatio Dñi nos inſtituit ad vincendũ omne genus tentationis. Fuit enim tẽtatus à tribus, ad quæ omnia poſſunt tentamẽta reduci. Et nota, ꝙ non per potentiam, ſed per ſcripturam tentatorem vicit. *Matt. 4.* *Luc. 4.*

Luc. 12. Ait Dominus Simoni Petro, inſtante Paſſione ſua: Ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribaret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te.

Ioan. 13. Diabolus miſit in cor Iudæ, vt traderet Dominum Ieſum Chriſtum.

Act. 5. Dixit Petrus Ananiæ: Cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri te Spiritui ſancto, & fraudare de precio agri?

De peccato in generali, & variis pœnis quæ ex peccato conſequuntur. CAP. CVI.

Geneſ. 23. QVòd peccatum cauſet in homine erubeſcentiam, patet per hoc, quòd in ſtatu innocentiæ erant primi parentes nudi, & non erubeſcebant: poſt peccatum verò, cùm cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.

Geneſ. 3. Peccatum infamat peccatorem. Vnde Adam poſt peccatum credebat ſe abſcondere à facie Domini.

Eodem. Peccatum etiam facit hominem timidum. Vnde Adam poſtquàm peccauit, dixit: Timui, eo quòd nudus eſſem, & abſcondi me.

Geneſ. 4. & 19. Enormitas ſceleris clamat pro vindicta ad aures Dei. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me, &c. Et alibi: Clamor Sodomorum. In pœna temporali punit Dominus

Dominus peccatum quandoque, vt patet in Adam & Eua, Gen.3. In Cain, Geneſ.4. In Sodomis, cap.19. Et in filiis Iſrael multoties. Tum & Ioan.5 Noli iam peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Pharao propter peccatum recognoſcebat ſe à Domino flagellatum, dicens: Peccaui in Dominum & in vos. *Exod.10.*

Fecerunt filij Iſrael malum in conſpectu Domini, iratúſque Dominus tradidit eos in manibus diripientium, qui ceperunt eos, & vendiderunt hoſtibus. *Iudic.2.*

Peccatum ipſum peccantem quieſcere non permittit, vnde percuſsit cor Dauid, priuſquàm numeratus eſt populus. *2.Re.24*

Salomonem ſapientiſsimum peccatum infatuauit, ipſius etiam famam maculauit. Dediſti maculam in gloria tua, &c. *3.Reg.11.*

Poſtquàm Ioram rex Iuda cœpit ambulare per vias regum Iſrael peſsimas, receſſit Edom ab eo, & noluit ei tributum ſoluere conſuetum. *4.Re.10.* *Eccl.47.* *4.Reg.8.*

Dereliquerunt filij Iſrael Domini præceptum, & fecerunt ſibi deos conflatiles, ſeruierúntque Baal, &c. Sequitur: Tranſlatus eſt Iſrael de terra ſua. *2.Par.21*

Factũ eſt verbũ Domini contra Iudam, vt auferret eum coram ſe, propter peccata Manaſſe vniuerſa quæ fecit, & pro- *4.Reg 17* *4.Re.24*

pter ſanguinem innoxium quem effudit.

Dæmones ponunt in vinculis peccatorem, ſic fuit in vinculis Ioachim rex Iuda: quia cùm peccaſſet corã Domino, aſcendit Nabuchodonoſor rex Chaldæorum, & vinctum duxit in Babylonem. 2. Paral. vlt. Nota hiſtoriam.

Ier 44. Deſerta eſt Ieruſalem & omnes vrbes Iuda, & non eſt habitator in eis propter malitiam, quam fecerunt, vt me ad iracundiam prouocarent. Conſuetudine non cauſaliter alſegari debet.

Eodem. Tanta eſt grauitas peccati, quòd dicitur Iere. Non poterat Dominus vltra portare propter malitiam ſtudiorum veſtrorum.

Thren. 1. Propter peccatum debilitatur homo.

1. *Reg.* 11. Peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Vnde Ieroboam ſeruus Salomonis auſus eſt inſurgere in Dominum poſt ipſius peccatum.

Ioan. 5. Cùm ſanaſſet Dominus Ieſus hominem languidum, in grabato iacentem, inuenit eum in templo, & dixit: Ecce ſanus factus iam es: noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.

Ioan. 8. Mulieri in adulterio deprehenſæ, & à Iudæis coram Domino accuſatæ, dixit Saluator noſter: Vade & amplius noli peccare.

De

De confeſſione peccati. CAP. CVII.

MOnebat Dominus Adam poſt peccatum cognoſcere culpam ſuam, ſed ille eam quodammodo retorſit in Deum & mulierem, & mulier in ſerpentem. Vnde ait: Mulier, quam dediſti mihi ſociam, &c. Et poſt: Serpens decepit me. *Gen.3.*

Cain recognouit peccatum, deſperans non piè confitens: Maior eſt, inquit, iniquitas mea quàm vt veniam merear. Ideo veniam non meruit. *Gen.4.*

Item Pharao dixit: Peccaui in dominum & in vos. Et peccaui etiam nunc, Dominus iuſtus, & ego & populus meus impij. Non tamen dignè pœnituit. *Exod. 9.*

Saul ait: Peccaui, apparet quòd ſtultè egerim & ignorauerim multa nimis. *1.Re.26.*

Item Iudas: Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. Nullus tamen ex illis veniã conſequutus eſt: quia non recto corde dixerunt. *Matt.27.*

In ſacrificio in quo mactabatur hircus pro peccato in hãc formam fieri præcepit dominus. Poſtquam emũdauerit ſacerdos ſanctuariũ, & tabernaculum & altare, tũc offerat hircum viuentem, & poſita vtraq; manu ſuper caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael & vniuerſa delicta atq; peccata eorum, &c. Ad denotandum quòd ad emundationem conſcien- *Leuit.11.*

ſcientiæ quæ fit per contritionem & carnis mortificationem, requiritur etiã confeſsio omnium peccatorum. Quod fieri debet per ſacerdotis miniſterium.

Leuit.26 Comminatur quoque Dominus filiis Iſrael, dicens: Propter peccata patrum ſuorum, & ſua affligentur, donec confiteantur iniquitates ſuas.

Num.5. Vir ſiue mulier cùm fecerint ex omnibus peccatis quæ ſolent hominibus accidere, & per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum ſuum.

Num.11. Afflicti filij Iſrael per ignitos ſerpentes, confitentes peccatum ſuum venerunt ad Moyſen, atque dixerunt: Peccauimus, quia loquuti ſumus contra Dominum, & te. Vnde fecit Moyſes ſerpentem æneum in quem aſpicientes percuſſi, ſanabantur.

Ioſue.7. Confeſſus eſt & Acham peccatum ſuum Ioſue cùm dixit: Verè ego peccaui Domino Deo Iſrael, ſic, & ſic feci, &c.

Iudic. 10. Vehementer oppreſſi filij Iſrael à Philiſtæis, & filij Ammon confitentes dixerunt. Peccauimus, redde tu nobis, quicquid tibi placet, tantum nunc libera nos. Et ſeruierunt Domino Deo qui doluit ſuper miſeriis eorum.

2.Reg.12 Reprehenſus Dauid à Nathã Propheta

ſuper

ſuper exceſſum contra Vriam, & vxorem eius perpetratũ,peccatum ſuum humiliter confeſſus eſt dicẽs:Peccaui. Et audire meruit:Dominus tranſtulit peccatum tuum.

Humiliter quoque recognouit peccatũ ſuum,& confeſſus eſt Dauid.quando fecerat populum numerari, ita quòd etiã obtulit ſe percutiendum loco populi innocentis.Et propitiatus eſt dominus terræ. *2.Re.24.*

Dixit Nehemias: Confiteor pro peccatis filiorum Iſrael, quibus peccauerunt tibi, & ego domus patris mei peccauimus. Vanitate ſeducti ſumus. Et exaudiuit dominus orationem eius. *Nehe.1.2*

Conuenerunt filij Iſrael & ſteterunt,& confitebantur peccata ſua, & iniquitates patrum ſuorum, & legerunt in volumine legis domini Dei ſui quater in die,& quater confitebantur. *Nehe. 9.*

Quamuis Tobias ab infantia Deum timuerit. & mandata eius cuſtodierit. tamen dicebat, humiliter recognoſcẽs:Non egimus ſecundum præcepta tua , & non ambulauimus ſynceriter coram te. *Tob.3.*

Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti. impietatem cordis mei. *Pſal. 31.*

Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur,qui autem confeſſus fuerit,& reliquerit *Prou.28.*

rit

rit ea, miſericordiam conſequetur.

Eccl. 4. Non cõfundaris cõfiteri peccata tua, & ne ſubiicias te omni homini pro peccato.

Eccl. 17. Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. A mortuo quaſi nihil perit confeſsio. Confiteberis viuens, viuus, & ſanus confiteberis.

Dan. 3. Tres ſocij Danielis, qui ita ſanctè inter Chaldæos vixerant, & pro quibus Deus tantum miraculum faciebat in fornace, nequaquam contra dominũ murmurabant, quaſi iniuſtè talia paterentur, ſed dicebat Azarias: Peccauimus, iniquè egimus.

Dan. 9. Orans Deum Daniel, confitebatur peccata ſua & populi, dicẽs: Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, &c.

2. *Mac.* 3 Sextus illorum ſeptem fratrũ mori incipiens, ait: Nos enim propter noſmetipſos hæc patimur, peccantes in Deum noſtrum.

Matth. 3. Veniebat ad Ioannem Baptiſtam omnis Iudæa & omnis regio trans Iordanem confitentes peccata ſua, &c.

Matt. 8. Chriſtus lepro ſo mundato dixit: Vade, & oſtende te ſacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyſes, in teſtimonium illis: & hinc figurabatur confeſsio.

Luc. 15. Filius prodigus ad patrem reuerſus dixit: Pater peccaui in cœlũ & corã te, &c.

Luc. 17. Decẽ viris leproſis dixit dñs: Ite, oſtendite

dite vos ſacerdotibus: Qui quamuis non eſſent noui teſtamẽti ſacerdotes, in eis tñ noui teſtamenti ſacerdotium figurabatur.

Latro quoque in cruce Chriſto confeſſus eſt & veniam meruit. *Luc. 23.*

Lazaro ſuſcitato, dixit Chriſtus Apoſtolis: Soluite, & ſinite abire. *Ioan. 11.*

Hæc & figurant & probant vt plurimum confeſsionem in cõmuni, ſed quòd confeſsio ſacramentalis ſit neceſſaria & iure diuino præcepta, hæc quæ ſequuntur inſolubiliter probant.

Chriſtus dixit Petro: Tibi dabo claues regni cœlorũ. Et quodcunq; ligaueris ſuper terrã, erit ligatũ in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terrã, erit ſolutum, &c. Ex quibus verbis oſtenditur Chriſtũ confeſsionem inſtituiſſe ſacramentalẽ. Quid enim inſinuatur per claues, niſi ſcientia diſcernendi inter lepram, & lepram, & poteſtas ſoluendi atque ligandi? Nam poſt cauſæ cognitionem, in foro iudicij pœnitentialis inter confeſsionem, & confitentem quod fit per clauẽ ſcientiæ, reſtat diffinire, ſeu ſententiam negotio ferre, quod eſt ſoluere vel ligare, & hoc fit per clauem poteſtatis quam tradidit Chriſtus Petro, & ſucceſſoribus eius. Negare igitur confeſsionem eſſe præceptã à Chriſto, eſt negare *Matt. 16.*

gare

gare poteſtatē clauium traditā à Chriſto, quod eſt manifeſtè contra Chriſti Euang.

Ioan. 20. Poſt reſurrectionem inſufflauit Chriſtus in diſcip. dicens: Accipite ſpiritū ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Ex huius authoritatis vltima parte iterū liquet confeſſionem eſſe iuris diuini, vtpote, hoc loco à Chriſto Deo præceptam. Nam retinere peccata, nihil aliud eſt, quam non remittere. Sēſus igitur verborum Chriſti eſt: Quorum ſacerdos peccata retinuerit, id eſt, nō remiſerit, retenta, id eſt, nō remiſſa ſunt & in cœlis. Cùm ergo quilibet teneatur iure diuino ſe exuere à peccatis; ſequitur manifeſtè, quòd præcepto Dei quiſque obligatur ſacerdotibus peccata ſua confiteri. Gemina namque abſoluendi & retinēdi poteſtate, qualiter vti deberet ſacerdos neſciret, niſi pœnitens ſua detegeret ei crimina. Ideo pręmiſit, Accipite ſpiritum ſanctum, ac ſi dixiſſet, Directione ſpiritus ſancti confitenti peccata ſoluatis, aut retineatis.

Iacob. 5. *Hugo de S. Victore libr. 2. de ſacr.* Hoc ſanè confitendi præceptum Apoſt. Iacobus promulgauit, cùm dixit: Confitemini alterutrum peccata, & orate pro inuicem, vt ſaluemini. Quæ verba exponens Hugo de S. Victore, ait: Iacobus, vt Dei

Dei præco annunciauit hominibus præceptum Dei de confitendis peccatis. Et intelligitur cum præciſione. Niſi confiteamini, non ſaluabimini.

Cæteri quoque Apoſt. præceptum illud ſeruare docuerunt. Nā prædicante Paulo per Aſiam: multi credentium veniebant confitentes, & annunciantes actus ſuos. Eſt igitur confeſſio iure diuino præcepta. *Act. 19.*

De duritia & obſtinatione malorum.

CAP. CVIII.

CAin poſt increpationem quam fecit dominus, peior fuit, & fratri homicidium perpetrauit. *Geneſ. 4.*

Cor Pharaonis non per blandimenta quæ primò dixit Moyſes, ex parte domini, nec per dura flagella potuit emoliri. *Exod. 5. vſque ad 10. cap.*

Filij Iſrael dicuntur à dño populus duræ ceruicis, vt patet Leuit. pluribus locis. *Exod. 32.*

Heli ſermonibus ſuis filios corripuit, ſed nihil eis profuit. 1. Reg. 2.

Samuel prædixit pop. conditiones regis orum valdè graues, & ꝙ hoc diſplicebat dño, & tamen noluit deſiſtere ab incepto. 1. *Reg.* 8.

Non per verba Ionathæ, nec per beneficia à Dauid recepta, cor Saul ad diligendum ipſum Dauid potuit prouocari. *1. Reg.* 18 19. & 20

De Nabal dicitur, quòd erat durus, peſſimus & malitioſus. 1. *Reg.* 25

2.*Reg.* 2. Obſtinatè nimis Aſahel perſequebatur Abner.

2.*Pa.* 24. Mittebat dñs viris Iuda Prophetas vt reuerterentur ad eũ, quod illi audire nolebant. Imo & Zachariam filium Ioïadæ increpantem eos, crudeliter occiderunt.

2.*Pa.* 30. Ezechias Rex Iuda miſit nũtios in vniuerſum Iſrael, dicentes: Nolite indurare ceruices ſicut patres, &c. Sequitur, quod illis irridentibus & ſubſannantibus eos.

Luc. 22. *Ioan.* 18. Duriſsima fuerunt corda illorũ, qui venerunt ad comprehendendum dñm, quos cùm ad terram proſtrauiſſet ſolo verbo, & auriculam illius ſanaſſet, non fuerunt moti ad miſericordiam, vel ex miraculi manifeſtatione, vel ex beneficij pietate.

Act. 6. Beatus Stephanus Iudæos ardenter increpans, ait: Dura ceruice, & incircuncisi corde & auribus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis.

De peruerſitate quorundam. CAP. CIX.

Geneſ. 3. PRima mulier ordinem naturæ peruertit; quãdo de fructu vetito viro dedit & ille comedit: Cùm ipſe vir eam debuiſſet docere, quid illa deberet comedere vel vitare.

Exod. 12 Dominus de ſpoliis Ægyptiorum ditauit Hebræos, licet ſint multi qui dicant Ægyptios de ſpoliis Hæbræorum, ſcili

ſcilicet vſurarij,&c.

Filij Iſrael in deſerto penuriam patientes, dicebant ſe ſuper ollas carnium in Ægypto ſediſſe: ſed non faciebant mentionem de grauiſsima ſeruitute,aut ſeueritate,qua vexabantur. *Exod.16.*

Dicebat pop.in deſerto, Recordamur piſcium, quos comedebamus in Ægypto gratis. Cùm tamen tunc ſeruitute grauiſſima promererentur,nunc liberi in deſerto pane Angelorum, id eſt cibo ſapidiſsimo ſine labore dato cælitus alerentur. *Num.11*

Narrantibus exploratoribus conditiones terræ promiſsionis, voluit populus contra voluntatem domini in Ægyptum redire,& nequaquam vltra procedere.Citò verò pòſt,voluit cõtra voluntatem domini nimium feſtinare. *Num.14*

Vocati Dathan & Abyron à Moyſe reſponderunt:Non veniemus.Nunquid parum eſt tibi, quòd eduxiſti nos de terra Ægypti,quæ lacte & melle manabat? *Num.16.*

Petiit Moyſes à rege Edom,dicens:Obſecramus, vt nobis tranſire liceat per terram tuam, non ibimus per agros,ſed via publica gradiemur.Reſpondit,tamen ille: Non tranſibis per me, alioquin armatus occurram tibi. *Num. 20.*

Simile accidit de Seon rege Amor- *Num.21.*

rhæorum,ſed quia noluit concedere pauca,amiſit multa.

Num.24. & 25. Apoc.4. Noluit Balaam maledicere populo,quẽ credebat benedictionem habere à Deo, ſed ſunt multi qui plura mala dicũt de bonis quàm de malis. Et mirum fuit, quòd qui noluit eis maledicere,voluit eis malefacere.Nam licet oſtendiſſet ei dñs quòd populus Iſrael erat benedictus, tamen finaliter dedit prauum conſilium per quod à mulieribus eſt seductus.

Iudic. 2. Filij Iſrael audientes mandata domini, omnia facere contraria. Ideo traditi ſunt in manus diripientium.

Iudic.12. Viri Ephraim rogati à Iephthe, vt ſecum venirent ad prælium,noluerunt.Quo poſt victoriam redeunte, quaſi eos non vocaſſet contra eum iurgari cœperunt.

1.*Re.* 18. Dauid pſallebat coram Saule à dæmone vexato, & ipſi vtiliter ſeruiebat. Et tamen ipſe Saul voluit configere eum parieti,cum lancea, quam tenebat.

2.Reg.20 Saul voluit occidere filiũ ſuum Ionatham,quia excuſabat Dauid innocentem.

1.Re.22. Dicebat Saul ſeruos ſuos coniuraſſe aduerſus eum, & Dauid inſidiari ei,quem etiam ad mortẽ quærebat, & inuenire vel capere non poterat,&c.

2.*Reg.*10. Rex filiorum Ammon videns quòd iniu

iniuriam feciſſet Dauid, voluit impugnare eum, cùm magis debuiſſet laborare ad placandum eum.

Ammon filius Dauid, Thamar ſororem ſuã violenter oppreſſam à ſe expelli fecit. *2.Re. 13.*

Abſalon filius Dauid cõtra patrẽ maliti oſè ſe amouit, & ad cõcubinas illius videntibus cunctis intrauit, ipſum patrem ſuum, vita & regno priuare voluit. *2.Reg.15 & 16.*

Sublimatus à Domino Ieroboam ſuper decem tribus Iſrael, ſtatim auertit populum à cultu Dei, & monitus per prophetam præcepit eum capi. *3.Reg.12 & 13.*

Achab rex Iſrael ſeruiuit Baal, & adorauit eum, & poſuit aram Baal in templo Baal quod ædificauit in Samaria, & plantauit lucum. *3.Reg.16.*

Achab rex Iuda fecit fieri altare ad ſimilitudinem illius ꝙ viderat Damaſci, & ſuper illud offerri holocauſta præcepit, & tranſtulit altare Dñi. Idololatria, ſortilegia, homicidia, & diuerſa ſcelera, quæ cõmiſit Manaſſes rex Iuda ſatis narrantur. *4.Reg.16. 2.Par.28*

Cùm debellaſſet Amaſias Idumæos & filios Seir. & tuliſſet deos eorum, adorauit eos: & illis adoleuit incenſum: propter quod Dñs eum arguit per prophetã dicẽtem ſibi. Cur adoraſti deos, qui non liberauerunt populum ſuum de manu tua? *4.Reg 21. 2.Par.25 & 33.*

2.Par.18 Idem Achaz rex Iuda immolauit victimas diis Damaſci percuſſoribus ſui, & dixit: Dij regum Syriæ auxiliantur eis. Quos ego placabo hoſtiis,& aderunt mihi. Quum è contra ipſi fuerint ruina ei,& vniuerſo Iſrael.

Heſter.3. Quia vnus ſolus Mardochæus non adorabat Aman ſuperbiſſimum, ipſe Aman procurabat apud regem Aſſyriorum omnes Iudæos debere interfici.

Iere.44. Arguente Ieremia propheta populum, pro eo, quòd ſacrificabat diis alienis reſponderunt:Ex eo quòd ceſſauimus ſacrificare reginæ cæli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio & fame conſumpti ſumus.

Dan.6. Principes & Satrapæ Darij regis Perſarum accuſauerunt Danielē, q̄ tribus temporibus per diē, orabat Dominum ſuum.

Dan.13. Duo ſenes presbyteri,qui viderūt Suſannam eſſe conſtantiſſimæ caſtitatis,debuerāt valdè eam diligere & laudare.Ipſi verò è cōtra detraxerūt ei,& conati ſunt eā condemnare morti: ſed Dn̄s eam mirabiliter per abſtinentem puerum liberauit.

1.Mac.7 Alcimus impius de gente Iudæorum qui debebat diligere Iudam, & fratres eius, iuit ad regem Demetrium, & quidam alij iniqui ex Iſrael dicentes: Perdi-

dit Iudas & fratres eius amicos tuos, & nos diſperdidit de terra noſtra.

Cùm vellet Antiochus ciuitatem Pentapolim ſpoliare, fugatus eſt multitudine ad arma concurrente. Quam iniuriam in Iudæos voluit retorquere, ſed vltio grauis ſecuta eſt. *2.Mac.9.*

Ioppitæ crudele flagitium perpetrauerunt: rogauerunt ducẽtos Iudæos, vt aſcẽderent naues. Qui cùm eſſent in alto mari ſubmerſerunt eos. *2.Mac.12*

Nec auſterus victus Ioã. nec condecens manducatio Saluatoris placuit Iudæis. *Matt.11.*

Phariſæi videntes Dominum dæmonia eiicientem turbis ſtupẽtibus, blaſphemabant dicentes: Hic non eiicit, niſi in Beelzebub principe dæmoniorum. *Matt.12.* *Luc.11.*

Chriſti compatriotæ volebant eum præcipitare de ſupercilio montis. *Luc.14.*

Iudæi Chriſtum Ieroſoly. venientem, vt regem adorauerunt, & poſt clamauerunt: Regem non habemus niſi Cæſarem, & Crucifige, crucifige eum. *Matt.21.* *Ioan.19.*

Nimia fuit peruerſitas in Iuda, qui pro xxx. argenteis tradidit Saluatorem. *Matt.26.*

Quando Paulus & Barnabas verbũ Dei prędicabant, Iudæi cõtradicebãt blaſphemantes: Et ita conuerſi ſunt ad gentes. *Act.13.*

Item quando Paulum lapidauerunt *Act.14*

& extra ciuitatem extraxerunt.

Act.16. Itē ipſe & ſocij eius fuerunt virgis cæſi.

Act.19. Item argentarius in Epheſo faciens imagines Dianæ concitauit cum aliis artificibus populum contra Paulum.

Act.21. Item in Ieruſalem facta eſt turbatio & congregatio contra Paulum, & trahebant ipſum extra templum, & vix potuit eripi à tribuno, qui cum militibus ſuperuenit, & poſtea dixerunt: Non licet hominem talem viuere ſuper terram.

De nequitia tyrannorum. CAP. CX.

Exod.1. vſque ad decimum. VArias adinuenit nequitias Pharao, vt poſſet extinguere, vel ad numerū paruum redigere filios Iſrael. In primis eos duris laboribus præcepit affligi: deinde maſculos occidi, poſtea eos mādauit in fluuium proiici & fœminas reſeruari. Primò ſimpliciter dixit Pharao: Neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam. Deinde conceſſit dicens; Ite ſacrificate Domino in terra hac: Poſtea dimittere eos voluit vt ſacrificarent Domino in deſerto. Verumtamen lōgius ne abirēt. Poſtmodū voluit vt viri irēt, dum tamen oues & armenta dimitterēt. Et nota quòd poſtquàm intellexit, quòd filij Iſrael volebant ſacrificare Domino, durius affixit eos.

Exod.5.

Iudic.1. Septuaginta reges amputatis manuum

ac pedum ſummitatibus, colligebant reliquias ſub menſa Adonibezech. Cui reddidit Deus ſicut fecit.

Abimelech filius Gedeonis vſurpato dominio ſuper populo. 70. viros fratres ſuos occidit ſuper lapidem vnum. *Iudic.9.*

Poſt multa beneficia à Dauid recepta, Saul quæſiuit eum ad mortem, & occidit 85, viros portantes Ephor, *1.Reg.22*

Virum Dei arguentem Ieroboam pro altari ſacrilego, quod conſtruxerat, præcepit ipſe Ieroboam apprehendi. *3.Reg.13*

Cùm factum eſſet verbum Domini in manu Ieſu prophetæ, cõtra Baaſa regem Iſrael, & contra domum ſuam, occidit prædictum prophetam. *2.Reg.16*

Iezabel fecit Eliam ad mortem quæri, quia prophetas Baal fecit occidi *3.Reg.19.*

Naboth Iſraelites lapidatus fuit procurante Ieſabel, & fecit falſos teſtes contra illum produci, *3.Reg.21*

Achab rex Iſrael fecit poni Michæam prophetam in carcerem, & ſuſtentari pane tribulationis, & aqua Anguſtiæ. *2.Reg.22*

Manaſſes rex Iuda ſanguinem innoxium effudit, & impleuit Ieruſalem cruore innocentium. *4.Reg.21*

Cùm reuerſus eſſet Sennacherib fugiens à Iudæa pro plaga quam circa eum *Tob.1.*

fecerat Deus propter blaſphemiam ſuam, iratus multos Iudæos occidit, &c.

Iudith. 2. Nabuchodonoſor dixit Holoferni: Nõ parcet oculus tuus vlli regno.

Iudith. 3. De Holoferne verò poſtea legitur, ꝙ tantus metus illis prouinciis incubuit, vt vniuerſarum vrbium habitatores exirent obuiam venienti, excipientes eum cum coronis & lampadibus, ducentes choros in tibiis & tympanis, nec tamen iſta facientes ferocitatem pectoris eius mitigare potuerunt.

Heſter. 3. Quia Mardochæus ſuperbiſſimo Amã genua non flectebat, magis elegit Aman procurare omnes Iudæos occidi, quàm parcere vni ſoli.

Iere. 38. Ad petitionem principum populi, præcepit Sedechias rex Iuda Ieremiam prophetam mitti in lacum, in quo non erat aqua nec lumen.

Iere. 39. Rex Babylonis occidit filios Sedechiæ
4. Re. 25. regis Iuda in oculis eius in Reblatha, oculos quoque eius eruit, & vinxit eum cõpedibus vt adduceretur in Babylonem.

Dan. 2. Nabuchodonoſor rex Babyl. in furorem verſus præcepit, vt perirẽt omnes ſapientes Babyl. pro eo ſcilicet, ꝙ non poterant ei ſomnium quod viderat indicare.

Dan. 3. Mira crudelitas fuit cùm Nabuchodo-

noſor

noſor rex Babyl. fecit ſocios Danielis in fornacem ignis ardentis mitti.

Et ipſum Danielem Darius iuſſit mitti in lacum leonum ad petitionem principum ei inuidentium. *Dan. 6.*

Antiochus aſcendit Ieroſolimam & fecit cædem hominū, & effuderunt ſanguinem innocentem per circuitum ſanctificationis Ieruſalem, & multa, &c. *1. Mac. 1*

Comprehendit exercitus Antiochum filium Antiochi & Lyſiam, & deduxit eos ad Demetrium, qui noluit videre eos, & occidit eos exercitus. *1. Mac. 7.*

Tryphon cepit Ionatham proditoriè: cúmque teneret eum, petiit pro eius liberatione centum talenta argenti, & duos filios eius pro obſidibus. Quibus datis, occidit nequiſſimè patrem cum filiis. *1. Mac. 13*

Rogatus à Menelao Andronicus & per munera quæ accepit ab eo corruptus, occidit Oniam ſummum ſacerdotem. *2. Mac. 4.*

Rex Antiochus Menelaum hominem ſacrilegum de ſceleribus multis accuſatum abſoluit, & accuſatores eius morte damnauit & eum immunem dimiſit. *Eodem.*

Nimiam crudelitatem in Eleazarum illi Tyranni ab Antiocho miſſi exercuerunt: & ſimiliter in illos ſeptem fratres, & eorum matrem. *Matt. 6. & 7.*

Videns

Matt.2. Vidẽs Herodes, ꝙ illuſus eſſet à Magis iratus eſt valdè, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bi matu & infrà.

Matt.14 *Matt.6.* Sciebat Herodes Tetrarcha Ioannem Baptiſtam eſſe virum iuſtum & ſanctum. Et tamen ad petitionem vnius meretricis facit eum in carcere decollari.

Matt.27. Pilatus ſciebat, quòd Iudæi per inuidiã tradidiſſent Dñm, & nullã cauſam poterant inuenire. Tamen eorum clamoribus, & timens perdere amicitiã Cæſaris ipſum flagellatum tradidit voluntati illorum.

Luc.13. Acceſſerunt quidam Phariſæorum ad Dominum Ieſum dicentes: Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere.

Luc.23. Herodes Tetrarcha multo tempore cupiebat videre Ieſum, & viſo eo gauiſus eſt valde. & tamen ſpreuit illũ cum exercitu ſuo, & illuſit, & indutum illum veſte alba, dimiſit ad Pilatum.

Act.12. Miſit Herodes rex Agrippa manus, vt affligeret quoſdam de Eccleſia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis. Videns autem, quia placerent Iudæis, appoſuit, vt aperehenderet & Petrum.

Act.16. A quibuſdam fuit Paulus iniquè accuſatus, pro eo quòd ipſe ſpiritum physonicum eiecerat à quibuſdã puella. Magiſtra

giſtratus autem inceſſerunt eũ & Silam eius ſocium & virgis cædi,& in carcerem mitti,& pedes eorum ligno ſtringi.

Felix præſes ſperabat, ꝙ pecunia ei daretur à Paulo,quẽ tenebat vinctum, propter quod frequenter accerſens eum loquebatur cum eo. Succeſſit autem ei Feſtus.Volens autem Felix gratiam præſtare Iudæis,reliquit Paulum vinctum.Propterea Paulus compulſus eſt Cæſarem appellare, quia Feſtus volebat eum grauare. *Act.24. & 25.*

De oppreſsione bonorum per prauos.

CAP. CXI.

CAin nequam & inuidus præualuit aduerſus Abel iuſtum, & occidit eum. *Gene. 4.*

Sodomitæ animam Loth multipliciter afflixerunt. *Gene. 9.*

Oderat ſemper Eſau Iacob,dixitque in corde ſuo: Venient dies luctus patris mei, & occidam fratrem meum: Vnde & compulſus eſt Iacob fugere ad Laban auunculum ſuum. *Gene. 27. & 28.*

Oderant filios Iſrael Ægyptij, & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum. *Exod. 1.*

Abimelech ambiens principatum vel regnum occidit 70.fratres ſuos. *Iudith 9.*

Saul diu perſecutus eſt Dauid, qui tamen ei fideliter & vtiliter ſeruiebat. *1.Reg 18. vſque ad 26.*

Abſa

2.Reg.15 Abſalon in tantum cõmouit populum aduerſus Dauid, quòd cõpulſus eſt exire Ieruſalem, licet citò fuerit reuocatus.

3.Reg.19 Impiiſſima Ieſabel minata & conata eſt occidere hominem Dei Eliam, ita quòd ille timens abiit, quocunque eum ferebat voluntas.

3.Reg.21 Impius Achab peſſimæ vxoris Iezabel conſilio, falſis productis teſtibus lapidari iuſſit Naboth, & abſtulit vineam eius.

4.Reg.6. Rex Iſrael Iorã peſſimus, audiens quòd maxima fames eſſet in ciuitate, miſit virum ad amputandum caput Eliſei.

2.Par.24 Ad imperiũ Ioas regis Iuda, lapidatus eſt Zacharias filius Ioiadæ, pro eo, quòd arguebat regem & populum ſculptilibus ſeruientes.

Iudic. 2. & 3. Nabuchodonoſor præcepit Holoferni, vt omnes deos terræ exterminaret, videlicet, vt ipſe ſolus Deus diceretur: & propter hoc multa regna deſtruxit, & populum Dei qui nuper redierat de captiuitate Babylonis afflixit.

Heſter.3. & 17. Aman ſuperbus, crudelis & impius, ita potens fuit, quòd pro nihilo habuit procurare necem omnium Iudæor. ſed diuina prouidentia eius conatibus obuiauit.

Iere. 20. Percuſſit Phaſſur Ieremiam prophetam, & miſit eum in neruum.

Ananias

Ananias prophetauit planè contra il- *Iere.* 28.
lud quod diceba t Iere.& tulit catenam li-
gneam de collo Ieremiæ & cōfregit eam.
& abiit Ieremias in domum ſuam, quaſi
confuſus ab illo mendace Propheta.

Nabuchodonoſor Rex Babylonis Aza- *Dan.* 3.6.
riam,& ſocios eius in fornacē mitti iuſſit, & 14.
eò quòd illi adorare noluerunt ſtatuam,
quam ipſe idololatra iniquus erexit. Et
Daniel bis fuit miſſus in lacum leonum,
procurantibus peſſimis hominibus.

Antiochus deſcendit Ieroſolymam in 1.*Mac.* 1.
multitudine graui cum ſuperbia: & fecit
ibi terribilem hominum cædem.

Bacchides & Alcimus proditor, miſſi à 1.*Mac.* 9.
rege Demetrio tantum exercitum produ-
xerunt contra Iudam Machabæum,quòd
ipſe Iudas cecidit in bello,& cæteri com-
militones ſui fugerunt.

Proditor & doloſus Tryphon, qui do- 1.*Mac.*13
minum ſuum regem Antiochum adole-
ſcentem dolo occidit, Ionatham & duos
eius filios nequiter interfecit.

Ioannem Baptiſtā,totius exemplar ſan- *Matt.*14.
ctitatis, ad petitionem vnius meretricis *Marc.* 6.
Herodes adulter viliſsimus decollauit. *Mat.* 26.

Saluator mundi dominus Ieſus, fuit & 27.
percuſſus & deluſus ab Anna, Caipha & *Luc.* 22.
ab Herode. Tetrarcha, & tandem à præ- & 23.

ſide

ſide Pilato iudicatus,& crucifixus:imò ab ipſis latronibus blaſphematus.

Act.5. Princeps ſacerdotũ & omnes qui cum illo erant, iniecerunt manus in Apoſt. & poſuerunt eos in cuſtodia publica, poſtea quibus cæſis denuntiatum eſt,ne amplius loquerentur in nomine Ieſu.

Act.6.7 Quidam Iudæi commouerunt plebem & ſeniores & ſcribas,& rapuerũt Stephanum, & ſtatuentes duos falſos teſtes contra eum,lapidauerunt ipſum.

Act.12. Miſit Herodes Agrippa rex manus,vt affligeret quoſdã de Eccleſia,occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio, & inſuper carcerauit Petrum.

Act.13. Iudæi concitauerunt religioſas mulieres & primos ciuitatis,& excitauerũt perſecutionem in Paulum & Barnabam, & eiecerunt eos de finibus ſuis.

Act.14. Cùm Paul. & Barnabas eſſent Lyſtris ciuitate ita honorati ꝙ illi homines ipſis quaſi diis ſacrificare voluerunt, ſuperuenerunt quidam Iudæi, & perſuaſis turbis lapidantes Paulum,extraxerunt extra ciuitatem,exſtimantes eum mortuũ eſſe.

Act.16. Quidã quæſtuarij dñi cuiuſdam puellæ, quæ habebat ſpiritum phytonem, à qua dæmonium Paulus eiecerat, ita concitauerunt principes & magiſtratus de ciuita

uitate Philippis, quòd Paulus & Sylas ſocius eius iuſſi ſunt cædi, & in carcerem mitti, & pedes eorum ligno aſtringi.

De tribulatione & eius vtilitatibus.

CAP. CXII.

PLus creuit Ioſeph in exilio in terra paupertatis ſuæ, quàm creuiſſet inter fratres ſuos in terra natiuitatis ſuæ. *Geneſ. 37. 39. 41. & infrà.*

Fratres Ioſeph locuti ſunt adinuicem, Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, idcirco venit ſuper nos tribulatio. *Gen. 42.*

Filij Iſrael creuerunt ex oppreſſionibus & tribulationibus Pharaonis. Quantò opprimebant eos Ægyptij, tantò magis multiplicabantur & creſcebant. *Exod. 1.*

Afflicti filij Iſrael à ſerpentibus, ignitis dixerunt ad Moyſen, Peccauimus, quoniam locuti ſumus contra Dominum, & contra te, &c. *Num. 21.*

Antequam verò Dn̄s illos ſerpentes immitteret, nec peccatū ſuum recognoſcebant, nec diuinum auxilium poſtulabant.

Toto tēpore principatus Ioſue, quando filij Iſrael grauiſſima prælia habuerūt, non legūtur à Domino receſſiſſe, ſed citò poſt quando in abundantia & quiete fuerunt. *Ioſue 1. & infr. vſq; in fin. & Iudic. 2.*

Audierunt filij Iſrael quòd Philiſtæi eſſent congregati, vt venirent contra eos, *1. Reg. 2.*

Hh

& timentes dixerunt Samueli: Ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominum.

2.Re.16. & 24. Fugiens Dauid à facie Abſalon ſeruo ſuo maledicente ſibi, patiens fuit. Sed obtenta victoria ſuperbiuit, quando iuſſit populum numerari.

Eodem. Videns Dauid Dominum propter peccatum elationis eius iratum, humiliter recognouit culpam ſuam, & petiit, vt ipſemet puniretur & populo parceretur.

3.Re.19. Eliam fugientem reginam Iezabel perſequentem, Angelus Domini confortauit, & panem & aquam ei oſtendit.

3.Reg.22 Pane tribulationis, & aqua anguſtiæ iuſſus eſt Michæas propheta ſuſtentari in carcere. Propterea, quia noluit Achab iuxta ſuam voluntatem reſpondere.

2.Par.12 Voluit Dominus vt viri Iuda affligerẽtur à rege Ægypti, vt ſcirent diſtantiã ſeruitutis diuinæ, & ſeruitutis regni terrarum.

2.Pa.32. Poſtquã Manaſſes anguſtiatus eſt, orauit Dominũ, cùm eſſet vinctus in Babylone, & egit pœnitentiã valde corã Domino, & exaudiuit Dominus orationẽ eius.

Nehe. 9. Dixerunt Leuitæ in tribulationis tempore: Clamauerunt ad te: & tu de cœlo audiſti, & ſecundùm miſerationes tuas multas dediſti eis ſaluationes.

Tob 2.11. Permittente Deo, poſt bona opera Tobias

bias fuit excæcatus, & deinde deriſus eſt ab illis, qui eum debuerant conſolari. Sed poſtea Dñs multipliciter cõſolatus eſt eũ.

De pop. ſuo loquens Iudith, dixit: Memores eſſe debetis, quando Abrahã pater veſter tentatus eſt, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus eſt. *Iudit. 8.*

Tribulationes ſuſtinuit Iob in anima vxoris, & amicorum ſuorum opprobria & contumelias, quæ ipſum ad triſtitiam prouocare debent in corpore grauiſſima infirmitate, quæ totũ corpus à planta pedis vſque ad verticem occupabat. In amiſsione rerum & liberorum. In ſubtractione ſolatij, quia anhelitum vxor eius abhorrebat. Alij etiam iuuenes, ſeu viles homines, ipſum deridebant, & eius faciem conſpuebant. Et tandem luctus ceſſit in gaudium. *Tob. 1. 2. & vlt.*

Sanctficatus in vtero Ieremias & prophetiæ ſpiritu plenus, dicebat de ſe quòd erat vir rixæ & diſcordiæ in vniuerſa terra, & quòd omnes maledicebant ei. *Iere. 1. & 15.* *Iere. 20.*

Pro veritate verò, quam populo prædicabat, fuit quandoque percuſſus, pluries incarceratus. Et tandem ab ipſo populo lapidatus in Taphnis Ægypti. *36. 37. & 38.* *Eccl. 39.*

Exul Ezechiel in Chaldæa, in medio captiuorum, vidit mirabiles Dei viſiones. *Ezech. 1. & deinceps.*

Per quod patet, quoniam in tribulationibus frequenter Deus hominé conſolatur.

Dan.3. Bene apparet Dominum eſſe cum homine in tribulatione, per illos ſocios Danielis, cum quibus vidit Nabuchodonoſor quartum, ſimilem filio Dei.

Dan.4. Nabuchodonoſor in proſperitate fuit arrogans & ſuperbus, ideò eiectus ab hominibus, & in beſtiam mutatus, recuperauit ſenſum quem amiſerat, in honore elatus, & laudauit Altiſſimum quem blaſphemauerat prius.

Dan.2.3 Tantum vel amplius laudatus fuit Deus ex trium puerorum patientia, quam habuerunt in fornacis tribulatione, quàm ex Danielis ſapientia, quã habuit in ſomniorum expoſitione ſeu interpretatione.

Dan.6. & 14. Daniel bis poſitus in lacu leonum auxilio diuino cœlitus miſſo bis meruit conſolari & liberari.

Dan.13. Suſanna in condemnatione mortis poſita, nec habens recurſum ad humanum adiutorium, flens reſpexit ad cœlum, ſicut auis in terra ab hominibus & canibus circumcincta non habet refugium, niſi eleuet ſe in altum.

1.Mac.9 Poſt obitum Iudæ Machabæi emerſerunt iniqui, & facta eſt fames valida, & elegit Bacchides viros impios, & conſtituit

ſtituit eos Dominos regionis, & facta eſt tribulatio magna in Iſrael.

Decretum exiit contra Iudæos tam iniquum, vt omnes trucidarentur, qui ſacrificare nolebant. Erat ergo videre miſeria. Ibi nota de Eleazaro. Item de matre cum ſeptem filiis, capite ſequenti. *2.Mac.6*

Antiochus cùm eſſet ſanus fuit crudelis homicida, ſuperbus poſtea percuſſus à Deo grauiſſima & inſanabili plaga, propoſitum & verba mutauit. *2.Ma.9.*

Natus in mundo citò paſſus eſt Dominus preſſuram mundi, ita quòd Ioſeph accepit eum & matrem eius, & fugit in Ægyptum. De multis afflictionibus & iniuriis quas paſſus eſt, require in cap. De patientia & manſuetudine. *Mat.2.*

Apoſtoli præcepto magiſtratuũ flagellati ibant gaudentes, quoniã digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. *Act.5.*

Quanquam verò Paulus tunc non eſſet cum illis, tamen ipſe poſtea de ſe dixit: Gloriamur in tribulationibus. Et ad Cor. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. *Rom.5.* *2.Cor.12*

Lapidato à Iudæis Stephano, facta eſt magna perſecutio in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis, ac omnes diſperſi ſunt per regiones Iudææ, & Samariæ, præter- *Act.8.*

Apoſtolos. Sed nota quòd multum profuit ad diuulgationem Euangelij.

Act.9. & infrà vſque in fi. Haberi poteſt ex Actib. Apoſtolorum quòd Paulus tribulationes ſeu perſecutiones paſſus eſt poſt conuerſionem ſuam.

Act.9. 2. Cor.11 Conſilium fecerunt Iudæi, vt interficerent eum nocte, parabantur inſidiæ & demiſſus eſt in ſporta per murum.

Act.13. Cùm eſſet in Antiochia Piſidiæ Paulus & Barnabas diſſeminauerunt verbum Dei per vniuerſam regionem. Iudæi excitauerunt perſecutiones in eos, & eiecti ſunt de finibus Iſrael. At illi excuſſo puluere pedum in eos venerunt Iconium.

Act.14. In ciuitate Lyſtris propter hominem claudum, quem curauit Paulus, in tanto honore fuerunt, quòd homines illi ſacrificare voluerunt. Superuenerunt autem quidam Iudæi, & perſuaſerunt turbis, lapidantéſq; Paulum, traxerunt extra ciuitatem, exiſtimantes eum mortuum eſſe.

Act.14. Paulus & Barnab. hortabãtur, vt permanerent in fide: quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

Act.16. Deinde in Macedonia occaſione puellæ, à qua Paulus eiecit ſpiritũ phytonem, Domini illius dolentes de quæſtu amiſſo, apprehenderunt Paulum & Sylam ſocium eius, & dixerunt eos eſſe turbato-

res

res ciuitatis. Magiſtratus autem iuſsit eos virgis cædi, & in carcerem mitti, & pedes eorum ligno ſtringi.

Poſtea apud Theſſanolicam cũ multi crediḋiſſent, zelantes Iudæi concitauerunt per quoſdam malos homines ciuitatem, fratres verò confeſtim per noctẽ dimiſerunt Paulum & Sylam in Berrœam. Vbi etiam cum multi verbum Dei ſuſcepiſſent, Iudæi hoc cognito, venerunt illuc commonẽtes multitudinem & turbantes: ſtatímque Paulum dimiſerunt fratres, & per mare deduxerunt Athenas. *Act. 17.*

Apud Corinthũ quoque inſtabat verbo Paulus, teſtificans Iudæis eſſe Chriſtũ Ieſum, contradicentib. autẽ illis & blaſphemantibus excutiens veſtimenta ſua, dixit ad eos: Sanguis veſter ſuper caput veſtrũ. *Act. 18.*

Gallione autem Proconſule Achaiæ, inſurrexerunt eum animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ante tribunal, dicentes: Quia contra legem hic perſuadet hominibus colere Deum. *Eodem.*

Exiſtente Paulo Epheſi & fiducialiter loquente verbum Dei, & multa ibidem miracula faciente, Demetrius quidam argentarius, faciens ædem Dianæ conuocatis artificibus, concitauit maximã turbationem, aduerſus Paulum quem dice- *Act. 19.*

bat auertere turbam à cultu deorum. His auditis repleti ſunt ira,& clamauerunt,dicentes:Magna Diana Epheſiorum.

Act.20. Paulo nauigante de Græcia in Syriam, factæ ſunt ei inſidiæ à Iudæis, habuítque conſilium, vt reuerteretur per Macedoniam comitati ſunt autem eum multi fratres de diuerſis locis.

Act.21. Quidam Iudæi Aſiani,cùm vidiſſent in templo Paulum, concitauerunt omnem populum, & iniecerũt ei manus, clamantes:Viri Iſraelitæ adiuuate. Et apprehendentes Paulum trahebant extra templum. Quærentibus autem illis eum occidere, nunciatum eſt tribuno, quòd tota confunderetur Ieruſalem:qui aſſumptis militibus, decurrit ad illos. Videntes autem tribunum & milites,ceſſauerunt percutere Paulum. Tunc apprehendit tribunus eum:iuſſit alligari catenis duabus.

Act.22. Vociferantibus Iudæis aduerſus Paulum, & proiicientibus veſtimenta ſua, & puluerem iactantibus in aërem, iuſsit eum tribunus duci in caſtra, & flagellis cædi, & torqueri, vt ſciret propter quam cauſam ſic acclamarent ei.

Act.23. Cùm eſſet Paulus à tribuno detentus, Iudæi pluſquam 40. dixerunt principi ſacerdotum: Deuotione deuouimus, nos nihil

nihil guſtaturos donec occidamus Paulum. Nunc ergo faciatis vt adducatur, & nos priuſquam appropriet, parati ſumus occidere illum. Sed tribunus à nepote Pauli monitus, facit eum ad Felicẽ præſidem cum manu forti & cautela deduci.

Exiſtens coram Felice præſide Paulus fuit à Iudæis tanquam ſeditioſus & peſtifer accuſatus: qui cùm eũ & Iudæos frequenter audiſſet, & tempus ita tranſiſſet, habuit quendam Feſtum nomine ſuo loco Cæſar ſucceſſorem. Volens autem Felix gratiam præſtare Iudæis, reliquit Paulum vinctum, à quo iudice Feſto, Paulus ſentiens ſe grauari, Cæſarem appellauit. *Act. 24. & 25.*

Poſtea, ſupple poſt appellationem, Romam catena vinctus & tempore hyemali naufragium paſſus multas tribulationes & anguſtias tolerauit. *Act. 27. & 28.*

De ſeipſo ſcribens Apoſtolus ait: Nolumus vos ignorare fratres de tribulatione noſtra quæ facta eſt in Aſia, quoniam ſupra modum grauati ſumus, ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. *2. Cor. 1.*

Cùm veniſſemus in Macedoniam nullam requiem habuit caro noſtra, ſed omnem tribulationem paſſi ſumus, foris pugnæ, intus timores. *Eodem.*

Cõmendans Apoſtolus Theſſalonicen- *1. Theſſ. 2*

Digitized by Google

Ioan. 18. Cùm eſſet in Ieruſalem tempore paſchali, quo paſſus eſt Dominus, maxima populi multitudo, non eſt inuentus vir qui ſe opponeret manifeſtæ morti tam nequiter procuratæ. Clamauerunt enim omnes non hunc dimittas, ſed Barrabam.

Act. 28. Quidam Iudæi, quos inuenit Paulus Romæ in primo aduentu ſuo, dixerunt ei: De ſecta hac Chriſtianorum notum eſt nobis quòd vbique ei contradicitur.

De bonis latentibus inter malos.

CAP. CXIIII.

Gen. 6. 7. QVamuis ſcriptum ſit: Omnis caro corruperat viam ſuam, tamen dixit Dominus ad Noë: Te vidi iuſtum coram me, in generatione hac.

Gene. 13. 19. Loth iuſtus habitauit in medio Sodomorum.

Geneſ. 39 Ioſeph in Ægypto caſtam & fidelem vitam duxit.

Exod. 3. Apparuit Dominus Moyſi in terra madian, cum oues ſoceri ſui Iethro paſceret in deſerto.

1. *Reg.* 2. Samuel inter filios Heli peſſimos, ſanctus & innocens fuit.

3. *Reg.* 19. Sub Achab & Iezabel Elias omnes ſe ſolo excepto reputabat idololatras; ſed dixit ei per reſponſum Dñs: derelinquam mihi in Iſrael 7. millia virorum, quorum genua

genua non ſunt curuata ante Baal. De quo etiam ad Rom. 11. An neſcitis, &c.

Tobias natus fuit ex tribu Nephthalim ſub regno Samariæ, in quo ferè omnes putabantur idololatria & vitiis diuerſis infecti. Vnde iſte in captiuitate poſitus viam veritatis non deſeruit. *Tob. 1.*

Cuncti ſerui regis Aſſueri, qui in foribus palatij verſabantur, flectebant genua & adorabant Aman ſuperbiſſimum, ſolus Mardochæus non flectebat genua. *Heſter 3. 5.*

Sãctus Iob gẽtilis fuit, & de Eſau dicitur deſcendiſſe, quẽ tamẽ conſtat fide & moribus mirabiliter claruiſſe, qui de ſeipſo dicebat: Frater fui draconũ, & ſocius ſtruthionum. Habitauit enim inter gentes. *Iob. 1. 30.*

Ieremias Propheta erat cum populis qui remanſerant in Iudæa poſt deſtructionem Ieruſalẽ, qui pro ipſis orabat, & ipſis voluntatem domini monſtrabat. *Iere. 43.*

Illi verò dicebant: Mendacium tu loqueris, non te miſit dominus, ſed Baruch incitat te aduerſus nos, vt tradat nos in manus Chaldæorum.

Dixit Dominus Ezechieli: Tu fili hominis, ne timeas eos, quoniam increduli, & ſubuerſores ſunt tecũ, & cum ſcorpionibus habitas. *Ezech. 2.*

Daniel, Ananias, Azarias, Miſael habitaue *Dan. 3. 6. & 14.*

& timentes dixerunt Samueli: Ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominum.

2.Re.16. & 24. Fugiens Dauid à facie Abſalon ſeruo ſuo maledicente ſibi, patiens fuit. Sed obtenta victoria ſuperbiuit, quando iuſſit populum numerari.

Eodem. Videns Dauid Dominum propter peccatum elationis eius iratum, humiliter recognouit culpam ſuam, & petiit, vt ipſemet puniretur & populo parceretur.

3.Re.19. Eliam fugientem reginam Iezabel perſequentem, Angelus Domini confortauit, & panem & aquam ei oſtendit.

3.Reg.22 Pane tribulationis, & aqua anguſtiæ iuſſus eſt Michæas propheta ſuſtentari in carcere. Propterea, quia noluit Achab iuxta ſuam voluntatem reſpondere.

2.Par.12 Voluit Dominus vt viri Iuda affligerētur à rege Ægypti, vt ſcirent diſtantiā ſeruitutis diuinæ, & ſeruitutis regni terrarum.

2.Pa.32. Poſtquā Manaſſes anguſtiatus eſt, orauit Dominū, cùm eſſet vinctus in Babylone, & egit pœnitentiā valde corā Domino, & exaudiuit Dominus orationē eius.

Nehe. 9. Dixerunt Leuitæ in tribulationis tempore: Clamauerunt ad te: & tu de cœlo audiſti, & ſecundùm miſerationes tuas multas dediſti eis ſaluationes.

Tob 2.11. Permittente Deo, poſt bona opera Tobias

bias fuit excæcatus, & deinde deriſus eſt ab illis,qui eum debuerant conſolari. Sed poſtea Dn̄s multipliciter cōſolatus eſt eū.

De pop.ſuo loquens Iudith,dixit: Memores eſſe debetis, quando Abrahā pater veſter tentatus eſt, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus eſt. *Iudit.8.*

Tribulationes ſuſtinuit Iob in anima vxoris, & amicorum ſuorum opprobria & contumelias, quæ ipſum ad triſtitiam prouocare debent in corpore grauiſſima infirmitate, quæ totū corpus à planta pedis vſque ad verticem occupabat. In amiſsione rerum & liberorum. In ſubtractione ſolatij, quia anhelitum vxor eius abhorrebat. Alij etiam iuuenes, ſeu viles homines, ipſum deridebant, & eius faciem conſpuebant. Et tandem luctus ceſſit in gaudium. *Iob.1. 2. & vlt.*

Sanctificatus in vtero Ieremias & prophetiæ ſpiritu plenus, dicebat de ſe quòd erat vir rixæ & diſcordiæ in vniuerſa terra,& quòd omnes maledicebant ei. *Iere.1. & 15.* *Iere. 20.*

Pro veritate verò,quam populo prædicabat, fuit quandoque percuſſus, pluries incarceratus. Et tandem ab ipſo populo lapidatus in Taphnis Ægypti. *36.37. & 38.* *Eccl. 39.*

Exul Ezechiel in Chaldæa, in medio captiuorum, vidit mirabiles Dei viſiones. *Ezech.1. & deinceps.*

Per quod patet, quoniam in tribulationibus frequenter Deus hominé conſolatur.

Dan.3. Bene apparet Dominum eſſe cum homine in tribulatione, per illos ſocios Danielis, cum quibus vidit Nabuchodonoſor quartum, ſimilem filio Dei.

Dan.4. Nabuchodonoſor in proſperitate fuit arrogans & ſuperbus, ideò eiectus ab hominibus, & in beſtiam mutatus, recuperauit ſenſum quem amiſerat, in honore elatus, & laudauit Altiſſimum quem blaſphemauerat prius.

Dan.2.3 Tantum vel amplius laudatus fuit Deus ex trium puerorum patientia, quam habuerunt in fornacis tribulatione, quàm ex Danielis ſapientia, quã habuit in ſomniorum expoſitione ſeu interpretatione.

Dan.6. & 14. Daniel bis poſitus in lacu leonum auxilio diuino cœlitus miſſo bis meruit conſolari & liberari.

Dan.13. Suſanna in condemnatione mortis poſita, nec habens recurſum ad humanum adiutorium, flens reſpexit ad cœlum, ſicut auis in terra ab hominibus & canibus circumcincta non habet refugium, niſi eleuet ſe in altum.

1.Mac.9 Poſt obitum Iudæ Machabæi emerſerunt iniqui, & facta eſt fames valida, & elegit Bacchides viros impios, & conſtituit

ſtituit eos Dominos regionis, & facta eſt tribulatio magna in Iſrael.

Decretum exiit contra Iudæos tam iniquum, vt omnes trucidarentur, qui ſacrificare nolebant. Erat ergo videre miſeria. Ibi nota de Eleazaro·Item de matre cum ſeptem filiis, capite ſequenti. *2.Mac.6*

Antiochus cùm eſſet ſanus fuit crudelis homicida, ſuperbus poſtea percuſſus à Deo grauiſſima & inſanabili plaga, propoſitum & verba mutauit. *2.Ma.9.*

Natus in mundo citò paſſus eſt Dominus preſſuram mundi, ita quòd Ioſeph accepit eum & matrem eius, & fugit in Ægyptum. De multis afflictionibus & iniuriis quas paſſus eſt, require in cap. De patientia & manſuetudine. *Mat.2.*

Apoſtoli præcepto magiſtratuũ flagellati ibant gaudentes, quoniã digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. *Act.5.*

Quanquam verò Paulus tunc non eſſet cum illis, tamen ipſe poſtea de ſe dixit: Gloriamur in tribulationibus. Et ad Cor. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. *Rom.5.* *2.Cor.12*

Lapidato à Iudæis Stephano, facta eſt magna perſecutio in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis, ac omnes diſperſi ſunt per regiones Iudææ, & Samariæ, præter- *Act.8.*

Apoſtolos. Sed nota quòd multum profuit ad diuulgationem Euangelij.

Act. 9. & infrà vſque in fi. Haberi poteſt ex Actib. Apoſtolorum quòd Paulus tribulationes ſeu perſecutiones paſſus eſt poſt conuerſionem ſuam.

Act. 9. 2. Cor. 11 Conſilium fecerunt Iudæi, vt interficerent eum nocte, parabantur inſidiæ & demiſſus eſt in ſporta per murum.

Act. 13. Cùm eſſet in Antiochia Piſidiæ Paulus & Barnabas diſſeminauerunt verbum Dei per vniuerſam regionem. Iudæi excitauerunt perſecutiones in eos, & eiecti ſunt de finibus Iſrael. At illi excuſſo puluere pedum in eos venerunt Iconium.

Act. 14. In ciuitate Lyſtris propter hominem claudum, quem curauit Paulus, in tanto honore fuerunt, quòd homines illi ſacrificare voluerunt. Superuenerunt autem quidam Iudæi, & perſuaſerunt turbis, lapidantéſq; Paulum, traxerunt extra ciuitatem, exiſtimantes eum mortuum eſſe.

Act. 14. Paulus & Barnab. hortabâtur, vt permanerent in fide: quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

Act. 16. Deinde in Macedonia occaſione puellæ, à qua Paulus eiecit ſpiritũ phytonem, Domini illius dolentes de quæſtu amiſſo, apprehenderunt Paulum & Sylam ſocium eius, & dixerunt eos eſſe turbato-

res

res ciuitatis. Magiſtratus autem iuſsit eos virgis cædi, & in carcerem mitti, & pedes eorum ligno ſtringi.

Poſtea apud Theſſanolicam cũ multi credidiſſent, zelantes Iudæi concitauerunt per quoſdam malos homines ciuitatem, fratres verò confeſtim per noctẽ dimiſerunt Paulum & Sylam in Berrœam. Vbi etiam cum multi verbum Dei ſuſcepiſſent, Iudæi hoc cognito, venerunt illuc commonẽtes multitudinem & turbantes: ſtatímque Paulum dimiſerunt fratres, & per mare deduxerunt Athenas. *Act. 17.*

Apud Corinthũ quoque inſtabat verbo Paulus, teſtificans Iudæis eſſe Chriſtũ Ieſum, contradicentib. autẽ illis & blaſphemantibus excutiens veſtimenta ſua, dixit ad eos: Sanguis veſter ſuper caput veſtrũ. *Act. 18.*

Gallione autem Proconſule Achaiæ, inſurrexerunt eum animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ante tribunal, dicentes: Quia contra legem hic perſuadet hominibus colere Deum. *Eodem.*

Exiſtente Paulo Epheſi & fiducialiter loquente verbum Dei, & multa ibidem miracula faciente, Demetrius quidam argentarius, faciens ædem Dianæ conuocatis artificibus, concitauit maximã turbationem, aduerſus Paulum quem dice- *Act. 19.*

bat auertere turbam à cultu deorum. His auditis repleti ſunt ira, & clamauerunt, dicentes: Magna Diana Epheſiorum.

Act.20. Paulo nauigante de Græcia in Syriam, factæ ſunt ei inſidiæ à Iudæis, habuítque conſilium, vt reuerteretur per Macedoniam comitati ſunt autem eum multi fratres de diuerſis locis.

Act.21. Quidam Iudæi Aſiani, cùm vidiſſent in templo Paulum, concitauerunt omnem populum, & iniecerũt ei manus, clamantes: Viri Iſraelitæ adiuuate. Et apprehendentes Paulum trahebant extra templum. Quærentibus autem illis eum occidere, nunciatum eſt tribuno, quòd tota confunderetur Ieruſalem: qui aſſumptis militibus, decurrit ad illos. Videntes autem tribunum & milites, ceſſauerunt percutere Paulum. Tunc apprehendit tribunus eum: iuſſit alligari catenis duabus.

Act.22. Vociferantibus Iudæis aduerſus Paulum, & proiicientibus veſtimenta ſua, & puluerem iactantibus in aërem, iuſsit eum tribunus duci in caſtra, & flagellis cædi, & torqueri, vt ſciret propter quam cauſam ſic acclamarent ei.

Act.23. Cùm eſſet Paulus à tribuno detentus, Iudæi pluſquam 40. dixerunt principi ſacerdotum: Deuotione deuouimus, nos nihil

nihil guſtaturos donec occidamus Paulum. Nunc ergo faciatis vt adducatur, & nos priuſquam appropriet, parati ſumus occidere illum. Sed tribunus à nepote Pauli monitus, facit eum ad Felicẽ præſidem cum manu forti & cautela deduci.

Exiſtens coram Felice præſide Paulus fuit à Iudæis tanquam ſeditioſus & peſtifer accuſatus: qui cùm eũ & Iudæos frequenter audiſſet, & tempus ita tranſiſſet, habuit quendam Feſtum nomine ſuo loco Cæſar ſucceſſorem. Volens autem Felix gratiam præſtare Iudæis, reliquit Paulum vinctum, à quo iudice Feſto, Paulus ſentiens ſe grauari, Cæſarem appellauit. *Act. 24. & 25.*

Poſtea, ſupple poſt appellationem, Romam catena vinctus & tempore hyemali naufragium paſſus multas tribulationes & anguſtias tolerauit. *Act. 27. & 28.*

De ſeipſo ſcribens Apoſtolus ait: Nolumus vos ignorare fratres de tribulatione noſtra quæ facta eſt in Aſia, quoniam ſupra modum grauati ſumus, ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. *2. Cor. 1.*

Cùm veniſſemus in Macedoniam nullam requiem habuit caro noſtra, ſed omnem tribulationem paſſi ſumus, foris pugnæ, intus timores. *Eodem.*

Cõmendans Apoſtolus Theſſalonicen- *1. Theſſ. 2*

ſes: Vos imitatores noſtri facti eſtis & Domini, accipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus ſancti.

Apoc.1. *Super totum.* Ab aduentu Spiritus ſancti in diſcipulos, vſque ad tempus illud, quod ſub Domitiano Ioannes Apoſtolus fuit exilio relegatus, fluxerunt anni circiter quinquaginta, nec toto illo tempore legitur, tot & tantas conſolationes diuinas habuiſſe, quot habuit modico tempore quo tribulationem perpeſſus eſt.

De multitudine malorum. CAP. CXIII.

Gen. 6.7. CVm factum fuit diluuium, octo homines tantum ſaluati ſunt.

2.Petr.3. Omnis quippe caro corruperat viam ſuam.

Gene.19. In quinque ciuitatibus Sodomorũ, non fuerunt inuenti decem iuſti, ergo erat ibi multitudo malorũ, & paucitas bonorum.

Gen. 21. *& 25.* Plures filios ſuſcepit Abraham ex Cethura, quàm ex Sara.

Eodem. Et plures fuerũt filij Iſmaelis, quã Iſaac.

Geneſ.37. Inter omnes fratres Ioſeph nõ fuerunt niſi duo, Ruben & Iudas, qui conati ſunt ipſum liberare: ſed præualuerunt mali.

Num.13. *Deut.1.* *Num.11.* Moyſes, exploratores miſit ad conſiderandũ terram promiſsionis: ſed duo tantum erant boni, ſcilicet, Caleb & Ioſue.

& 26. Sexcenta millia virorum, quingenti quin

quinquaginta, à 20. anno, & ſupra, qui poterant ad bella procedere, prima numeratione numerati fuerunt, in ſecunda verò numeratione recenſiti fuere ſexcenta millia & mille ſeptingenti triginta: Ex quibus duo tantum Caleb, & Ioſue intrauerunt terram promiſsionis. *Deut.2.*

Plures fuerunt cum Abſalon, regnum patris vſurpare nitente, quàm cum Dauid bene & iuſtè regnante. *2.Re.25.*

Maior pars filiorũ Iſrael fuit in regno Samariæ, quia decem tribus, vbi erant homines multo peiores, minor autem in regno Ieruſalem quia duæ tantum tribus. *3.Reg.12*

Tantus erat numerus bellatorum regis Syriæ, qui pugnabant contra Iſrael, quòd dicebat ipſe rex, puluerem Samariæ non ſufficere pugillis eorum. *3.Re.20.*

Ic exercitu Holofernis tantus erat numerus bellatorum, quòd cooperuerunt faciem terræ ſicut locuſtæ. *Iudit.2.*

Stultorum infinitus eſt numerus. *Eccl.1.*

Omnis populus habitantium in terra Ægypti & mulieres, quarum ſtabat multitudo grandis, ſacrificabat diis alienis. *Iere.44.*

Non remanſerant cum Iuda Machabæo niſi octingenti viri, & erant in exercitu Bacchidis & Alcimi proditoris viginti millia virorum, & duo millia equitum. *1.Mac.9*

Cùm

Ioan. 18. Cùm eſſet in Ieruſalem tempore paſchali, quo paſſus eſt Dominus, maxima populi multitudo, non eſt inuentus vir qui ſe opponeret manifeſtæ morti tam nequiter procuratæ. Clamauerunt enim omnes non hunc dimittas, ſed Barrabam.

Act. 28. Quidam Iudæi, quos inuenit Paulus Romæ in primo aduentu ſuo, dixerunt ei: De ſecta hac Chriſtianorum notum eſt nobis quòd vbique ei contradicitur.

De bonis latentibus inter malos.

CAP. CXIIII.

Gen. 6. 7. QVamuis ſcriptum ſit: Omnis caro corruperat viam ſuam, tamen dixit Dominus ad Noë: Te vidi iuſtum coram me, in generatione hac.

Gene. 13. 19. Loth iuſtus habitauit in medio Sodomorum.

Geneſ. 39 Ioſeph in Ægypto caſtam & fidelem vitam duxit.

Exod. 3. Apparuit Dominus Moyſi in terra madian, cum oues ſoceri ſui Iethro paſceret in deſerto.

1. *Reg.* 2. Samuel inter filios Heli peſſimos, ſanctus & innocens fuit.

3. *Reg.* 19. Sub Achab & Iezabel Elias omnes ſe ſolo excepto reputabat idololatras; ſed dixit ei per reſponſum Dñs: derelinquam mihi in Iſrael 7. millia virorum, quorum genua

genua non ſunt curuata ante Baal. De quo etiam ad Rom. 11. An neſcitis, &c.

Tobias natus fuit ex tribu Nephthalim ſub regno Samariæ, in quo ferè omnes putabantur idololatria & vitiis diuerſis infecti. Vnde iſte in captiuitate poſitus viam veritatis non deſeruit. *Tob. 1.*

Cuncti ſerui regis Aſſueri, qui in foribus palatij verſabantur, flectebant genua & adorabant Aman ſuperbiſſimum, ſolus Mardochæus non flectebat genua. *Heſter 3. 5.*

Sãctus Iob gẽtilis fuit, & de Eſau dicitur deſcendiſſe, quẽ tamẽ conſtat fide & moribus mirabiliter claruiſſe, qui de ſeipſo dicebat: Frater fui draconũ, & ſocius ſtruthionum. Habitauit enim inter gentes. *Iob. 1. 3*

Ieremias Propheta erat cum populis qui remanſerant in Iudæa poſt deſtructionem Ieruſalẽ, qui pro ipſis orabat, & ipſis voluntatem domini monſtrabat. *Iere. 43.*

Illi verò dicebant: Mendacium tu loqueris, non te miſit dominus, ſed Baruch incitat te aduerſus nos, vt tradat nos in manus Chaldæorum.

Dixit Dominus Ezechieli: Tu fili hominis, ne timeas eos, quoniam increduli, & ſubuerſores ſunt tecũ, & cum ſcorpionibus habitas. *Ezech. 2.*

Daniel, Ananias, Azarias, Miſael habitaue *Dan. 3. 6. & 14.*

bitauerunt cum Chaldæis idololatris, qui eos ad idololatriam inducere, & à cultu veri Dei retrahere laborauerunt.

Dan. 13. Suſanna fuit caſtiſſima in Babylone, vbi ſenes presbyteri erant impudici, & iudices iniqui.

1. Mac. 3 Tempore Antiochi Epiphanis, ſiue illuſtris, multi Iudæi erant ad ritum gentium tranſlati, ſed inuenti ſunt Matathias, & filij eius in lege Dei valde ſtabiles & firmi.

Mat. 8. Commendans dominus fidem & deuotionem Centurionis habitantis Capharnaum, dixit quòd non inuenerat tantam fidem in Iſrael.

Ioan. 3. Nicodemus princeps Iudæorum venit ad Ieſum nocte & planè cõfeſſus eſt: Rabbi, Scimus quia à Deo veniſti magiſter.

Ioan. 19. Poſtea crucifixo domino, venit ad ſepeliendum eum, portans centum libras vnguenti pretioſi.

Matt. 15 Ioſeph nobilis decurio ab Arimathia diſcipulus erat Ieſu, occultùs autem propter metum Iudæorum, depoſito tamen metu, audacter intrauit ad Pilatum, & deuotam petitionem fecit, petens corpus Ieſu ab in deuoto tyranno.

Act. 5. Honorabilis doctor Gamaliel legis, erat Phariſæus, & dedit bonum & nobile conſilium pro Apoſtolis, principibus

ſacer

ſacerdotum.

Vir quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius, religioſus & timẽs Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas plebi & deprecans dominum ſemper. *Act.* 10.

De mobilitate populi. CAP. CXV.

REdiens Moyſes de terra Madian in Ægyptũ, narrauit omnia verba domini pro quibus miſerat eum, ſequitur: Credidit populus, audieruntq́; ꝙ ſanctificaſſet dominus filios Iſrael & proni adorauerunt. Poſtea vero cũ eſſent afflicti ab exactoribus Pharaonis, dixerunt Moyſi & Aaron: Videat Dominus & iudicet, quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone & ſeruis eius, & præbuiſtis ei gladium, vt occideret nos. *Exo.* 4. 5

Cùm poſt multas Ægypti plagas ditati, & armati egrederentur filij Iſraël de Ægypto, Domino præcedente, & viam etiam eis per nubem & ignẽ oſtendente, viderunt Ægyptios poſt ſe venientes, & timuerunt valdè, & dixerunt ad Moyſen: Forſitan non erant ſepulchra in Ægypto, & ideo tuliſti nos vt moreremur in ſolitudine Dei: deinde confortati ſunt per Moyſen quum dominus mare rubrum, diuiſiſſet, & populus ſicco pede tranſiſſet, ſubmerſus eſt exercitus Pharaonis, & timuit *Exod.* 14. *Exod.* 15

muit populus dominum, & crediderunt domino & Moyſi ſeruo eius dicẽtes: Cantemus Domino, glorioſè, &c.

Exod 15. & 16. Satis autem cito poſt venientes in Marath, murmurauit pop. propter aquas nimis amaras, quibus per lignum appoſitum dulcoratis conſequenter murmurauerunt pro defectu cibi, dixerúntque ad Moyſen & Aaron: Vtinã mortui eſſemus in Ægypto, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, &c. Et miſit dominus veſpere coturnices, & manna pluit eis de cœlo mane.

Exod. 19. Poſt hoc cũ daturus eſſet eis legẽ dixerũt: Cũcta quæ loquutus eſt dñs faciemus.

Exod. 24. Cùm narraſſet eis Moyſes verba & præcepta, quæ à domino acceperat, ſimilia verba dixerunt.

Exod. 32 Cùm autẽ morã faceret Moyſes in mõtẽ cũ domino in deſcriptione tabernaculi, congregatus eſt pop. aduerſus Aaron & ait: Fac nobis Deos, qui nos præcedant.

Num. 11. Deinde cùm erectum eſſet tabernaculum, & factæ oblationes principum poſt numerationem bellatorum & Leuitarum cùm eſſent omnia ordinata, quomodo debebant proficiſci in via, poſt modicum ortum eſt murmur populi, quaſi dolentium præ labore.

Num. 13. & 14. Poſt modicũ audita relatione exploratorum

potum murmurauit pop. & fleuit, dixítque alter ad alterum: Conſtituamus nobis ducem & reuertamur in Ægyptum.

Audientes, quòd diſplicuit dño murmur eorum, voluerunt aſcendere montē & contra voluntatem Moyſi pugare, & tunc fuerunt ab hoſtibus debellati. *Eodem.*

Rurſus in ſeditione Chore multi ſurrexerunt contra Moſen & Aaron, quibus terribiliter caſtigatis murmurauit etiam multitudo filiorum Iſrael contra Moyſen & Aaron dicens. Vos interfeciſtis populū domini. Cúmque oriretur ſeditio & tumultus creſceret, Moyſes & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. *Num. 16.*

Cùm autem per miraculum virgæ Aaron compeſcuiſſet eos dominus, dixerunt: Ecce conſumpti ſumus, & omnes peribimus, quicunque accedit ad tabernaculum domini moritur. *Num. 17.*

Vlterius procedentes venerunt ad aquas contradictionis, vbi taliter iurgati ſunt aduerſus Moyſen & Aaron, quòd ipſi etiam diffiſi ſunt de diuina virtute. Propter quod & puniti ſunt à domino. *Num. 20.*

Poſtea fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerūt eos ad ſacrificia ſua: & initiatus eſt Iſrael Beelphegor. Et præcepit dominus principes ſu- *Num. 27.*

ſpendi contra ſolem in patibulis.

Iudic. 8. Cùm liberaſſet Gedeon populum filiorum Iſrael de manu Madian, & occidiſſet Zebec & Salmana, dixerunt oẽs filij Iſrael ad eum dominare noſtri tu & filius tuus & filij tui. Ipſo tamen mortuo, cùm haberet 76. filios, nullum de ipſis aſſumere in dominum & principem curauit.

11. *Re.* 7. 8 Samuel Propheta liberauit popu. Iſrael de manu Philiſthiim, & recuperauit vrbes, quas illi abſtulerant Iſrael: poſtea cõgregati petierunt regem ſibi conſtitui contra voluntatem dñi & Samuelis.

2. *Reg.* 8. & 15. Quamuis Dauid ita bene populum rexiſſet, & tot victorias habuiſſet: tamen ſatis cito facta eſt coniuratio valida contra eum. Populus verò concurrens augebatur cum Abſalon.

2. *Re.* 19. & 20. Notandum verò cùm rediret Dauid in Ieruſalem, pop. illuc certatim volebat eũ reducere cum honore, ſed pro eo, ꝙ viri Iuda loquuti ſunt cum viris de decem tribubus; ſeparatus eſt omnis Iſrael à Dauid, ſequutuſque eſt Sebam filium Bochri.

3. *Reg.* 10 & 11. Sub Salomone filij Iſrael temporalium rerum abundantiam habuerũt, & honore maximo floruerunt, cùm tamen à filio ſuo pro maiori parte, occaſione vnius duri verbi, citius receſſerunt.

Audien

Audientes filij Iſrael terribilem poten- tiam Holofernis præoccupauerũt omnes vertices montiũ, & muris circundederunt viros ſuos, & congregauerũt frumenta in præparationẽ pugnę. Poſtmodum cùm vi- diſſent ſe arctari ab exercitu congregati ſunt ad Oxiam omnes ſimul, & dixerunt: Iudicet Dominus inter nos & te, quoniam feciſti in nos mala, nolens loqui pacificè cum Aſſyriis. *Iudith. 7.*

Cùm compleſſet Ieremias verba, quæ præceperat ei dominus: vt loqueretur ad populum, apprehenderunt eum ſacerdo- tes & prophetæ, & omnis populus dicen- tes: Morte moriatur: & poſt pauca dixe- runt principes & omnis populus ad ſacer- dotes & prophetas: Non eſt viro huic iu- dicium mortis. *Iere. 26.*

Acceſſerunt omnes à paruo vſque ad maximum ad Ieremiã, & dixerunt, Omne verbum in quo miſerit te Deus ad nos, fa- ciemus ſiue bonum ſiue malum. Cúmque poſt decem dies intimaſſet eis Ieremias dñi voluntatem. dixerunt ei: Mendacium tu loqueris, non miſit te dñs, ſed Baruch filius Neriæ incitat te aduerſum nos, & non audiuit vniuerſus populus, &c. *Iere. 24. & 43.*

Citò credidit duobus presbyteris ſe- nibus multitudo, & condemnauerunt *Dan. 13.*

Suſannam ad mortem:& paulo poſt reuerſus eſt populus cum feſtinatione, & conſurrexerunt aduerſus duos præsbyteros,& fecerunt eis,ſicut male egerant aduerſus proximum.

1.Ma. 13 Cognouit Simon,ꝙ Tryphon cum dolo loqueretur,petens duos filios Ionathæ, & 100.talenta argenti, iuſsit tamen dari, ne inimicitiam magnam ſumeret ad populum Iſrael,dicentẽ: Quia non miſit argentum & pueros,propterea periit.

Luc.4. Cùm quadam die eſſet dn̄s in ciuitate Nazareth,& dicerent ei Iudæi,ſatis bono modo,vt faceret ibi miracula,ſicut in Capharnaum fecerat,poſt modicam increpationem,quam fecit eis, repleti ſunt ira, & eiecerunt eum extra ciuitatẽ,& voluerunt eum præcipitare de ſupercilio montis.

Ioan.6. Quãdo ſatiauit dominus quinque millia hominum, de quinq; panibus & duobus piſcibus,voluerunt eum rapere & facere regem. Citò autem poſt cœperunt increduli diſputare,& quærere: Quod ſignum facis,vt credamus tibi?

Mat. 11. Videns turba populi Iudæ, Lazarũ ſu-
Marc.11. ſcitatum, & multa alia facta miracula per
Luc. 9. Dominũ Ieſum,venit ei obuiam cum ma-
Ioan. 12. gno honore,tamen circumſpectis omnibus, cum iam veſpera eſſet hora, exiit

Bethan

Bethaniam, fortè quia non vidit in Ieruſalem, qui eum ad hoſpitium inuitaret.

Ante quinque dies paſchæ Dominum Ieſum recepit populus cũ magno tripudio & honore, & per hebdomadã omnis populus erat ſuſpenſus ad verba eius, & mane veniebant ad eum in templo audire eum: feria verò ſexta, in die paraſceues clamauerunt omnes: Crucifige eum. *Matt.* 21 & 27. *Luc.* 19. & 23. *Ioan.* 12. 19.

Facta voce ſpiritus vehementis ſuper diſcipulos venientis conuenit multitudo & mente confuſa eſt. Quidam autem irridebant dicentes: Quia muſto pleni ſunt iſti: Inſtans autem Petrus loquutus eſt eis multa, diſcipulos excuſans & verba Iohelis allegans, quibus auditis ſunt corde cõpuncti, petentes quid facere deberent. Et baptizati ſunt illo die circiter tria millia hominum. *Act.* 2.

Quodam Sabbato penè vniuerſa ciuitas conuenit audire verbũ Dñi, quod Paulus ad Barnabas prædicabãt, Iudæi autem contradicebant blaſphemantes. Tandem Paulus & Barnabas cõuerſi ſunt ad prædicandum gentibus, & audientes gentes gauiſæ ſunt. Paulò pòſt Iudæi concitauerunt religioſas mulieres, & primos ciuitatis & excitauerunt perſecutionem in Paulum & Barnabam, & eiecerunt eos de *Act.* 13.

finibus ſuis,& illi excuſſo puluere pedum in eos,venerunt Iconium.

Act.14. Cùm Paulus & Bernabas eſſent Lyſtris ciuitate Lycaoniæ, & quidã claudus per Paulum fuiſſet curatus turbæ ipſos eſſe Deos clamabant, & eis ſacrificare volebant,at illi dicẽtes ſe eſſe mortales, ſedauerunt turbas,ne ſibi immolarent. Superuenerũt autẽ quidã Iudæi,& perſuaſis turbis,lapidãtéſque Paulum, traxerunt extra ciuitatem,exiſtimantes eum mortuum.

Act.16. Quidam quæſtuarij habentes vnã mulierem cùm ſpiritu phytonico, à qua Paulus eiecit dæmonium, ita concitauerunt principes & magiſtratus ciuitatis, quòd factus eſt populi cõcurſus aduerſus Paulum & Sylam ſocium eius, & ſciſſis eorum tunicis, fuerunt virgis cæſi,& in carcerem miſſi, ac pedes ligno ſtricti. Et ſequenti die fuerunt rogati recedere.

Act.19. Paulo apud Ephesum exiſtente,& multa ibidem miracula faciente, Demetrius quidam argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ conuocatis artificibus, concitauit tantã turbationem in ciuitate,quòd tota impleta eſt confuſione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum, & tamen plures neſciebant,qua ex cauſa conueniſſent. Tunc fuerunt in magno cor-

porum

porum periculo Paulus & ſocij eius, ſed ſcriba populum pulcrè alloquens diſcretè ſedauit,& ad propria remiſit.

Quadam die tãta fuit in Ieruſalem aduerſus Paulum turba,& populi concurſio, ꝙ percutiebant eum, & trahebant extra templum,& vix potuit eripi à tribuno cohortis,qui cũ militibus ſuperuenit. Poſteà verò cùm narraſſet quæ ei acciderãt Damaſci,leuauerunt vocem dicentes: Tolle de terra eius memoriam,non enim eſt fas eum viuere.Sequenti autem die exclamauit Paulus in concilio: Viri fratres ego Phariſæus ſum, filius Phariſæi, & facta diſſenſione inter Phariſæos & Sadducæos ſoluta eſt multitudo,& ſurgentes quidam Phariſæi pugnabant, dicentes:Nihil mali inuenimus in homine iſto. Quid ſi ſpiritus loquutus eſt ei,aut Angelus? *Act.22. & 23.*

Dum calefaceret ſe Paulus ad ignẽ poſt naufragium tempore hyemali, vipera à calore procedẽs inuaſit manus eius,quod videntes barbari, adinuicem dicebant: Vtique homicida eſt homo hic, qui cum euaſerit de mari,vltio eum viuere non ſinit. Paulus autem beſtiam excutiens in ignem, nihil mali paſſus eſt: Illi verò videntes nihil mali in eo fieri, dicebant eũ Deum eſſe, citò mutauerunt opinionem. *Act.28.*

De operatione bona. CAP. CXVI.

Geneſ.13. POſuit Deus hominem in Paradiſum voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum. Et poſt peccatum emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram, de qua natus eſt, & ait illi: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Et ſic nota, quòd Deus hominem voluit operari in ſtatu innocentiæ, & poſt peccatum.

2.Reg.11 Tempore quo ſolent reges ad bella procedere, Dauid in domo ſua remanſit, & in illo otio adulterium cum proditione commiſit, & homicidium.

3.Re.6.7. Salomon ædificat domum Dei & domum ſuam. Sed nota, quòd prius domum Dei, & licet opus eſſet maius, tamen in minori tempore compleuit omnia.

1.Par.24 Egerunt hi, qui operabantur induſtriè & ſuſcitauerunt domum Dei in ſtatum priſtinum, & firmiter eam ſtare fecerunt.

2.Par.31 Ezechias rex Iuda operatus eſt bonum & rectum, & verum coram Domino, volens requirere Dominum in toto corde ſuo. Fecitque, & proſperatus eſt.

1.Eſdr. Anno ſecundo reditus filiorum Iuda de Babylone, cœperũt fundare templum: Ioſue verò filius Ioſedec & fratres eius inſtabant ſuper eos, qui faciebant opus.

Præce

Præcepit rex Darius, vt ædificaretur domus Dñi in Ieruſalem, & daretur ſumptus de arca regis, ne impediretur opus. *1.Eſdr.6.*

Nota, quòd opera quæ fecerunt filij tranſmigrationis in fundatione templi, & in ædificatione muri ciuitatis multos habuerunt impeditores: vt patet, Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum. *Eſdr. & Nehe. per totum.* *2.Eſdr.*

Videns Deus opera Niniuitarum, & miſertus eſt eorum. *Ionæ 3.*

Ocioſi arguuntur operarij, ſi ad mercedem vocantur. *Matt.20.*

Seruus qui accepit quinque talenta, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque, commendatus eſt à Domino. Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Alius autem qui vnum accepit, & non multiplicauit, & inutiliter reſeruauit, reprobatus fuit. *Matt.26*

Opus Mariæ Magdalenæ, quando vnxit Dominum recumbentem, frementibus diſcipulis ab ipſo Domino approbatũ eſt. *Matt.26. & Ma.13*

Illi duo diſcipuli, qui ſecum manere Dñm coëgerunt, quandiu fuerunt cum eo, in verbis nõ cognouerunt eum, ſed in opere hoſpitalitatis & fractione panis. *Luc.24.*

Laudabilia opera patrum à filiis imitanda eſſe oſtendit, dicens: Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. *Ioan.8.*

muit populus dominum, & crediderunt domino & Moyſi ſeruo eius dicẽtes: Cantemus Domino, glorioſè, &c.

Exod 15. *& 16.* Satis autem cito poſt venientes in Marath, murmurauit pop. propter aquas nimis amaras, quibus per lignum appoſitum dulcoratis conſequenter murmurauerunt pro defectu cibi, dixerúntque ad Moyſen & Aaron: Vtinã mortui eſſemus in Ægypto, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, &c. Et miſit dominus veſpere coturnices, & manna pluit eis de cœlo mane.

Exod. 19. Poſt hoc cũ daturus eſſet eis legẽ dixerũt: Cũcta quæ loquutus eſt dñs faciemus.

Exod. 24. Cùm narraſſet eis Moyſes verba & præcepta, quæ à domino acceperat, ſimilia verba dixerunt.

Exod. 32 Cùm autẽ morã faceret Moyſes in mõte cũ domino in deſcriptione tabernaculi, congregatus eſt pop. aduerſus Aaron & ait: Fac nobis Deos, qui nos præcedant.

Num. 11. & Deinde cùm erectum eſſet tabernaculum, & factæ oblationes principum poſt numerationem bellatorum & Leuitarum cùm eſſent omnia ordinata, quomodo debebant proficiſci in via, poſt modicum ortum eſt murmur populi, quaſi dolentium præ labore.

Num. 13. *& 14.* Poſt modicũ audita relatione explora-

torum

totum murmurauit pop. & fleuit, dixítque alter ad alterum: Conſtituamus nobis ducem & reuertamur in Ægyptum.

Audientes, quòd diſplicuit dño murmur eorum, voluerunt aſcendere montẽ & contra voluntatem Moyſi pugare, & tunc fuerunt ab hoſtibus debellati. *Eodem.*

Rurſus in ſeditione Chore multi ſurrexerunt contra Moſen & Aaron, quibus terribiliter caſtigatis murmurauit etiam multitudo filiorum Iſrael contra Moyſen & Aaron dicens. Vos interfeciſtis populũ domini. Cúmque oriretur ſeditio & tumultus creſceret, Moyſes & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. *Num. 16.*

Cùm autem per miraculum virgæ Aaron compeſcuiſſet eos dominus, dixerunt: Ecce conſumpti ſumus, & omnes peribimus, quicunque accedit ad tabernaculum domini moritur. *Num. 17.*

Vlterius procedentes venerunt ad aquas contradictionis, vbi taliter iurgati ſunt aduerſus Moyſen & Aaron, quòd ipſi etiam diffiſi ſunt de diuina virtute. Propter quod & puniti ſunt à domino. *Num. 20.*

Poſtea fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerũt eos ad ſacricrificia ſua: & initiatus eſt Iſrael Beelphegor. Et præcepit dominus principes ſu- *Num. 27.*

ſpendi contra ſolem in patibulis.

Iudic. 8. Cùm liberaſſet Gedeon populum filiorum Iſrael de manu Madian, & occidiſſet Zebec & Salmana, dixerunt oẽs filij Iſrael ad eum dominare noſtri tu & filius tuus & filij tui. Ipſo tamen mortuo, cùm haberet 76. filios, nullum de ipſis aſſumere in dominum & principem curauit.

1.*Re*.7.8 Samuel Propheta liberauit popu. Iſrael de manu Philiſthiim, & recuperauit vrbes, quas illi abſtulerant Iſrael: poſtea cõgregati petierunt regem ſibi conſtitui contra voluntatem dñi & Samuelis.

2.*Reg*.8. & 15. Quamuis Dauid ita bene populum rexiſſet, & tot victorias habuiſſet: tamen ſatis cito facta eſt coniuratio valida contra eum. Populus verò concurrens augebatur cum Abſalon.

2.*Re*.19. & 20. Notandum verò cùm rediret Dauid in Ieruſalem, pop. illuc certatim volebat eũ reducere cum honore, ſed pro eo, ꝙ viri Iuda loquuti ſunt cum viris de decem tribubus; ſeparatus eſt omnis Iſrael à Dauid, ſequutuſque eſt Sebam filium Bochri.

3.*Reg*.10 & 11. Sub Salomone filij Iſrael temporalium rerum abundantiam habuerũt, & honore maximo floruerunt, cùm tamen à filio ſuo pro maiori parte, occaſione vnius duri verbi, citius receſſerunt.

Audien

Audientes filij Iſrael terribilem poten- tiam Holofernis præoccupauerũt omnes vertices montiũ, & muris circundederunt viros ſuos, & congregauerũt frumenta in præparationẽ pugnę. Poſtmodum cùm vidiſſent ſe arctari ab exercitu congregati ſunt ad Oziam omnes ſimul, & dixerunt: Iudicet Dominus inter nos & te, quoniam feciſti in nos mala, nolens loqui pacificè cum Aſſyriis. *Iudith. 7.*

Cùm compleſſet Ieremias verba, quæ præceperat ei dominus: vt loqueretur ad populum, apprehenderunt eum ſacerdotes & prophetæ, & omnis populus dicentes: Morte moriatur: & poſt pauca dixerunt principes & omnis populus ad ſacerdotes & prophetas: Non eſt viro huic iudicium mortis. *Iere. 26.*

Acceſſerunt omnes à paruo vſque ad maximum ad Ieremiã, & dixerunt, Omne verbum in quo miſerit te Deus ad nos, faciemus ſiue bonum ſiue malum. Cúmque poſt decem dies intimaſſet eis Ieremias dñi voluntatem, dixerunt ei: Mendacium tu loqueris, non miſit te dñs, ſed Baruch filius Neriæ incitat te aduerſum nos, & non audiuit vniuerſus populus, &c. *Iere. 24. & 43.*

Citò credidit duobus presbyteris ſenibus multitudo, & condemnauerunt *Dan. 13.*

Suſannam ad mortem:& paulo poſt reuerſus eſt populus cum feſtinatione, & conſurrexerunt aduerſus duos præsbyteros,& fecerunt eis,ſicut male egerant aduerſus proximum.

1.Ma. 13 Cognouit Simon,ꝙ Tryphon cum dolo loqueretur,petens duos filios Ionathæ, & 100.talenta argenti, iuſsit tamen dari, ne inimicitiam magnam ſumeret ad populum Iſrael,dicentē: Quia non miſit argentum & pueros,propterea periit.

Luc.4. Cùm quadam die eſſet dn̄s in ciuitate Nazareth,& dicerent ei Iudæi,ſatis bono modo,vt faceret ibi miracula,ſicut in Capharnaum fecerat,poſt modicam increpationem,quam fecit eis, repleti ſunt ira, & eiecerunt eum extra ciuitatē,& voluerunt eum præcipitare de ſupercilio montis.

Ioan.6. Quādo ſatiauit dominus quinque millia hominum, de quinq; panibus & duobus piſcibus,voluerunt eum rapere & facere regem. Citò autem poſt cœperunt increduli diſputare,& quærere: Quod ſignum facis,vt credamus tibi?

Mat. 11. Videns turba populi Iudæ, Lazarū ſu-
Marc.11. ſcitatum, & multa alia facta miracula per
Luc. 9. Dominū Ieſum,venit ei obuiam cum ma-
Ioan. 12. gno honore,tamen circumſpectis omnibus, cum iam veſpera eſſet hora, exiit

Bethan

Bethaniam, fortè quia non vidit in Ieruſalem, qui eum ad hoſpitium inuitaret.

Ante quinque dies paſchæ Dominum Ieſum recepit populus cũ magno tripudio & honore, & per hebdomadã omnis populus erat ſuſpenſus ad verba eius, & mane veniebant ad eum in templo audire eum: feria verò ſexta, in die paraſceues clamauerunt omnes: Crucifige eum. *Matt.* 21 & 27. *Luc.* 19. & 23. *Ioan.* 12. 19.

Facta voce ſpiritus vehementis ſuper diſcipulos venientis conuenit multitudo & mente confuſa eſt. Quidam autem irridebant dicentes: Quia muſto pleni ſunt iſti: Inſtans autem Petrus loquutus eſt eis multa, diſcipulos excuſans & verba Iohelis allegans, quibus auditis ſunt corde cõpuncti, petentes quid facere deberent. Et baptizati ſunt illo die circiter tria millia hominum. *Act.* 2.

Quodam Sabbato penè vniuerſa ciuitas conuenit audire verbũ Dñi, quod Paulus ad Barnabas prædicabãt, Iudæi autem contradicebant blaſphemantes. Tandem Paulus & Barnabas cõuerſi ſunt ad prædicandum gentibus, & audientes gentes gauiſæ ſunt. Paulò pòſt Iudæi concitauerunt religioſas mulieres, & primos ciuitatis & excitauerunt perſecutionem in Paulum & Barnabam, & eiecerunt eos de *Act.* 13.

finibus ſuis,& illi excuſſo puluere pedum in eos,venerunt Iconium.

Act.14. Cùm Paulus & Bernabas eſſent Lyſtris ciuitate Lycaoniæ, & quidā claudus per Paulum fuiſſet curatus turbæ ipſos eſſe Deos clamabant, & eis ſacrificare volebant,at illi dicētes ſe eſſe mortales, ſedauerunt turbas,ne ſibi immolarent. Superuenerūt autē quidā Iudæi,& perſuaſis turbis,lapidātéſque Paulum, traxerunt extra ciuitatem,exiſtimantes eum mortuum.

Act.16. Quidam quæſtuarij habentes vnā mulierem cùm ſpiritu phytonico, à qua Paulus eiecit dæmonium, ita concitauerunt principes & magiſtratus ciuitatis, quòd factus eſt populi cōcurſus aduerſus Paulum & Sylam ſocium eius, & ſciſſis eorum tunicis, fuerunt virgis cæſi,& in carcerem miſſi, ac pedes ligno ſtricti. Et ſequenti die fuerunt rogati recedere.

Act.19. Paulo apud Ephesum exiſtente,& multa ibidem miracula faciente, Demetrius quidam argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ conuocatis artificibus, concitauit tantā turbationem in ciuitate,quòd tota impleta eſt confuſione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum, & tamen plures neſciebant,qua ex cauſa conueniſſent. Tunc fuerunt in magno corporum

porum periculo Paulus & ſocij eius, ſed ſcriba populum pulcrè alloquens diſcretè ſedauit,& ad propria remiſit.

Quadam die tāta fuit in Ieruſalem aduerſus Paulum turba,& populi concurſio, ꝙ percutiebant eum, & trahebant extra templum,& vix potuit eripi à tribuno cohortis,qui cū militibus ſuperuenit. Poſteà verò cùm narraſſet quæ ei acciderāt Damaſci,leuauerunt vocem dicentes: Tolle de terra eius memoriam,non enim eſt fas eum viuere.Sequenti autem die exclamauit Paulus in concilio: Viri fratres ego Phariſæus ſum, filius Phariſæi, & facta diſſenſione inter Phariſæos & Sadducæos ſoluta eſt multitudo,& ſurgentes quidam Phariſæi pugnabant, dicentes:Nihil mali inuenimus in homine iſto. Quid ſi ſpiritus loquutus eſt ei,aut Angelus? *Act.22. & 23.*

Dum calefaceret ſe Paulus ad ignē poſt naufragium tempore hyemali, vipera à calore procedēs inuaſit manus eius,quod videntes barbari, adinuicem dicebant: Vtique homicida eſt homo hic, qui cum euaſerit de mari,vltio eum viuere non ſinit. Paulus autem beſtiam excutiens in ignem, nihil mali paſſus eſt: Illi verò videntes nihil mali in eo fieri, dicebant cū Deum eſſe, citò mutauerunt opinionem. *Act.28.*

Præcepit rex Darius, vt ædificaretur domus Dñi in Ieruſalem, & daretur ſumptus de arca regis, ne impediretur opus. *1. Eſdr. 6.*

Nota, quòd opera quæ fecerunt filij tranſmigrationis in fundatione templi, & in ædificatione muri ciuitatis multos habuerunt impeditores: vt patet, Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum. *Eſdr. & Nehe. per totum. 2. Eſdr.*

Videns Deus opera Niniuitarum, & miſertus eſt eorum. *Ionæ 3.*

Ocioſi arguuntur operarij, ſi ad mercedem vocantur. *Matt. 20.*

Seruus qui accepit quinque talenta, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque, commendatus eſt à Domino. Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Alius autem qui vnum accepit, & non multiplicauit, & inutiliter reſeruauit, reprobatus fuit. *Matt. 26*

Opus Mariæ Magdalenæ, quando vnxit Dominum recumbentem, frementibus diſcipulis ab ipſo Domino approbatū eſt. *Matt. 26. & Ma. 13*

Illi duo diſcipuli, qui ſecum manere Dñm coëgerunt, quandiu fuerunt cum eo, in verbis nō cognouerunt eum, ſed in opere hoſpitalitatis & fractione panis. *Luc. 24.*

Laudabilia opera patrum à filiis imitanda eſſe oſtendit, dicens: Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. *Ioan. 8.*

Manaſſes, 2. Paralip. vlt. Dixit Iudas etiam ſe peccaſſe, Matt. 27. Sed affectiones & intentiones cordium valde diuerſæ fuerunt. *2. Par. 38* *Matt. 27.*

Similia ferè verba dixit Moyſes in Raphidi, quando petiit populus aquam ad bibendum. Et ad aquas contradictionis. Sed prima vice non hæſitauit in corde. Secunda verò, ſicut patet ex pœna, quæ ſequuta fuit, dubitaſſe videtur. *Exod. 17* *Num. 21.*

Filij Ruben & Gad & dimidia tribus ædificauerunt altare: ſed longè alia intentione quàm crederent alij filij Iſrael. Cõmendauit Dominus multum bonam voluntatem Dauid, quam habuit de ædificatione templi, licet noluerit templum, per eum edificari. *Ioſue 22.* *2. Reg. 7.*

Miſit Dauid pro Vria, qui erat in exercitu nõ vt ille quieſceret, ſed ipſe peccatũ quod cũ eius vxore cõmiſerat, occultaret. *2. Reg. 11*

Ornauit ſe Iudith valde curioſè, ſed omnis illa compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat, ſ. ad liberandum populum Dei de manibus peſſimi inimici. *Iudic. 10.*

Quod Mardochæus Amã nolebat adorare, vel coram eo genu flectere, nõ faciebat pro inobedientia, vel contemptu, ſed quia diuinum honorem nolebat homini mortali deferre, ſicut teſtatur Ioſephus. *Heſter. 3.*

Dixit

Mat.2. Dixit Herodes Magis, vt cùm puerum inueniſſent renunciarent ei, vt ipſe adoraret eum; ſed valdè aliud intendebat, & aliud prætendebat.

Matt.6. Eleemoſynam dare & ieiunare præcepit Dominus non propter homines fieri, ne contingat tam bona opera, praua intentione corrumpi.

Mat.9. Prohibuit dominus duobus cæcis illuminatis ab eo, ne quis hoc ſciret: & tamẽ ſequitur. Illi diffamauerunt eum in tota terra illa, nec tamen illi arguuntur tranſgreſſionis.

Matt.5. 10.19. Signãter addit dominus finem & intentionem quã quiſque debet habere bona faciendo vel mala patiendo. Beati eritis cum maledixerint vobis homines. &c. propter me, vel propter nomen meum. Item quicũque potum dederit aquæ, &c. Qui dereliquerit domum, &c Mat.19.

Luc.8.14 15.& 18 Ioan.6. Quidam ſequebantur dominum, vt eum nequiter obſeruarent, aliqui vt de panibus eius manducarent. Alii, vt ipſe vel eorum amici à languoribus ſanarentur. Alii verò, vt æternaliter ſaluarentur.

Luc. 23. Herodes multo tempore cupiebat videre Ieſum, ſed non cauſa pietatis, ſed quia ſperabat ſignum aliquod ab eo fieri & ideo nil profuit ei videre Ieſum.

De

De accidia vel negligentia.

CAP. CXVIII.

AVdiens Iacob quòd alimenta venderentur in Ægypto, dixit filiis ſuis: Quare negligitis? Deſcendite & emite vobis neceſſaria. *Gene.* 42.

Panem Angelorum habebãt filij Iſraël in deſerto, & tñ excæcati deſiderabant cibos Ægypti. Accidia vel tædium homini eſt cauſa impatientiæ & carnalis deſiderii, & cauſa multiplicis mendacij, ſicut patet Numeri: Recordamur piſcium, &c. *Num.* 11. *Eodem*

Profecti ſunt filii Iſrael de monte Hor, & tædere cœpit populũ itineris & laboris locutúſque contra Dominum & Moyſen ait: Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Quamobrem miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes. *Num.* 21

Negligenter cuſtodiebat Abner Dominum ſuum Saul. Nam quando Dauid venit ad caſtra eius neminem reperit vigilantem. Dormiens fuit percuſſus Isboſeth filius Saul ꝙ occiſus. 1. *Re.* 26. 2. *Reg.* 4.

Tempore quo ſolent reges ad bella procedere, remanſit Dauid in domo: vbi graue adulterium & grauiſſimum homicidium hac occaſione commiſit. 2. *Reg.* 11

Placuit Ioas regi Iuda, vt inſtauraret domum Domini, & præcepit Leuitis, vt 4. *Re.* 21.

circa

Samuel adhuc puer erat miniſter in conſpectu Domini, vbi erat arca Dei. 1.Re 2.3.

Quando debuit in regem inungi Dauid, erat in agro paruulus, & paſcebat oues tanquam patri obediens humiliter & abiectè. 1.Reg.16.

Ioas filius Ochoziæ regis Iuda puer ſeptem annorum, cum regnare cœpiſſet, fecit quod bonum erat coram Domino, cunctis diebus Ioiadæ ſacerdotis. Sed poſt mortem Ioiadæ effectus eſt impius, & interfecit Zachariam filium eius. 4.Reg.1. 2.Par.24

Octo annorum erat Ioſias, cùm regnare cœpiſſet, fecítque quod placitum erat coram Domino, & tamen peſſimos patrem & auum habuerat. 4.Re.22. 2.Pa.34.

Tobias cùm eſſet minor omnibus in tribu Nephtalim, nil tñ puerile geſsit in opere, Et idẽ cùm poſtea filium genuiſſet, ipſum ab infantia timere Deum docuit, & abſtinere ab omni peccato. Tob.1. 4.

Sine propheta, ſine ſacerdote, ſine magiſtro, Daniel & tres ſocij eius legem Dei obſeruantes ſobriè, & iuſtè, & piè, vixerunt inter pueros Gentiles. Dan.1.

Fratres illi ſeptem adoleſcentes miram ſapientiam in reſponſionibus, & patientiam in tribulationibus habuerunt. 2.Mac.7.

B. Ioannes Baptiſta puer creſcebat & Luc.1.

con-

confortabatur ſpiritu & erat in deſerto vſque ad diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.

Luc. 2. Saluator noſter puer duodenus exiſtẽs in carne, inuentus eſt in templo & in medio doctorum, audiens illos & interrogans. Deinde deſcendit cum Maria & Ioſeph, & erat ſubditus illis.

De ſocietate bonorum. CAP. CXX.

Geneſ. 18. Conſiderandum eſt valdè, quod ſi inuenti fuiſſent decẽ viri iuſti in quinque peccatricibus ciuitatibus, propter illos perperciſſet Dominus vniuerſis.

Gen. 30. Dixit Iacob ad Laban, Modicum habuiſti antequàm venirem ad te, & nunc diues effectus es, benedixítque tibi dominus ad introitum meum.

Geneſ. 35 Bene fuit aſſociatus Iacob, qui dixit: Faciamus altare Domino, quoniam exaudiuit me in die tribulationis meæ, & fuit ſocius itineris mei.

Gen. 39. Benedixit Dominus domui Ægyptij propter Ioſeph, & multiplicauit.

Ioſue 24. Seruiuit Iſrael Domino cunctis diebus Ioſue & ſeniorum, qui nouerant omnia opera domini quæ fecerat in Iſrael.

Iudic. 18. Filij Dan ceperunt Lachis & occiderunt homines, qui cum nullo hominum habebant quicquam ſocietatis.

1. Re. 11. Ex parte Saulis miſsi ſunt lictores ad

capien

capiendũ Dauid, morantẽ cum Samuele & aliis prophetis, qui prophetare cœperunt, & venit Saul & prophetauit ipſe cum eis.

Propter honorem Ioſaphat regis Iuda Deum colentis, Eliſeus propheta impetrauit aquas dari exercitui, in quo erant duo alij mali reges. 4. Reg. 3.

Homines Deum timẽtes volebat habere ſecum Tobias in cõuiuio, & hoc ipſum docuit filium ſuum. Nolite manducare cum peccatoribus. Item diligenter voluit ſcire cum quo iturus eſſet filius. Cap. 5. *Tob. 2. 4.*

Dicebat vxor Tobiæ iunioris. Nũquam cũ ludentibus miſcui me, nec cũ his qui in leuitate ambulant, participem me præbui. *Tob. 3.*

Audito crudeli mandato regis Nabucho. quod debebãt interfici cũcti ſapientes Babylo. Daniel indicauit negotium ſociis ſuis, vt quærerẽt ſimul miſericordiã à Domino, & reuelata eſt nocte viſio Danieli, Vnde occaſione Danielis ſerui ſui pepercit rex magis & ſapientibus Babylonis. *Dan. 3.*

Poſt obitũ Iudæ Mach. emerſerunt iniqui, & facta eſt fames valida, & impios cõſtituit Bacchides Dominos regionis. Et facta eſt tribulatio magna in Iſrael, quæ omnia mala forſitan non fuiſſent, ſi adhuc Iudam ſociũ ac Dominum habuiſſent. Cũ primus illorum ſeptem fratrum in ſarta- *1. Mac. 9.* *2. Mac. 7*

Digitized by Google

gine torreretur, cæteri cum matre ad moriendum fortiter ſe inuicem hortabantur.

2.Ma.12 Veniebat Iudas Machab. ad capiendam Scythopolim ciuitatē, ſed propter Iudæos qui intus habitabant, erga quos Scythopolitæ benigni fuerant, nihil eis mali fecit. Imò gratias agens hortatus eſt eos de cætero, erga genus ſuum benignos eſſe.

Mat.26. Quandiu Petrus fuit cum Apoſt. fixus & *Marc.14* ſecurus manſit, ſed quando fuit in atrio *Luc. 22.* ſummi ſacerdotis, cū miniſtris illius cale- *Ioan. 18.* faciēs ſe ad ignē, Dominū negare incepit.

Ioan.9. Statim quando cæcus natus à Domino illuminaretur fuit extra ſynagogam à Phariſæis eiectus, à benigno Domino Ieſu inter ſuos fideles receptus eſt.

Act.1.2 Cùm eſſent omnes diſcipuli pariter perſeuerantes vnanimiter in oratione, venit Spiritus ſanctus in eos, & ipſos inæſtimabiliter roborauit & docuit.

Eodem. De fidelibus qui erant in eccleſia primitiua dicitur: Omnes qui credebāt erāt pariter & habebant omnia cōmunia. Sequitur: Sumebant cibū cū exultatione & ſimplicitate cordis collaudantes Dominum, & habentes gratiam ad omnem plebem.

Act 9. Poſt cōuerſionē ſuā Saulus veniens Ieroſolymam tentabat ſe iungere diſcipulis, & omnes timebant eum, nō credentes

quòd

quòd eſſet diſcipulus. Barnabas autem apprehenſum illum duxit ad apoſtolos, &c.

Homines qui erant cum Paulo in naui grauiſſimæ tempeſtatis, occaſione ipſius Pauli, quem habebant ſecum in ſocium, fuerunt omnes ſaluati. Nam dixit ei Angelus Domini: Ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum. *Act.27.*

De ſocietate malorum. CAP. CXXI.

SAlubriter exiuit Abrahã de Chaldæa vbi erant homines corrupti idololatria, vnde poſtea hoc pro beneficio Dominus commemorat, dicens: Ego Dominus: qui eduxi te de Hur Chaldæorum. *Gene.11. & 15.*

Non ſolùm corpore, ſed etiam cogitatione & affectione eſt patria relinquenda. Vnde dixit Dominus ad Abraham, cùm iam corpore exiret, Egredere de terra tua, &c. Nota promiſſiones ibi factas. *Geneſ.12*

Quandiu fuit Abraham cum peruerſis hominibus in Hur Chaldæorum non legitur ei Dominus appareuiſſe, licèt bonus fuiſſe credatur. Sed poſtquàm inde exiuerat legitur multoties diuinis apparitionibus fuiſſe viſitatus. *Gen.13. 15.17.18*

Iniurias & iacturas paſſus eſt Loth à peſſimis Sodomitis cum quibus habitabat, vel ipſorum occaſione. *Geneſ.13. & 19.*

Quàm difficilè ſit malorum conſue- *Eodem.*

tam ſocietatem dimittere, patet per Loth, qui de medio Sodomorum vix per Angelum extrahi potuerit.

Gen. 21. Ludus Iſmaelis cũ Iſaac, diſplicuit Sarę.

Gene. 28. & infrà. Fugientem Iacob malum fratrem, Dominus multipliciter confortauit.

Gen. 33. Noluit Iacob ambulare cũ malo fratre, licet placaſſet eum muneribus, & ille ſatis inſtaret & ſigna dilectionis oſtenderet.

Num. 16. Dixit Moyſes ad turbã filiorum Iſrael: Recedite à tabernaculis hominũ impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.

Num. 33. Dixit Dominus Moyſi, Præcipe filiis Iſrael, vt intrantes terram Chanaan, diſperdant cunctos habitatores regionis illius. Si autem nolueritis interficere, qui remanſerint, erunt vobis quaſi claui in oculis, & lanceæ in lateribus.

Ioſue 7. Occaſione Achã qui tulit de anathemate Iericho, fuit populus in prælio ſuperatus.

Iudic. 1. 2 Noluerunt delere filij Iſra. habitatores terræ, ſicut pręceperat eis Dñs, ſed percuſſerunt fœdus cum eis, & male accidit eis.

Iudic. 19. & 20. Propter quoſdam filios Belial, qui in vxorem Leuitæ deteſtabile flagitium perpetrarunt, omnes filij Beniamin, paucis exceptis, trucidati fuerunt.

2. Reg. 13 Amicitia quam habuit Ammon filius

Dauid

Dauid cum Ionadab, dedit ei viã ad hoc quòd Thamar ſororem ſuam opprimeret.

Rebellionem diſponente Abſalon contra patrem ſuum, inierunt multi cum eo ſimplici corde, licet contra Dauid nihil mali machinati fuiſſent, ſi cum bonis pacificis in Ieruſalem remanſiſſent. 2.Re.19.

Propter quoſdam ſuperſtites de domo Saul, facta eſt fames in terra, donec ad petitionẽ Gabaonitarũ crucifixi fuerunt. 2.Re.21.

Rex Iuda Ioſaphat, fuit ferè occiſus vadens cum Achab ad prælium, & reprehenſus fuit per prophetam Domini dicẽtem: Impio præbes auxilium, & iis qui oderunt Dominum amicitia iungeris, & idcirco iram Domini merebaris, &c. 3.Reg.22

Ochozias rex Iuda ambulauit in viis Achab, & fecit malum corã Dño. Sequitur cauſa: Gener enim domus Achab fuit. 2.Pa.22. 4.Reg. 8.

Eliſeus propheta dixit Ioſaphat regi Iſrael: Quia habuiſti fœdus cum Ochozia: percuſſit Dominus opera tua, contritæque ſunt naues. 2.Pa.20.

Venit homo Dei ad Amaſiam regem Iuda, & ait: O rex, ne egrediatur exercitus Iſrael tecum Non enim eſt Dominus cum Iſrael, quòd ſi putas in robore exercitus bella conſiſtere, ſuperari te faciet Deus ab hoſtibus. 2.Pa.24

1. *Eſdr.* 4. Ædificantibus filiis Iuda templum poſt reditum de Babylone, hoſtes eorum voluerunt ædificare cum illis: illi verò bono vſi conſilio renuerunt.

Tob. 1. Cũ irẽt omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboã fecerat, Tobias ſolus fugiebat conſortia omniũ, & pergebat in Ieruſalẽ.

Tob. 3. Item dicebat vxor iunioris Tobiæ: Nunquam cum ludentibus miſcui me, neque cum his qui in leuitate ambulant participem me præbui.

Iob. 10. Beatus Iob dixit: Frater fuit draconum & ſocius ſtruthionum.

Eſa. 6. Cùm dixiſſet Eſaias: Vir pollutus labiis ego ſum, cauſam inſinuans ſubdidit: In medio populi polluta labia habentis ego habito.

Ezech. 2. Dictũ fuit Ezec. Increduli & ſubuerſores ſunt tecũ, & cũ ſcorpionibus habitas.

Dan. 13. Mali nocent ſibi inuicẽ. Nam duo ſenes ex hoc acceperunt audaciã accuſandi Suſannã, quia in eadẽ malitia conuenerunt.

1. *Mac.* 2. & 9. Quãdiu Iudas Machabæus confidens de diuino auxilio geſſit bella pro populo ſuo, bene ei ſucceſſit: cùm verò conſtituit, amicitiam & ſocietatem cum Gentilibus Romanis, licet tunc potentiſſimis, citò poſt ſuperatus fuit, & in bello cecidit.

Mac. 12. Simile accidit Ionathæ fratri Iudæ.

Petrus

Petrus exiſtens cũ diſcip. in nocte cœnæ Domini, multũ erat audax & ſecurus. Cũ autẽ venit ad atriũ ſummi ſacerdotis, Dominum ad vocẽ vnius ancillæ negauit. *Mat.26. vt ſuprà.*

Cæcus ſecus viam ſedens, mendicans, clamabat ad Dominum Ieſum, & qui præibant increpabant eum vt taceret. *Luc. 18.*

Non fuit inter fideles Chriſti numeratus cæcus ille natus quem Dominus videre fecit donec fuit de ſynagoga à Phariſæis eiectus. *Ioan.9.*

Philippẽſes cõmendat Apoſt. dicens: In medio nationis prauæ & peruerſæ inter quos lucens, ſicut luminaria in mundo. *Philip.2.*

Petrus Apoſtolus dixit quibuſdam Iudæis, audientibus verbum Dei: Saluamini à generatione iſta praua. *Act.2.*

Proconſul Paulus deſiderabat audire verbum Dei, ſed erat cum eo Elymas magnus pſeudopropheta Iudæus, qui reſiſtebat Paulo & Barnabæ, quærens peruertere Proconſulem à fide. *Act.13.*

Ciuitate Lyſtris homines tantæ ſimplicitatis erant, quòd ipſi Paulum & Barnabam Deos ad terrã deſcendiſſe p[illegible]abant. Cùm autem vix ſedaſſet eos Paulus, & cœpiſſet eis viam oſtendere veritatis, [illegible]peruenerunt quidam Iudæi, qui ita per-ſuaſerunt turbis quòd Paulus fuit [illegible] *Act.14*

pidatus,& quaſi pro mortuo derelictus.

Act.19. Cũ verbum Dñi fortiter in Epheſo creſceret, & Dñs per Paulũ ibidem miracula faceret,quidã Demetrius faciens ædes argenteas Dianæ,cõuocatis opificibus illius artis ſeditionẽ contra Paulum concitauit.

Num.22. Plures mali interdum in vnam malã ſocietatem conueniunt, vt bonis inferant nocumentum. Ita conuenerunt Balac & Balaam ad maledicendum filiis Iſrael.

Ioſue 10. Adoniſedech rex Ieruſalem & alij quatuor reges, eo ꝙ illi fecerant pacem cum Ioſue, conuenerunt aduerſus Gabaonitas.

Ioſue 11. Item Iabin rex Aſor, & alij reges triginta contra Ioſue & filios Iſrael.

Iudic.5. Item quinque Satrapæ Philiſtinorum, Chananæi,Sidonij & Euæi,&c.

Iudic.6. Item Madian & Amalech , & cæteri orientalium nationum.

Eſa.7. Sic aũt intelligitur illud Eſaiæ.Requieuit Syria ſuper Ephraim, id eſt,decem tribuũ,& rex Syriæ,concordauerant in vnũ, ad regem Iuda funditus extirpandum.

Luc.23. Rurſus in paſſione Domini,Herodes & Pilatus facti ſunt amici.

De mundanæ proſperitatis prauitate.

CAP. CXXII.

Geneſ.33. & 19. ABundantia rerum temporalium ſæpe fit multorum occaſio peccatorum:

rum.ſicut in illa regione,quæ irrigabatur ſicut Paradiſus, in qua habitabant Sodomitæ peſsimi.

Gedeon cùm paruus homo eſſet in area frumentum excuteret, bonus fuit, & eum Angelus Domini viſitauit, poſt obtentam victoriam male ſe habuit. *Iudic. 6. & 8.*

Saul antequam rex eſſet, bonus fuit, & poſtquam regni gubernacula ſuſcepit, intumuit, & mandatum Domini præteriuit. *1.Reg.9. & 15.*

Poſt multa bella & victorias de inimicis obtentas, Dauid remanens quietus in Ieruſalem, commiſit adulterium.& exinde ſecutum eſt homicidium. *2.Reg.11*

Occaſione multitudinis ſubditorum Dauid in ſuperbiam elatus eſt,& fecit populum numerari. Sed nota quam grauiter fuit punitus. *2.Re.24.*

Non erat argentum alicuius pretij in diebus Salomonis,quia tanta erat in Ieruſalem argenti abundatia, quanta eſt lapidum. Sed nota quàm mirabile, & quàm terribile fuit, quòd plus nocuit ei rerum copia,quàm profuit tanta ſapientia. *3.Re.10. & 11.*

Antequàm Ieroboam haberet dominium ſuper decē tribus,non legitur fuiſſe malus. Sed magis adoleſcens bonæ indolis & induſtrius, ſtatim verò vt regnum adeptus eſt, fecit vitulos aureos, & auer- *3.Re.12.*

tit populum à Deo ne auerteretur ab eo.

3.Reg.14 *2.Par.12* Cùm roboratum fuiſſet regnum Roboam & confortatum, dereliquit legem Domini, & omnis Iſrael cum eo.

4.Reg.14 *2.Pa.25.* Amaſias rex Iuda percuſſit Edom, & inde eleuatum eſt cor eius, & voluit contra Ioas regem Iſrael præliari, ſed male ſucceſsit ei.

2.Pa.16. Cũ roboratus eſſet Ozias rex Iuda, eleuatũ eſt cor eius in interitũ ſuum: Ingreſſusque in tẽplũ adolere voluit incenſum.

2.Par.33 Manaſſes rex in Ieruſalem fuit peſsimus, poſtea in Babylone vinctus & coangustatus orauit Dominum, & egit pœnitentiam valdè coram Domino.

Nehe. 9. Comederunt, & ſaturati ſunt, & impinguati, & abundauerunt deliciis in bonitate magna: prouocauerunt autem te ad iracundiam.

Tob. 1. 2. & 11. Quandoq; mundana proſperitas multum multiplicat carnales amicos, & congregat quos aduerſitas ſæpe fugat. Vnde Tobia à cæcitate ſanato & ditato, venerunt conſobrini eius ad eum gaudentes & congratulantes ei, quod non leguntur feciſſe quando prius erat cæcus & vxor eius ibat ad textrinum opus.

Iudit. 1. Poſt victoriam obtentam de Arphaxat rege Medorũ, exaltatum eſt regnum Nabu

Nabuchodonoſor regis Aſſyriorum, & cor eius eleuatum eſt.

Quamuis Aman eſſet ſecundus à rege potentiſſimo Aſſuero, & habuerit multas diuitias, & filios, & amicos, ita tamen torquebatur, ex eo quod Mardochæus ei genua nõ flectebat, quaſi nihil haberet. Nota breuitatem proſperitatis illius. *Heſter* 5.

Quandiu durauit plaga dñi ſuper Iob licet venerint ad eum aliqui amici, fuerunt tamen ei conſolatores oneroſi, nec leguntur ei dediſſe aliquid. Poſtquam autem addidit dñs omnia quæcunq; fuerant Iob duplicia, venerunt ad eum omnes fratres ſui, & cuncti qui nouerant, & conſolati ſunt: & dederunt ei vnuſquiſque ouem vnam, & inaurem auream vnam. *Iob.* 1. 2. *&* 42.

Statuam quam vidit Nabuchodonoſor quæ percuſſa à lapide abſciſſo de mõte redacta eſt in fauillam, ſatis indicat proſperitatem mundanam nihil eſſe. *Dan.* 2.

Filij Zambri faciebant nuptias magnas & venerunt Iudęi Ionatha duce, & occiderũt multos, cõuerſæ ſunt nuptiæ in luctũ & vox ipſorũ muſicorũ in lamentum. 2. *Mac.* 9.

Ptolemæus Rex Ægypti Alexandro rege Syriæ debellato, & in Arabiam fugato exaltatus eſt, & abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & miſit Ptolemæo, & 2. *Ma.* 11

Rex

Rex Ptolemæus mortuus eſt die tertia.

Matt. 19. *Luc.* 18. Adoleſcens, qui quæſiuit à Chriſto, quomodo poſſet habere vitam æternam, multas habebat poſſeſſiones. Et idcirco abiit triſtis, quandò dominus dedit ei conſilium perfectionis.

Matt. 21. *Marc.* 11 Magnum feſtum fecerant Iudæi domino Ieruſalem venienti, & circunſpecti omnibus, cùm iam veſperaſſet hora exii in Bethaniam, & non inuenit qui eur hoſpitio reciperet.

Luc. 14. Ad contēnendam temporalium abun dantiam multum facit exemplum, quo ponit dominus in illo diuite, cuius ag vberes fructus attulit. Cùm autem ſoli tus cogitaret deſtruere horrea ſua, & f cere maiora, ait illi Deus, Stulte hac n cte repetēt, ſcilicet diaboli, animam tu à te: & quæ aggregaſti cuius erunt?

Luc. 14. Emptores villæ & boum, & ille vxorem ſuam duxerat, vocati ad cœn domini ſe excuſauerunt tanquam aliis cupati. Pauperes autem & debiles fue introducti.

Luc. 16. Videns dn̄s ciuitatem Ieruſalem, temporali fruentē & ſuperuenturas m rias ignorantem, fleuit ſuper illam, di Quia ſi cognouiſſes & tu, ſcilicet, fle

Act. 12. Cùm populus Herodi magno re

ſtito veſte regali, & ſedenti pro tribunali acclamaret, Voces Dei & non hominis, Confeſtim percuſſit eum Angelus domini, & conſumptus à vermibus expirauit.

De curioſitate mundana. CAP. CXXIII.

PRimariæ tranſgreſsionis occaſio ortum habuiſſe videtur ex eo, quòd Eua ſerpentem curiosè audiuit, & lignum vetitum curiosè reſpexit. *Gen.3.*

Egreſſa eſt Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius: ſequitur, quòd viſa, rapta & oppreſſa fuit. *Gen.34.*

Præcepit dominus Moyſi, vt diceret populo, Cauete ne aſcendatis in montē nec tangatis fines illius, omnis qui tetigerit montem morietur. Et poſt pauca. Conteſtare populum, ne forte velit tranſcendere terminos ad videndum dominum & pereat ex eis plurima multitudo. *Exod. 19*

Dixit dominus ad Moyſen, vt Aaron & filij eius tantùm intrarent ſancta ſanctorū. Alij verò nulla curioſitate viderent, quæ erant in ſanctuario, priuſquàm eſſent omnia inuoluta, alioquin morerentur. *Num.4.*

Ozias Rex Iuda ingreſſus templum domini, accepit thuribulum, & voluit adolere incenſum ſuper altare thymiamatis, quod non ad ſuum, ſed ad ſacerdotum Dei pertinebat officium, ſtatímque *2.Pa.26*

orta

Digitized by Google

orta eſt lepra in fronte eius.

Luc.11. Cùm viderent Iudęi miracula à domino Ieſu fieri manifeſta & vtilia, videre nolebant, ſed de cœlo quærebant. Ideo nouiſſima eorum facta ſunt peiora prioribus.

Luc. 23. Herodes Tetrarcha viſo Ieſu gauiſus eſt valdè, nõ tamẽ pietatis ſed curioſitatis cauſa, quia ſperabat ſignum aliquod ab eo videre fieri, & propter hoc viſio illa dñi Ieſu nihil profuit ei, ſed magis obfuit.

Act.1. Curioſitatem diſcipulorum, ſcire volentium tempus ſecundi aduentus, compeſcuit dominus, dicens: Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate.

Act.8. Curioſitas videtur fuiſſe, quòd Simon magus voluit baptizari, quia videlicet, videbat ſigna, quæ Philippus faciebat.

Act.17. Athenienſes omnes & aduenæ & hoſpites ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut videre aut audire aliquid noui.

Act.19. Prædicante Paulo in Epheſo ciuitate, multi qui fuerãt curioſa ſectati, cõtulerũt libros, & combuſſerunt coram omnibus.

2.Theſſ.3 Reprehendit Apoſtolus quoſdã Theſſalonicenſes, inquietè ambulantes, & nihil operantes ſed curiosè agentes.

1.Tim.5. Adoleſcentiores viduas monet Apoſt. eſſe deuitandas. Frequenter verò vagas, otio

otioſas & curioſas arguit, & vitare monet quæ diſcunt domos circumire, & vagabundè diſcurrere, & ſe oſtendere ac vendere, & loquuntur, quæ illicita ſunt. Et cùm luxuriatæ fuerint, nubere volunt.

De fide magna mulierum. CAP. CXXIII.

COmmendat Apoſt. fidem Raab, quæ non periit cum incredulis, cùm excepiſſet hoſpitio exploratores pacificè. *Heb.* 11. *Ioſue* 2.6.

Ruth adhæſit ſocrui ſuæ Noëmi dicēs: Populus tuus & Deus tuus meus. Vnde Booz poſtea dixit ei: Reddat tibi Dominus plenam mercedem ad quam veniſti, & ſub cuius confugiſti alas. *Ruth* 1.2

Mulier vidua Sareptana credidit verbis Eliæ prophetæ, licet rem ſatis difficilem illi faciendam iuberet. Ideo ex illa die hydria farinæ non defecit. 3.*Reg.* 17

Mundi creationem & corporum reſurrectionem, optimè confitebatur mirabilis illa mater, quæ ſeptem fratres filios torqueri vno die vidit, & ipſos ad moriēdum pro Dei legibus fortiter animauit. 2.*Mac.* 7

Circa myſterium dominicæ incarnationis fuerunt mulieres ad credendum promptiores quam viri. Nā Zacharias pater Ioannis Baptiſt. incredulitatis fuit ab Angelo redargutus. Pro eo quòd non credidiſti verbis meis, &c. Eliſabeth autem *Luc.* 1.

non reprehenſibilis, ſed commendabilis legitur extitiſſe, quæ ſtatim in aduentu beatæ virg. exclamauit: Benedicta tu, &c.

Eodem. Similiter commendatur beata virgo, quæ credidit Angelo dicenti ſibi, quòd conciperet de ſpiritu ſancto.

Luc.2. Item Anna vidua propheuiſſa loquebatur de puero nato omnibus, qui expectabant redemptionem Iſrael.

Luc. 7. Mariæ Magdalenæ dixit dominus? Fides tua te ſaluam fecit, vade in pace.

Matt. 6. *Luc.9.* Tantam fidem habebat ad dominum mulier hæmorrhoiſſa, q̄ ſufficiebat ei, vt tantummodo tangeret fimbriā veſtimenti eius. Ideo meruit audire verbum dulce, Confide filia, fides tua te ſaluam fecit.

Matt. 13 *Marc. 7.* Nec longa expectatione, nec dura reſponſione deſtitit clamare ad dominum mulier Chananæa: idcirco tandem audiuit, O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.

Ioan.4. Mulier Samaritana plene confeſſa eſt, dicens: Quia. Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus. Et poſtea multi Samaritanorum crediderunt in dominum, propter verbum mulieris illius.

Ioan. 11. *Marc.16.* Confeſſio fidei Marthæ, quæ dixit, Ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti,

ſatis

ſatis ſimilis fuit confeſsioni Petri.

De reſurrectione dñi legimus multos viros dubitaſſe & dñm Ieſum illorum incredulitatem, & cordis duritiam exprobraſſe, de mulieribus autem, nihil tale legitur. Sed reſurgens dominus, primò apparuit mulieri, ſcilicet, Magdalenæ, & illa currens diſcipulis lugentibus nũtiauit. *Mat. 28. Marc. 16. Ioan. 20.*

Quędam mulier nomine Lydia purpuraria audiuit prædicationem Pauli, cuius dominus aperuit cor, & baptizata eſt & domus eius. *Act. 16.*

De ſapientia mulierum. CAP. CXXIIII.

SAra prudenter intellexit ludũ in Iſaâc, & Iſmaele non eſſe bonum: & voluit dominus, vt Abraham acquieſceret illius voluntati. *Gene. 21.*

Rebecca fuit valdè argumentoſa ad procurãdum quòd Iacob benedictionem à patre quæ debebatur primogenito, obtineret: & poſtea fecit eum caute iram Eſau declinare. *Geneſ. 27*

Raab meretrix diſcretè exploratores abſcondit, & per hoc ſe & totam domum ſuam integraliter liberauit. *Ioſue. 2. 6.*

Delbora vxor Lapidoth iudicauit populum & docuit Barach filium Abinoam quid facturus eſſet, vt populum Dei de manu Siſaræ liberaret. *Iudic. 4.*

Digitized by Google

Ruth 2.3 Solicia fuit Noëmi & aſtuta ad modum inueniendum, quo Ruth alienigena nurus ſua nubere poſſet Booz inclito & potenti.

1.Reg.2. Mater Samuelis Anna diſcretè ſe excuſauit, ab eo, quòd Heli ſacerdos ei impoſuit, quando filium à domino poſtulauit.

2.Re.25. Per ſapientiam, & eloquentiam ſuam & liberalitatem ſatis modicam, Abigail viro ſuo Nabal vitam ſeruauit, & Dauid ab homicidio impediuit.

2.Reg.14 Sapiens mulier Thecuites induxit Dauid ad hoc, quòd filium ſuum Abſalon exulem reuocaret.

2.Re.20. Obſidẽte Ioab ciuitatem Abellam, mulier ſapiens taliter loquuta eſt ei, & poſtea populo ciuitatis, ꝙ ille cum totius patriæ vtilitate ab obſidione receſſit.

3.Reg.21 Bethſabe mater Salom. ſapienter verbum propoſuit coram rege Dauid, vt filius Salomõ poſt illum regnare deberet.

3.Reg.3. Duarum mulierum coram Salomone contendentium illa prudenter & piè reſpondit quæ dixit: Obſecro te domine, dato illi infantem viuum.

3.Re.10. Magna ſapientia fuit in regina Saba, ꝙ ipſa venit audire ſapientiam Salomonis.

4.Reg.4. Mulier Sunamitis hoſpita Eliſei prudẽter adhæſit ei, nec voluit eum dimittere propter Giezi, donec eius filiũ ſuſcitaſſet.

Holda

Holda Prophetes vxor Sellum, Ioſiam regem confortauit. Populo mala ventura propter eorum peccata dixit. *4. Reg. 22.*

Sara filia Raguelis diſcretè & deuotè orauit dominum, vt liberaret eam de improperio, quod audierat ab ancilla. *Tob. 3.*

Miram prudētiam & conſtantiā oſtendit Iudith alloquēdo populū, & decipiendo Holofernē tam potentem tyrannum. *Iudith. 8. vſque ad finem.*

Heſter cum magna cautela fecit petitionem ſuam poſtquàm regem ad prandium inuitauerat, & ille vino incaluerat. *Heſter 7.*

Eliſabeth mater Ioannis Baptiſtæ diſcretè cognouit aduentum beatæ virginis, & ipſam matrem domini nominauit. *Luc. 1.*

Tam tacendo, quàm loquendo patet beatam virginem Mariā mirabiliter fuiſſe prudentem. Tacendo quidem quia pauca verba dixiſſe inuenitur. Loquuta eſt cum Angelo diſcretè quærendo, & diſcretius acquieſcendo. Quomodo fiet iſtud? Item, Ecce ancilla domini. Item cum ſancta Eliſabeth ipſam ſalutando. Et nota, quòd poſt laudes magnas quas Eliſabeth illi dixit, nihil ei directè reſpondit, ſed ad laudandum dominū ſe conuertit dicens: Magnificat anima mea dominum, &c. *Eodem.*

Item loquuta fuit cum filio ipſum dulciter interrogando, Fili quid feciſti no- *Luc. 2. Ioan. 2.*

bis ſic? &c. Et pro verecundis pauperibus deprecando, Vinum non habent, ait.

Luc.7.& 10. Ioan. 11. Mat. 26. 27.& 28 Maria Magdalena valdè prudenter agebat in eo, quòd ad pedes domini ſe ponebat. Ad pedes enim domini impetrauit veniam pro ſe, vitam pro fratre, audiebat diuinam ſapientiam. Luc. 10. Et exhibuit Christo deuotam reuerentiam.

Matt.27. Vxor Pilati, dum loquuta eſt ei, & ſi Pilatus credidiſſet, prudenter egiſſet.

De pietate & compaſsione mulierum.

CAP. CXXV.

Gen. 24. Rebecca videns ſeruum Abrahæ, hominem peregrinum & bibere petentem, ſine mora reſpondit: Bibe domine mi: quin & camelis tuis hauriam aquam donec cuncti bibant.

Exod.1. Timuerunt obſtetrices Deũ, & non fecerunt iuxta præceptum regis Ægypti, ſed conſeruabant mares.

Exod. 2. Cernens filia Pharaonis vagientem puerum, miſerta eſt, & ait: De infantibus Hebræorum eſt hic: & faciens eum nutriri, in filium adoptauit.

Ioſue 2. Raab meretrix audiẽs exploratores Ioſue ad mortẽ quæri, compaſſa eſt eis, & ipſos abſcõdens liberauit, & ſanos remiſit.

2.Reg.17 Nuntij euntes ad Dauid, abſconditi fuerunt in puteo & ſaluati per mulierem,

quæ

quæ poſuit velamen ſuper os putei,& eos qui quærebant deluſit.

Duarum mulierum coram Salomone contendentium, illa pium cor habuit, quæ liti cedere voluit,cuius viſcera ſuper filium commota fuerunt. *3.Reg.3.*

Vidua mulier Sareptana fuit hoſpita Eliæ prophetæ,& apud illã ſuſtentabatur. *3.Reg.17*

Mulier Sunamitis induxit filium ſuum ad hoc, vt fieret in domo ſua Eliſæo locus aptus ad manendum. *4.Reg.4.*

Cùm occideret Athalia omne ſemen regium,Ioſaba filia regis Ioram,tulit Ioas vnum de filijs regis,& abſcondens ſaluauit eum. *3.Reg. 11*

Compatiens populo morti addicto Heſter,magno ſe expoſuit periculo, & apud Aſſuerum Iudæorum liberationem & ſublimationem obtinuit. *Eſter.44.*

Pietas B. virginis Mariæ multum apparet in hoc, quod ad pauperes nuptias ire voluit:& deficiente vino non requiſita ab aliquo, ſed ſponte verecundorum pauperum aduocata, dixit filio; Vinum non habent, per hoc etiam poteſt innui largitas eius magna. Quia cùm à Magis aurum, thus & myrrham quæ obtulerant recepiſſet, paulò poſt in purificatione ſua, non potuit habere agnum quem *Ioan.2.* *Matt.2.* *Luc 2.*

offerret. Supponendum eſt, quòd illa munera pauperibus erogauerat.

Luc.8. Mulieres miniſtrauerunt Dño prædicanti, & per caſtella & ciuitates eunti.

Luc.10. *Ioan.12.* Ambulans per mundū Saluator mundi, in domo Marthæ & Mariæ ſpecialibus hoſpitium legitur habuiſſe.

Luc.11. Blaſphemantibus miracula Domini Scribis & Phariſæis, mulier quædam deuotè audiens verba eius, extulit vocem, dicens: Beatus venter qui te portauit.

Matt.15. Mulier illa Chananæa, miſeriam filiæ ſuæ propriam reputabat, dicens: Miſerere mei Domine fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur.

Luc.21. Prætulit Dominus duo æra minuta pauperculæ viduæ, quæ miſit in Gazophilacium, muneribus diuitum. Quia ſcilicet, illa de eo quòd deerat ei dederat: & quia plus ponderat Dominus mentis pietatem quàm muneris quantitatem.

Luc.23. Aſtiterūt patiēti, & ſequebantur dū ad crucē duceretur ab Apoſtolis derelictum.

Ioan.19. *Matt.2.* Item ſtudioſè obſequi voluerunt ei in ſepulchro iacenti.

Luc.24. *Marc.16.* *Ioan.20.* Vxor Pilati magis conata fuit impedire Dominicam paſſionem, & iniuſtam affectionem ipſius, quàm aliquis homo, de quo ſcriptura teſtatur Matth.27.

Prop

Propter opera pietatis & eleemoſynas *Act.* 9.
quas Tabitha viduis faciebat,rogauerunt flentes Petrum, vt ad defunctam veniret. Et motus lachrymis eorum Petrus ponens genua orauit,& eam ſuſcitauit.

Exiens de carcere Herodis Petrus ve- *Act.* 12.
nit ad domum Mariæ matris Ioannis,qui cognominatur Marcus, vbi erant multi congreganti orantes.Per hoc patet, piam fuiſſe & bonam mulierem, & hoſpitam diſcipulorum Domini.

Quædam mulier purpuraria nomine *Act.* 16.
Lydia credẽs ad prædicationem Pauli, & baptizata cum domo ſua deprecata eſt, dicens:Si exiſtimaſtis me fidelem Domino meo eſſe, intrate domum meam, & manete:Et coegit nos,ait Lucas. Vbi etiã ſatis innuit, quòd mulieres promptè & deuotè audiunt verbum Dei.

De fortitudine mulierum. CAP. CXXVI.

BArach filius Abincam noluit ducere *Iudic.* 4.
exercitium contra Siſaram niſi Delbora vxor Lapidoth iret cum eo, quæ dixit:Ibo quidem tecum,ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi,quia in manu fœminæ tradetur Siſara.

Dixit Booz ad Ruth, quæ reliquerat *Ruth.* 3.
patriam & Deos ſuos: Scit enim omnis populus qui habitat inter portas vrbis

meæ mulierem te eſſe virtutis.

1.Reg.19 Viriliter ſaluauit Dauid virum ſuum Michol, cùm quæreretur ad mortem à Saule patre ſuo,

1.Reg.25 Cùm vidiſſet Abigail virum ſuum Nabal durè reſpondiſſe nuntiis Dauid feſtinauit,& tulit diuerſa xenia, & Dauit iratum placauit.

Tob.3. Grauem contumeliam ab ancilla prolatam,valde patienter tulit Sara filia Raguelis, nec ei quid reſpondit, ſed ad orationem ſe conuertit.

Heſt.4 5. Heſter regina expoſuit ſe periculo moriendi pro liberatione populi ſui, quando non vocata,ad regem ire præſumpſit.

2.*Mac.7* Supramodum mater mirabilis, quæ pereuntes ſeptem filios ſub vnius diei tempore conſpiciens, bono animo ferebat,& fœmineæ cogitationi maſculinum animum mittebat.

Luce 1.2 & infrà vſque ad finem. Fortiſſima fuit beata virgo Maria in continendo gaudiū quod habuit de filij conceptione, natiuitate, Magorum adoratione,& ipſius educatione, prædicatione,miraculorum operatione,reſurrectione: Rurſum ſuſtinendo dolorem quem paſſa fuit in ipſius filij paſſione.

Matt.27. & 28. Valdè fuit mirabile de audacia Mariæ Magdalenæ, quæ paſſioni Domini affuit,

&tot

& toties ad ſepulchrum Domini venit re- *Marc.* 15.
cedentibus etiam diſcipulis dilectiſſimis, *&* 16.
non recedebat, ſed ſtans ibidem plorabat: *Luc.* 23.
ipſam etiam nimis audacem faciebat *&* 24.
amor, tùm dicebat: Domine ſi tu ſuſtuliſti *Ioan.* 19.
eum, dicito mihi. *&* 20.

De auiditate mulierum. CAP. CXXVII.

PRima mulier vidit lignum pulchrum *Geneſ.* 3.
& delectabile, & ſtatim ſequitur,
quòd ſine deliberatione tulit de fructu
illius & comedit.

Sara licet eſſet bona, tamen ita deſide- *Geneſ.* 19
rabat habere filios, q; potius voluit habe-
re de ancilla filiũ, inquiens: Ingredere ad
ancillã meam, &c. quàm eſſe ſine liberis.

Filiæ Loth potius voluerunt de patre *Geneſ.* 19
liberos ſuſcipere, quàm ſine liberis per-
manere.

Interrogata Rebecca, an vellet ire cum *Geneſ.* 24.
famulo Abrahæ, continuo reſpondit: Va-
dam. Non dixit volo ire, ſi placet vobis,
vel huiuſmodi.

Cernens Rachel quod infœcunda eſ- *Geneſ.* 30.
ſet, inuidit ſorori, & ait marito ſuo: Da
mihi liberos, alioquin moriar.

Dina cupiens videre mulieres regionis *Geneſ.* 34
illius, viſa fuit à quodam viro Sichem,
videlicet, & tandem oppreſſa ab eo.
Quid ergo de illis, quæ volunt videre vi-

roſ,& videri ab eis?Non eſt mirum,&c.

Geneſ.36. Domina cui ſeruiebat Ioſeph, non expectabat quòd ſolicitaretur ab eo, ſed ipſum nimis procaciter requiſiuit.

Ioſue 15. Aza filia Caleph, obtinuit à patre terram irriguam. Quia, ſcilicet, eam inſtanter ſuſpirando petiuit.

Iudith.14 Tantum inſtitit vxor Samſon apud eum quòd ipſe dixit ei propoſitionē obſcuram, quam parentibus noluerat indicare. At illa ſtatim reuelauit amicis ſuis, quanquam eſset in damnum viri ſui.

Iudith.16 Dalida per importunitatem euicit, vt Samſon diceret, in quo eius fortitudo maxima conſiſtebat.

1.*Reg.*1 Anna mater Samuelis præ deſiderio habēdi liberos flebat,& non capiebat cibos.

3.*Reg.*3. Multum deſiderabat habere filium illa, quæ rapuit alienum.

3.*Reg.*21 Ita concupiuit Iezabel vineam Naboth tradere viro ſuo, quod nouiter producens falſos teſtes procurauit & fecit Naboth crudeliter lapidari.

4.*Re.*4. Cùm vellet ire Sunamitis ad Eliſeum, & vir eius non plenariè conſentiret, reſpondit illa, Vadam. Statímque ſtrauit illa aſinam & præcepit puero, Mina & propera, ne mihi moram facias in eundo, & hoc age quod præcipio tibi.

Atha

Athalia mater Ochoziæ regis concu- *4.Re.11.*
piſcens regnare ſuper terram, interfecit omne ſemen regium, excepto Ioas infantulo qui furtim abſconditus fuit.

Anna vxor Tobiæ circũſpiciebat quo- *Tob.10.*
tidie & circumibat vias, per quas ſpes redeundi videbatur, vt ſi poſset procul videre filium venientem.

Heſter non fuit contenta ex eo, ꝙ rex *Heſt.8 9.*
dederat ei domum Aman, & ꝙ occiderat in ciuitate Suſis quingentos viros, ſed etiam in craſtino fecit trecentos occidi.

Herodias inſidiabatur Ioanni Baptiſt. *Matt.14.*
tantoque odio inſidiabatur ei, quòd ma- *Mar.16.*
gis elegit filiam ſuam petere caput ipſius, quâm dimidiam partem regni Herodis.

Mulier Chananæa ſanitatem filiæ ob- *Matt.15.*
tinuit precibus importunis.

Mater filiorum Zebedæi, non expecta- *Matt.20.*
uit ꝙ Dominus remuneraret filios ſecundum excellentiam meritorum, ſed petiit ante tempus vnum poni ad dexteram domini in regno ſuo, & alium ad ſiniſtram.

Puella nomine Rhode intelligens Pe- *Act.21.*
trum pulſare ad ianuam, præ gaudio non aperuit, ſed dimittens illum foras, cucurrit & intrò ſtantibus nuntiauit.

Ponit Dominus exemplũ viduæ, quæ *Luc.19.*
ita fuit moleſta iudici, Deum etiam non

timen-

timenti, vt tandem ipſam à ſuo aduerſario vindicauerit.

De fallaciis mulierum. CAP. CXXVIII.

Geneſ.3. Occaſione Euæ deceptus eſt Adam: licet non fuit ſeductus in eo, in quo Eua fuit ſeducta, ſed cùm de ligno vetito, Eua ſuadente, comedit.

Geneſ.18. Sara riſit, audita promiſſione & conceptione filij. Redarguta autem à Domino eius diffidentia, ſeipſam mendaciter excuſauit.

Geneſ.19. Duæ filiæ Luth volentes ex patre ſuo concipere, cùm verbis eum fortaſſis ad hoc inducere non auderent, mediante vino, propoſitum peregerunt. Bene ergo alium hominem decepiſſent, quando nec patri proprio pepercerunt.

Geneſ.31. Rachel patrem proprium quærentem idola ſua pulchra adinuentione deluſit.

Geneſ.39. Domina Ioſeph, ipſum apud virũ ſuum nequiter accuſauit, vt ſeipſam mendaciter excuſaret: & deinceps apud virũ ſuum, de ipſo Ioſeph ſe impiiſſimè vindicauit.

Exod.1. Obſtetrices Hebræorum, licet piam intentionẽ habuerint in reſeruatione puerorum: tamen Pharaonem regem Ægypti adinuentione mendacij fefellerunt.

Num.22. & 23. Mulieres Moabitæ filios Iſrael deceperunt, contra quos Balaam Hariolus cum

cum omnibus magicis artibus ſuis nihil potuerat operari.

Raab meretrix abſcondit exploratores Ioſue & eos, qui quærebant eos fecit currere vſque ad vada Iordanis, dicens, quòd exierant clauſa porta. *Ioſue 2.*

Egreſſa Iahel in occurſum Siſaræ dixit ad eum: Intra ad me, dñe mi, ne timeas. Et poſtremò illum dormientem occidit. *Iudic. 4.*

Vxor Samſonis fundens apud eum lachrymas, dicebat: Odiſti me, idcirco problema non vis mihi exponere, tamen illi in damnum proprium reuelauit. *Iudic. 14.*

Dalida moleſta fuit Samſoni iugiter per multos dies, ſpacium ad quietem non tribuens, & defecit anima eius, & ad mortem vſque laſſata eſt. Tunc victus fortiſſimus Samſon ſtultè aperuit ei totum. *Iudith. 19*

Michol intelligens quòd Saul pater ſuus quęreret Dauid virum ſuum ad mortem, fecit eum fugere, & poſuit ſimulachrum ſuper lectum eius. *1. Reg. 19*

Viri qui nuntiare debebant Dauid ſtatum Abſalon, fuerunt poſiti in puteo, & mulier quædam ponens velamen ſuper os putei, quaſi ſiccans ptiſanas, ipſos receſſiſſe mentita eſt. *2. Reg. 17*

Mulieres in tantum Salomonem deceperunt: vt coleret Deos earum. *3. Reg. 11*

Vxor

3.Reg.14 Vxor Ieroboam aliam ſe finxit, vt prophetam deciperet.

3.Reg.21 Excogitauit Iezabel quomodo Naboth falſo teſtimonio occideret.

Iudic.10. & 13. Fefellit Holofernem Iudith, à facie cuius terra tremente videbatur, quamuis optima intentione.

Matt.14. Marc.6. Herodes metuebat Ioannē Baptiſtam ſciens eum virum iuſtum. Et tamen Herodias in tantum laborauit, quòd fecit eum in carcere decollari.

Act.5. Sapphira vxor & Ananias mētitus fuit Petro de agri pretio: ſed illud mendaciū fuit per Petrum grauiſſimè punitum.

De mulierū ſtultiloquio. CAP. CXXIX.

Geneſ.3. EVa primò legitur loquuta fuiſse cum ſerpente, quàm cum Deo adorando, vel cum viro ſuo, ad aliquam eruditionem percipiendam.

Geneſ.18. Promittente Domino quòd Sara eſset filium paritura, & primò illa riſiſset præ diffidentia, negauit poſtea ſe riſiſse.

Geneſ.30. Cernens Rachel, q̄ infœcunda eſset, ait marito ſuo: Da mihi liberos, alioquin moriar. Quaſi eſset in ipſius Iacob poteſtate de ſterili fœcundam facere.

Iudic.14. Vxor Samſonis ſtatim vt ſciuit propoſitionem obſcuram viri ſui, indicauit ciuibus ſuis in damnum mariti.

Cùm

Cùm vidiſſet Dalida, quòd Samſon *Iudic.16.*
confeſſus eſſet ei omnem animum ſuum
quomodo fortitudinem amittere poſſet,
inimicos illius vocauit,& ſtatim eis reuelauit.

Quia Dauid præ magna deuotióne ſaltauerat *2.Reg.6.*
coram arca Domini, Michol filia
Saul, ironicè dixit ei: O quàm glorioſus
fuit hodie rex Iſrael.

Cùm contenderent duæ mulieres meretrices *3.Reg.3.*
coram Salomone,illa ſtultè & nequiter
loquuta eſt, quæ dixit de infante:
Nec mihi,nec tibi,ſed diuidatur.

Cùm dixiſſet Tobias de hœdo: Videte *Tob.2.*
ne fortiuus ſit, Anna vxor eius irata reſpõdit,
Manifeſtè vana facta eſt ſpes tua.

Sara filia Raguelis increpãte ancillam *Tit.3.*
iuſtè,illa impatienter & iniurioſè reſpondit:
Amplius ex te non videamus filium,
aut filiam ſuper terram.

Vxor Aman audiens querimoniã quã *Heſter.5.*
vir faciebat de Mardochæo, reſpondit,
Iube parari excelſam trabem, vt appendatur
in ea.

Sedente Iob in ſterquilinio, & ſaniem *Iob.2.*
defluentem teſta radente, dixit ei vxor
ſua: Benedic Deo, & morere,ſed ille bene
& diſcretè reſpondit: Quaſi vna de ſtultis
mulieribus loquuta es.

Peti-

Matt.20. Petitio matris filiorum Zebedæi, non fuit à Domino approbata, quando dixit: Dic, vt hi duo ſedeant, vnus à dextris, alter à ſiniſtris.

Ioan.4. Multa verba, & ſimplicia dixit Domino mulier Samaritana, antequàm impingeret in veritatem.

De mulierum ornatu ſuperfluo.

CAP. CXXX.

Geneſ.38 THamar nurus Iudæ filij Iacob volens ſocerum allicere, vt ex illo conciperet, depoſitis viduitatis veſtibus ornauit ſe, & aſſumpſit teriſtrum.

4.Reg.9. Audito aduentu Iehu, qui occiderat Ioram regem Iſrael Iezabel depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornauit caput ſuum.

Iudit.16. Teſtatur Iudith, quòd ornamenta quæ aſſumpſit deceperunt Holofernem. Induit enim ſe veſtimento lætitiæ, vnxit faciem ſuã vnguento, colligauit cincinnos ſuos mitra ad decipiendum ipſum.

Heſter 2. De Heſter legitur, quòd quãdo debuit intrare ad regem, non quæſiuit muliebrem cultum ſicut faciebãt aliæ mulieres.

Eſa. 3. Cõminãdo dicit Eſa Auferet dominus tornamenta calciamentorum, & lunulas & torques, monilia, & armillas, & mittas, & diſcriminalia, & multa alia ponit ibi.

Prou.7. Reprehenſibilem habitũ malæ mulie-

ris

ris deſcribit Salomon: Conſidero vecordem iuuenem. Occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas, garrula, & vaga, quietis impatiens.

Non ſine cauſa monet Sapiens quando *Eccl. 9.* ait: Auerte faciem tuam à muliere compta. Mulier enim compoſita & ornata, magis incitat ad peccatum.

Mulierũ non ſit extrinſecus capillatura, *1. Pet. 3.* aut circundatio auri aut veſtium, &c.

De ſepulturis. CAP. CXXII.

CVm magna diligentia emit Abraham agrum, in quo vxorem mortuam ſepeliuit. *Gen. 23.*

Noluit Iacob ſepeliri cum malis hominibus in Ægypto, ſed adiurauit Ioſeph vt eum mortuum ad patrum ſuorum ſepulturam deferret. Hoc ipſum repetiit poſt benedictionem, filiorum inſtante morte ſua: quod Ioſeph ſolicitus adimpleuit. cap. 50. *Gen. 4. & 48.*

Exiens Moyſes de Ægypto, tulit oſſa Ioſeph ſecum. *Exod. 13.*

Commendauit Dauid multum viros Iabes Galaad, eò quòd cadauera Saulis & filiorum eius reuerenter tradiderant ſepulturæ. *1. Reg. 31* *2. Reg. 2.*

Pœna viri Dei, qui panem contra diuinum mandatum in domo mali pro- *3. Reg. 13*

phetæ comedit, fuit vna, quòd non fuit ſepultus in ſepulchro patrum ſuorum.

4.*Reg.* 9. Iehu rex Iſrael, qui fecerat occidi Iezabel, fecit eam ſepeliri, eo quòd fuit filia regis.

Tob. 1.2. Commendatus eſt Tobias de hoc, quòd cùm periculo vitæ ſuæ corpora occiſorum rapiebat & ſepulturam eis ſolicitus exhibebat.

Tob. 4. Prima admonitio inter illas ſalubres quas fecit Tobias filio ſuo, fuit de ſua & vxoris ſuæ ſolicita ſepultura.

2.*Mac.* 4 Iudæi accuſatores impij Menelai fuerũt per iudicem iniquum morte dãnati, quãobrem Tyrij quoq; indignati, erga ſepulturam eorum liberaliſſimi extiterunt.

2.*Ma.* 12 Poſt prælũ contra Gorgiã commiſſum venit Iudas Macha. vt corpora proſtratorum tolleret, & cum parentibus ſepeliret.

Mat. 14 Diſcipuli Ioannis Baptiſtæ, audito quòd *Marc.* 6. decollatus erat ab Herode, venerunt & tulerunt corpus eius, & ſepelierunt eum.

Ioan. 12. Apparet Dominũ Ieſum, de ſua ſepultura curaſſe, per ꝙ reſpõdit Iudæ murmuranti de vnguento quod ſecundum ſententiam ſuam venundari debuiſſet, Sine (inquit) vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud.

Matt. 27 Sepultus fuit Dominus per Ioſeph & *Marc.* 16 Nicodemum, in ſepulchro nouo exciſo

in pe

in petra, in quo nondum quiſquam poſi- *Luc. 23.*
tus fuerat. *Ioan. 19.*

Curauerunt viri timorati, à Iudæis la- *Act.8.*
pidatum Stephanum, & fecerunt plan-
ctum magnum ſuper eum.

De morte in generali. CAP. CXXXII.

QVia vera eſt ſententia Dei quam di- *Gen.2.*
xit homini, Quacumq; hora comede-
ritis ex eo, morte moriemini. Planum
eſt, quòd ſtatim poſt peccatum homo
moritur.

Vnde homo viuens, quaſi continuè mo-
ritur, ſecundùm Aug. libr. 13. de ciuit. Dei,
cap. 10.

Cùm tot annis vixerint homines ante *Gen.5.*
diluuium, ſignanter tamen dicit ſcriptura
poſt tempus deſcriptionis vitæ eorum: Et
mortuus eſt.

Si antiqui patres mortem timebant, & *Geneſ.19.*
longam vitam optabant, non erat mirum.
Nam ipſi non poterant adhuc in cœlum
aſcendere, nec diuina per frui viſione, do-
nec Saluator aduenit, qui aperuit ianuam
paradiſi. Vnde S. Loth admonitus eſt ab
Angelo, vt ſaluum faceret ſe in monte: Ti-
muit ille ire, ne fortè apprehenderet eum
malum & ibi moreretur.

Et à mali optant bene mori. Moriatur *Num.23*
anima mea morte iuſtorum, dixit Balaam.

Deut. 4. Videtur quòd Moyſes libẽter plus vixiſſet, ſi Dominus voluiſſet. Vnde ait, Iratus eſt Dominus contra me: ecce morior in hac humo, non tranſibo Iordanem.

Deut. 11. Magna pars Mercedis Moſaicæ legis in longa vita conſiſtere videbatur. Vnde ait Moyſes: Oculi veſtri viderunt omnia opera Dñi magna, quæ fecit, vt cuſtodiatis vniuerſa mandata illius, quæ ego hodie præcipio vobis, vt poſſitis introire, & poſſidere terram ad quã ingredimini, multóque in ea viuatis tempore.

Iudic. 8. Maluerunt Zebee & Salmana occidi manu Gedeonis ſtrenui viri, quàm manu Ieter iuuenis filij ſui.

2. Reg. 12 Noluit Dauid flere pro filio mortuo qui fleuerat eo infirmo.

3. Re. 19. Cùm ſederet Elias ſubter vnam iunipe-rum, petiuit animæ ſuæ vt moreretur, & ait: Sufficit mihi Domine: tolle animam meam.

4. Reg 2. *Eſa. 38.* Ezechias rex Iuda ambulauit coram Domino in veritate & fuit bonus, tamen quando nunciatum fuit ei per Eſaiam, quia mori deberet, orauit Dominũ fletu magno, vt adhuc ei vitam prolongaret.

Tob. 3. Tobias prouocatus, audita reſponſione vxoris ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis dicens: Iuſtus es Domine, præcipe in

pe in

pe in pace recipi animam meam: expedit enim mihi mori magis, quàm viuere. Sequitur 4. cap. Cùm putaret orationem ſuam exaudiri, vocauit filium ſuum.

Sara filia Raguelis accepta ab vna ancillarum graui contumelia, orauit Dominum, dixítque inter cætera: Peto, Domine, vt de vinculo huius improperij abſoluas, aut certè deſuper terram eripias me. *Eodem.*

Coram rege Sedechia proſtrauit Ieremias preces ſuas, ne permitteret reduci eum in carcerem, in quo prius fuerat, ne moreretur. *Iere. 37.*

Poſt mortem crucis, quã Saluator voluit ſuſtinere, oſtendit manifeſtè, quòd non ſolum mori, ſed & quodcũque genus mortis ab homine iuſto, pro diuina obedientia, promptè debere ſuſtineri. *Matt. 25*

Ante aduentum ſpiritus ſancti, nimis timuerunt mortem Apoſtoli, qui comprehenſo Domino, omnes eum reliquerunt, poſtquàm verò fuerunt virtute ex alto roborati ducti coram principibus & tyrannis, fiducialiter loquebantur. *Matt. 26* *Act. per totum.*

Parum timebat, imò non timebat mortem Paulus qui dicebat: Non ſolum alligari, ſed & mori paratus ſum propter nomen Domini Ieſu. Idem ſi nocui Iudæis, aut dignum morte aliquid feci, non *Act. 21.*

recuſo mori.

Act.25. Aduertendum eſt autẽ, quia plerunque inſidias deuitans Iudæorum, de ciuitate in ciuitatem fugiebat: Non timore mortis hoc faciebat, ſed quia furori malorum cedens, pluribus ſe vtilem reſeruabat.

De horrenda morte malorum.

CAP CXXXIII.

Gen.4. CAin, qui occidit fratrem ſuum occiſus eſt à Lamech.

Gen. 19. Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem de cœlo, & ſubuertit quinque ciuitates, deteſtabili peccato fœtentes.

Geneſ.34. Sichem filius Emor, qui oppreſſit Dynam filiam Iacob, interfectus eſt à filijs Iacob, & omnis ciuitatis populus.

Exod.14 Aquæ maris rubri cooperuerunt currus & equites cunctos exercitus Pharaonis, nec vnus quidem remanſit. Et quidē ſatis iuſtè, cuius cor non potuit emolliri corpus eius ne aquis totaliter mergeretur.

Leuit.10. Nadab & Abihu filij Aaron, offerentes ignem alienum coram domino, deuorati ſunt ab igne domini & mortui.

Leuit.14 Præcepto domini filij Iſrael eduxerunt blaſphemum extra caſtra, ac lapidibus obruerunt.

Num.16. Chore, Dathan & Abyron, ac eorum com

complices Moyſi rebellantes, deſcenderunt viui in infernum, operti humo.

Alij etiã murmurantes & diuerſa committentes peccata, variis mortibus interierunt in deſerto: ita quod de ſexcentis millibus hominum pugnatorum duo tantum terram promiſsionis intrauerunt. *Exod.* 32 *Num.* 11. 14. & 15 *Deut.* 1.

Quoniam Acham tulit furtiuè de anathemate Iericho, lapidauit eum omnis Iſrael, & cuncta quæ eius erant, igne conſumpta ſunt. *Ioſue* 7.

Comprehenderunt filij Iſrael Adonibezech cæſis ſummitatibus manuum eius ac pedum (ita enim fecerat ipſe ſeptuaginta regibus) adduxerunt in Ieruſalem, & ibi mortuus eſt. *Iudic.* 1.

Tulit Iahel vxor Abner Cinæi clauum tabernaculi & defixit in cerebrum Siſaræ, qui ſoporem morti ſocians defecit, & mortuus eſt. *Iudic.* 4.

Si Zebee & Salmana ſeruaſſent fratres Gedeonis, pepercisset eis Gedeon, & quia eos occiderunt, & ipſi à Gedeone occiſi fuerunt. *Iudic.*

Vna mulier iaciens ſuper caput Abimelech fragmen molæ, confregit cerebrũ eius, qui vocauit armigerum ſuum, & iuſsit ſe interfici: & reddidit ei dominus malum quod fecerat interficiens ſeptua- *Iudic.* 9.

Digitized by Google

ginta fratres ſuos.

1.*Reg.* 4. Cùm audiſſet Heli Arcam domini eſſe captam, cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtium,& fractis ceruicibus mortuus eſt.

1.*Reg.* 17 Superbum Goliath & blaſphemum, Dauid puer inermis non habens vſum armorum gladio illius proprio interfecit.

1.Reg.31 Saul quadam iniqua motus & perſequutus fuerat Dauid: Tandem arripuit gladium ſuum irruens ſuper eum & mortuus eſt.

2. Reg.1. Adoleſcens, qui dixit ſe Saul occidiſſe, iubente Dauid, occiſus eſt cum putabat proſpera nuntiare.

2.Reg. 4 Simile accidit duobus latronibus, qui caput Iſboſeth filij Saul tulerunt. Primo genitus Dauid oppreſsit ſororem ſuam

2.Re.13. Thamar, & paulo pòſt occiſus eſt iubente Abſalon fratre ſuo, cùm comederet cum eo.

2.*Re.* 17. Videns Achitophel, quòd non fuiſſet acceptum conſilium ſuum quod dederat contra Dauid, abiit in domum ſuam, & ſuſpendio interiit.

2.Re. 18 Libidine dominandi Abſalon multum afflixit patrem ſuum Dauid,ſed antequam aſſecutus eſſet propoſitum, ſuſpenſus fuit inter cœlum & terram.

2.Reg.20 Saba filius Bochri concitauit populum

Digitized by Google

contra Dauid,& fugiens in Abelam ciuitatem, vbi putabat habere refugiũ & auxilium, decapitatus fuit ibidem.

Qamuis Ioab fuiſſet miles ſtrenuus & fidelis, quia tamen occidit duos viros proditoriè, iuſſus eſt occidi monente Salomone. *3. Reg. 2.*

Regi Iſrael peſſimo Hela, rebellauit Zambri contra dominum & occidit eum, qui poſt ſeptem dies ingreſſus eſt regium thalamum, ſuccendit ſe cum ipſa domo regia. *3. Reg. 16*

Vulneratus in bello Achab mortuus eſt veſperi, & linxerũt canes ſanguinem eius in eodem loco, in quo linxerant ſanguinem Naboth, qui diſſimulante ipſo Achab cùm liberare deberet & poſſet, lapidatus & mortuus eſt. *3. Re. 21. & 22.*

Cùm aſcenderet Eliſæus in ciuitatẽ Bethel, quidã pueri male eruditi illudebant ei, egreſſique ſunt duo vrſi, & dilacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. *4. Re. 2.*

Vnus de duobus qui aderant cum rege Iſrael, noluit credere verbis Eliſæi, futuram abundantiam prædicentis, in craſtino verò conculcauit eũ turba hominum, ad ſpolia concurrentium & mortuus eſt. *4. Reg. 7*

4. Reg. 8.

Benadab rex Syriæ, qui multa mala intulit filiis Iſrael, fuit demum ab Aza-

hel ſeruo ſtrangulatus.

4.Reg.9. Videns Iehu Ieſabel impiam, quæ fuerat multorum cauſa malorum, iuſsit eam præcipitari deorſum, & fuit ita equorum vngulis conculcata, quæ licet eſſet filia regis, non fuit tradita ſepulturæ. Tantum enim caluaria capitis inuenta fuit.

4.Reg.11 Athalia mater Ochoziæ interfecit omne ſemen regium, vt poſſet regnare ſuper populum & poſtmodum turpiter interfecta fuit, iuſſu Ioïadæ ſacerdotis.

4 Re.12. *2.Pa.24.* Rex Iuda malus & ingratus Ioas, qui fecit Zachariam filium Ioïadæ ſacerdotis crudeliter lapidari, poſtea interfectus eſt à ſeruis ſuis.

4.Re.19 Rex Aſſyriorum Sennacherib ſuperbiſſimus, & in Deum cœli blaſphemus, poſtquàm de terra Iuda confuſus aufugit à filiis ſuis interfectus fuit.

4.Re.vlt. *Ier.39.& 52.* Sedechias rex Iuda malus apud Deum & homines, comprehenſus eſt fugiens, Ante cuius oculos rex Babylonis proprios filios fecit occidi, deinde exoculatus fuit & ductus in Babylonem & ibidem miſerabiliter mortuus.

Iudic.13. Multas terras cepit & deſtruxit Holofernes, tandem dormiens inebriatus, per manum mulieris decapitatus fuit.

Heſt.7. Superbiſsimus Aman, qui faciebat ſe ab homi

hominibus adorari, ſuſpenſus eſt in patibulo quod ipſe parauerat Mardochæo.

Balthazar rex Babylonis, non eſt correctus per exemplum Nabuchodonoſor patris ſui, qui ante eum fuerat mutatus in beſtiam. Et in conuiuio vidit ſcripturam in pariete: Mane, Thetel, Phares. Eadémque nocte interfectus eſt, & regnum eius ad Medos, & Perſas tranſlatum. *Dan. 4. & 5.*

Accuſatores Danielis, iubente Dario rege Perſarum, miſſi ſunt in lacum leonum, & à leonibus deuorati. *Dan. 6. & 14.*

Poſtquam Alexãder decidit in lectum, dicitur quòd cognouit, quia moreretur: quaſi antea mortis memoriam ſeu notitiam non haberet. *1. Mac. 1.*

Percuſſus fuit Alcimus proditor, & diſſolutus eſt paralyſi, nec vltra potuit loqui & mandare de domo ſua: & mortuus eſt cum tormento magno. *1. Mac. 9.*

Contriſtatus rex Antiochus de hoc ꝙ Andronicus iniuſtè occiderat Oniã ſummum ſacerdotem, occidi in eodem loco iuſſit Andronicum, in quo nimiam impietatem commiſerat. *1. Mac. 4.*

Multis ſacrilegiis à Lyſimacho commiſſis in templo, congregata eſt multitudo aduerſus eum & ipſum ſecus ærarium interfecerunt. *Eodem.*

Iaſon

Digitized by Google

2.*Mac*.5. Iaſon impius, qui fratrem proprium captiuauerat, & multos de patria ſua expulerat, peregrè periit: & inſepultus, & illamentatus abiectus fuit.

2.*Mac*.5. Antiochus, qui multorum torſerat viſcera paſſus eſt durum dolorem viſcerum, miſerabili obitu in montibus vita defunctus eſt.

2.*Ma*.13 Menelaus, qui malitioſè obtinuit modico tempore principatum, de alta turri fuit præcipitatus in aggeſtum cineris.

Luc.12. Homo ille diues, cuius ager vberes fructus attulit, cùm cogitaret deſtruere horrea ſua, & facere maiora, plus credebat habere de vita: ait autem illi Dominus: Stulte hac nocte peribis.

Luc.16. Terribile eſt valdè illud exemplum de diuite famoſo, epulone, qui mortuus eſt & ſepultus, atque in infernum delatus,

Act.5. Ananias & vxor eius Sapphira, quia fraudauerunt de pretio agri venditi, ad increpationem Petri terribiliter expirarunt.

Act.12. Herodes ſedens pro tribunali, & veſtitus veſte regali concionabatur ad populum: populus autem acclamabat, Dei voces, & non hominis. Confeſtim autẽ percuſſit eum Angelus Domini, eo quòd non dediſſet honorem Deo. Et conſumptus à vermibus expirauit.

De

De pretioſa morte iuſtorum.

CAP. CXXXIIII.

CVm eſſent in agro Cain & Abel, conſurrexit Cain aduerſus Abel, & interfecit eum. Rationem tangit Ioannes: quoniam opera ipſius maligna erant, fratris autem iuſta. *Geneſ.4.* *1.Ioan.3.*

Ambulauit Enoch cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. *Geneſ.5.*

Mortuus Abraham in ſenectute bona, prouectæque ætatis & plenus dierum, cōgregatúſque eſt ad populum ſuum. *Geneſ.25.*

Completi ſunt dies Iſaac 180. annorum, conſumptúſque ætate mortuus eſt, & appoſitus populo ſuo ſenex & plenus dierũ. *Geneſ.35.*

Iacob finitis mandatis, quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum ſuum & obiit, & appoſitus eſt ad populum ſuum. *Gene. 48.*

Cùm adiuraſſet Ioſeph fratres ſuos atque dixiſſet: Deus viſitabit vos, aſportate vobiſcum oſſa mea de loco iſto, &c. mortuus eſt. *Geneſ.14.*

Aſcenderunt Moyſes & Aaron iuxta mandatum Domini in montem Hor, coram omni multitudine. Cúmque Aaron, expoliaſſet ſe veſtibus ſuis, induit eis Eleazarum, & mortuus eſt ibi Aaron. *Num.20.*

Mortuus eſt Moyſes ſeruus Domini in *Deut.34.*

terra

terra Moab, iubente Domino, & ſepeliuit eum Dominus, & non cognouit homo ſepulchrum eius vſque in præſentem diem.

2.Reg.8. 1.Par.29 Dauid poſt inſtructionem filij ſui Salomonis & orationem, quam fecit ad Dominum pro eo & pro toto populo, mortuus eſt in ſenectute bona, plenus dierum & diuitiis, & gloria.

4.Reg.2. Cùm pergerent ſimul Elias & Eliſeus, ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrunque, & aſcendit Elias per turbinem in cœlum.

2.Pa.24. Spiritus Domini induit Zachariam filium Ioiadæ, & dixit populo. Quare tráſgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit? Qui congregati aduerſus eum miſerunt lapides iuxta regis imperium, & interfectus eſt.

Tob.14. Tobias in hora mortis ſuæ vocauit Tobiam filium ſuum, & ſeptem iuuenes nepotes ſuos, & dixit eis: Prope eſt interitus meus. Et de filio eius Paulo poſt dicitur. Completis annis nonaginta nouem in timore Domini, cum gaudio ſepelierunt eum, Omnis autem cognatio eius, &c.

Iob vlt. Vixit Iob poſt flagella centum quadraginta annis, & vidit filios filiorum vſque ad quartam generationem, & mortuus

eſt

eſt ſenex & plenus dierum.

Poſt inſtructionem & confortationem filiorum, Matathias benedixit eos, & defunctus eſt, & poſitus ad patres ſuos. *1. Mac. 2.*

Videns Iudas Machabæum multitudinem hoſtium, & paucitatem ſuorum ait: Si appropinquauit tempus noſtrum, moriemur in virtute propter fratres noſtros. *1. Mac. 6.*

Eleazarus poſt multa tormenta ſibi illata, vita deceſſit, vniuerſæ genti memoriam mortis ſuæ ad exemplum virtutis & fortitudinis relinquens. *2. Mac. 6.*

Septem illi fratres cum pia matre ſua finem miro modo laudabilem fecerunt. Et poſſunt ibi notari multa virtutis exempla. *2. Mac. 7.*

Pro veritate & maritali honeſtate, Ioannes Baptiſta decollatus fuit ab Herode Tetrarcha. *Matt. 14. Marc. 6.*

De illo famoſo paupere Lazaro ſcriptum eſt: Factum eſt, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. *Luc. 16.*

Qualitercunque vixerit ille latro, cui pendenti dixit Chriſtus, Hodie mecum eris in Paradiſo, fœliciter mortuus eſt. *Luc. 23.*

Cùm lapidabatur beatus Stephanus inuocabat Dominum, & dicebat: Domine Ieſu, accipe ſpiritum meum. Poſitis *Act. 7.*

autem

autem genibus exclamauit voce magna, dicens: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum, &c. Et cum hoc dixiſſet, obdormiuit.

Auguſt. lib. 4. de Trini. ca. 13. & li. 13. de ciuita. Dei. cap. 5.

Et Saluator noſter Dominus Ieſus Chriſtus qui ſecundùm Auguſtinum libro quarto de Trinitate, per ſingularem mortem ſuam noſtram deſtruxit duplicem. Qui, vt ait idem Auguſtin. libr. 13. de ciuitate Dei, Tantam fidei contulit gratiam, vt mors (quam vitæ conſtat eſſe contrariam) inſtrumentum fieret, per quod tranſiretur ad vitam. Quam nobis concedat ipſe verus author ſalutis æternæ. Qui eſt via, veritas, & vita. Qui vitæ & mortis habet imperium. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto, viuit & regnat Deus, per intermi-nabilia ſecula.
Amen.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

nonam.